



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674


urn:nbn:de:hbz:466:1-37862




Th. 2942.

f. II
47.













SANCTI
HIERONYMI
STRIDONENSIS,

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pres-
byteri Cardinalis

EPISTOLÆ

IN TRES LIBROS
distributæ.

Et nunc tandem pristinae suæ inte-
gritati restitutæ.

*De cuius Operis nova ratione, ordine, & uti-
litate singulari, ex sequenti R. P. PETRI
CANISII Præfatione plenè
intelligis.*


Accessit rerum memorabilium, quæ in
hisce D. HIERONYMI Epistolis conti-
nentur, copiosus Index.

*dono p. Kloppeburg 81.
—†—*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Typis ac sumptibus Wilhelmi Friessem
Bibliopolæ Colonienfis. Anno 1674.

*Collegii Soc²i Jesu Paderbornæ
1697*



b
o
ra
le
va
co
m
ta
n
fi
N



PETRI CANISII
THEOLOGII

Ad Florentis Academiæ Dilingan-
næ Rectorem, Professores, &
Studiofos.

P R Æ F A T I O.



Esli nihil hoc novi est, ut
quidam interpretabantur,
quod ad vos mitto, vestro-
que nomini nuncupatum,
& jam recognitum in pu-
blicum edo, cœtus ornatissime: tamen
ob authoris summam auctoritatem, ob
raram operis elegantiam, ob singularem
lectionis utilitatem, ac demum ob no-
vam hujus editionis & recognitionis
commoditatem id fore confitendo,
meum ut studium (quæ vestra est æqui-
tas & prudentia) boni consulatis. Ac sa-
nè authorem commendare nec disertis-
simus queat latis: tam spectata HIERO-
NYMI fuit, & est, eritque semper laus ac
digni-

P R Æ F A T I O .

dignitas in Ecclesia Dei. Qui sublimem ac propè inimitabilem doctrinam, ut nihil attingam de admiranda vitæ Hieronymianæ sanctimonia, cum pari eloquentiâ sacra studia cum profanis variasque linguas & artes ita conjunxit, ut veterum vix alius quisquam fecit felicius admirabiliusque. Loquor autem de Latinis Patribus, uti Cypriano, Hilario, Ambrosio, Augustino: in quorum monumentis Apostolicum quidem spiritum, & verè piam doctrinam, doctamque juxta pietatem relucere nullus inficiatur: sed parem illorum eloquentiam haud pauci desiderârunt. Cæterùm de Græcis Theologis vel inviti fateri cogimur, si Basilium, Nazianzenum, Chrysostomum, atque classis ejusdem alios rectè judicaverimus, eos longè præstare Latinis dicendi scribendique summâ felicitate. Est enim erudita certè & eloquentiâ studijs mirum in modum exulta Græcia, totius orbis magistra, ut idcirco vel sola, vel præcipua, omnes omnium gentium literas soleat fastidire. Quò magis admirari par est, quòd hæc ipsa

PRÆFATIO.

ipsa, scriptotum alioqui Latinorum
 contemptrix, jam olim tantum nostrum
 fecerit Hieronymum, ut ejus, quamvis
 hominis Dalmatæ, commentarios non
 legerit modò, & suo approbârit calculo,
 verùm etiam in suam linguam transfe-
 rendos curârit. Hic nihil addam de san-
 ctissimo doctore, & laudatissimo Præ-
 sule Hipponensi Aurelio Augustino, qui
 nonnunquam ab Hieronymo æquali suo
 dissensit, (fateor) sed priusquam hujus
 ingenium & studium probè cognitum,
 & exploratum haberet. Nam constat
 ambos postea singulari amicitia sanctæ
 nexu mansisse conjunctos, neque solum
 fraterno, sed etiam divino amore flag-
 rantes eos, charitatis simulq; religionis
 afferendæ perfectum exemplum posteris
 omnibus reliquisse. Illud dicam, non
 posse eum non honorificè sentire ac lo-
 qui de Hieronymo, quisquis Augusti-
 num censorem admittit, ejusque gra-
 vissimâ nititur autoritate. Sic etenim,
 ubi adversus Julianum disputat, scri-
 ptum ab eodem Augustino legimus :
 Nec sanctum Hieronymum, inquit, quia

A 3

pres-

PRÆFATIO,

presbyter fuit, contemnendum arbitre-
 ris: qui Græco & Latino, insuper & He-
 bræo eruditus eloquio, ex occidentali
 ad orientalem transiens Ecclesiam, in
 locis sanctis, atque in literis sacris usque
 ad decrepitam vixit ætatem. Hic om-
 nes, vel penè omnes, qui ante illum ex
 utraque parte orbis de doctrina Chri-
 stiana scripserunt, legit. An præclarum,
 quæso & luculentum hoc non est elo-
 gium, quo Hieronymianum nomen om-
 nibus commendatur? Extat Epistola,
 in qua idem Augustinus sese cum Hie-
 ronymo componens, hanc fert senten-
 tiam: Quanquam secundum honorum
 vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obti-
 nuit, Episcopatus Presbyterio major sit:
 tamen in multis rebus Augustinus Hie-
 ronymo minor est. Alibi vocat eundem
 sanctum Hieronymum, sanctum presby-
 terum, & doctissimum hominem, trium
 linguarum peritum, qui secundum gra-
 tiam, quæ data est ei, sic in Ecclesia labo-
 raverit, ut eruditionem Catholicam
 multum in latina lingua, multis & ne-
 cessarijs libris adjuverit. Atque hæc de
 summi

P R A E F A T I O

summi viri studijs , & Hieronymianæ doctrinæ celebritate coætaneus Augustinus literis prodidit. Posteriorum verò testimonia & elogia, qui clarissimum hoc Ecclesiæ lumen maximumque doctorem miris sæpè modis extulerunt, de consulto præterimus: quum vinum vendibile (uti vulgò inquirunt) suspensâ hederâ non egeat. Quid autem pulchrius, obsecro, quid in Ecclesia desiderabilius videri queat , quàm Hieronymi spiritum in multis hoc sæculo reviviscere, illiusq; non modò eruditionē, sed, quod majus est, vitam & mores, veluti postliminio in orbem revocari posse? Quàm longè autem, prò dolor, ab illius vestigijs discessum est, sive juvenes, sive senes, sive mediæ ætatis omnisque conditionis homines rite contemplemur. Ut immensa est turba ignavorum & imperitorum, dicam & stultorum adolescentum: ita perpauci hujus ætatis inveniuntur, qui inde ab ipsis incunabulis Latinas & Græcas literas, philosophiam & linguas addiscant, ut certè Hieronymus didicit, non in otio & luxu, sed libera-

PRÆFATIO.

liter ac ingenuè, nec apud suos Pannos, sed Romæ institutus, perpetuoque studiosissimus. Ubi porro nunc senes, qui cum Hieronymo sanctissimo seneparia faciant, ut gravitate, prudentiâ, pietate & zelo domûs Dei convenienter instructi, erudiant juniores: hisque præluceant sanctitate, & mundum corruptissimum verbis, scriptis, & exemplis æquè arguant, quemadmodum patres & seniores in præfecta illa ætate decebat? Ubi deinde in ordinibus omnibus eos comperiamus, qui post contractas vitiorum labe ferè resipiscant, & quod magis est, dignos pœnitentiæ fructus adferant: ut quemadmodum peccando seculi sunt, imò & longè superârunt Hieronymum, sic etiam pœnitendo sequantur? Quotusquisque non dicam ultrò subire, sed aliqua saltem ex parte ferè dignatur illum Hieronymianæ disciplinæ rigorem, perpetuumque studium in contemnendis voluptatibus, in castiganda carne, in edomandis affectibus, in vigilijs & chameunijs adhibendis, in precibus & lacrymis pro se, alijsque no-

ete

PRÆFATIO.

Sic ac die ex ardenti pectore profunden-
 dis? Quis doctrinæ Christianæ modò
 cultus & vigor? Nos Evangelij verba
 jactamus, & opera carnis proferimus.
 De fide litigamus, fidei operibus desti-
 tuti. Pharisaos & hypocritas alios infi-
 mulamus: in hoc interim Judaicis Phari-
 sais deteriores, quòd illi externâ pieta-
 tis specie commendati, non tam alijs,
 quàm sibi incommodarent: nos verò
 fœdè peccemus, multos sæpè apertâ im-
 probitate offendamus, & in hac vitæ li-
 centia nihil metuamus, sed tuta nobis
 apud Deum omnia polliceamur. Quæ
 cura divinæ legis & servatio? Suave il-
 lud iugum cum acerbo mundi jugo
 commutamus. Fingimus in præceptis
 divinis laborem, imò & quandam im-
 possibilitatem, cum ea minimè gravia
 esse dicantur. Quæ illa, & quantula,
 quæso, fides, quòd plerique persuasum
 habent, se Christo adjuvante non posse
 mori peccato, fructus pœnitentiæ di-
 gnos facere, justè castèque cum Hiero-
 nymo vivere, aut quod Paulushorta-
 tur, carnem cum vitijs & concupiscen-

A s

tij

P R Æ F A T I O.

tijs crucifigere? Quæ porrò isthæc cha-
 ritas, quòd luxui, quòd ventri, libidini,
 quæstui, ambitioni, cæteriisque pessimis
 cupiditatibus turpiter inservimus? Ubi
 jam pœnitentia suam vim explicat at-
 que commonstrat? Rarò quidem priva-
 tæ, ut nunc in Germania vivitur: solen-
 nis autem & publicæ pœnitentiæ, quæ
 multos olim in officio continebat, ve-
 stigium vix ullum apparet. Adeoque
 tam salutaris, quàm necessariæ pœniten-
 tiæ nomen horremus, & in Biblijs Ger-
 manicis obliteravimus. Jam quæ sacro-
 rum reverentia? Ridetur antiq̃ua pie-
 tas, Sacramenta integra nobis rejiciun-
 tur, majorum instituta religiosa non se-
 cus ac traditiones quædam Pharisaicæ
 flocci penduntur, cultus divinus passim
 aboletur, aræ & templa prophanantur,
 quicquid ad sacras benedictiones &
 consecrationes & cæremonias ferè per-
 tinet, novis Ecclesiæ ritibus introductis
 opprimitur: adeò nullum hodie inter
 sacrum & prophanum, fas & nefas pro-
 pmodum discrimen habetur. Demum
 quæ pietas aut æquitas optimis Ecclesiæ
 pare-

PRÆFATIO.

partibus sanctissimisque majoribus exhibetur? Fidelium benefactis non suæ constant merita, dignis fraudantur sancti honoribus charitatis & benevolentia erga nos suæ omni sensu spoliantur, vix eos cælo dignamur, è vivis mortuos, ex triumphantibus surdos, mutosque facimus, vix ferimus sacras illorum reliquias superesse. Et nos securo interim ac bono animo sumus, ut Hieronymi verbis utar, qui per singula penè præcepta inhonorantes Deum clementissimum, ad iracundiam provocamus, ejusque imperium superbissimè contemnendo, in tantæ majestatis imus injuriam? Quid ni? Christi gratia fidimus, & libertatem nobis Evangelicam vindicamus, idcirco certò statuendum est, si Superis placet, fide justos & salvos esse nos oportere. Sed hæc ego missa nunc facio, ne aut Momus in repræhendendo videar, aut præposterus arguar in commendando Hieronymo encomiastes. Satis erit in præsentiarum, ut arbitror, de ratione hujus operis consilioque nostro breviter admonere.

A. 6

Vide

PRÆFATIO.

Videbamego, nec minus dolebam, ingentem divinumque thesaurum latere, hoc est, Hieronymianas epistolas prægrandibus voluminibus inclusas, à paucis emi, quia pretij magnitudo ple-rosque deterreret: à paucioribus etiam evolvi, quòd ex vastis illis fontibus lectio incommoda peteretur, & fastidium adderet ordo perturbatus. Visum est igitur nobis operæ pretium, ac usui cum privato lectoris, tum communi scholarum accomodatius fore, si ex varijs operibus & tomis hujus authoris, quemadmodum nunc extant, seligerentur epistolæ, selectæ aptius collocarentur, collocatæ autem modum tenerent, ut codice uno non valdè amplo, neque nimium oneroso, sed mediocri, & ut Augustinus loquitur, manuali comprehenderentur. Quod volumen tribus partibus distinctum, ut omnia constarent, rectius ita distribuimus. In primum librum eas rejecimus, quæ planè familiares videntur, sive argumentum, sive brevitate & perspicuitate eorum, quæ scribuntur, expendas. Secundo libro dan-

P R A E F A T I O .

dantur Epistola graviores , quæ proli-
 xius & accuratius de rebus magni mo-
 menti differunt: Hic mirificè docet Hie-
 ronymus de vera pietate Clericos, Mo-
 nachos, puellas, virgines, viduas, matro-
 nas , & omnis ferè conditionis , sexûs &
 ætatis Christianos , dum nimirum Pau-
 li instar, omnia factus omnibus , omnes
 in Christo lucrifacere studet. Tertius
 porrò liber historias continet, exempla-
 que præclara Sanctorum & Sanctarum
 ostendit , in quibus legendis varius est
 fructus, & sancta quædam piorum oble-
 scatio. Alicubi quædam resecuimus, non
 quòd improbaremus illa , quæ omitti-
 mus, sed instituti nostri ratio suaferit, ea
 nunc prætermittere , quæ minus vulgari
 captui serviunt ob mysteriorum & re-
 rum , quæ tractantur , difficultatem,
 quòdque longior non rarò excursus fiat
 authoris , & ea commemorentur , quæ
 plus obscuritatis, quàm commodi adfer-
 rent , quæque lectorem gravare potius
 ac impedire , quàm juvare posse vide-
 bantur. Petat ille, qui velit, ex magnis
 & crassis illis voluminibus & romis, qui

P R Æ F A T I O .

novem Hieronymo inscripti passim reperiuntur. In calce visum est addere, quod idē scripsit adversus Vigilantium, ut nostri homines hoc velut præsenti antidoto instructi, sese aliosque muniant adversus pestem Vigilantianam nunciatè grassantem, in sana verò Catholicaque doctrina rectius confirmentur. Est etenim hic sensus atque consensus Ecclesiæ perpetuò retinendus, Christiani, ut Divos, eorumque sacras reliquias pie colant, suamque pietatem externis ritibus & Catholico more testentur, velint, nolint Vigilantiani. Quis autem pro dignitate satis explicet, quantum in his epistolis omnibus ingenij, quid quantumque doctrinæ, prudentiæ, festivitatis simul & pietatis insit? quantum artis insuper, tum nervorum & aculeorum vehat secum stylus ut plurimum extemporaneus, sed pulchrè quidem ac citra affectationem profluens? O sanctum & Apostolicum pedus, quod pro Christo Christi que Ecclesia tam sollicitè vigilat: tantâ contentione molitur, totque subit discrimina, dum vir idem in

ere-
mu-
sol-
cle-
ma-
tic-
pr-
ed-
ca-
fia-
hu-
res-
mi-
ni-
tic-
qu-
co-
rū-
qu-
&
die-
ser-
di-
ed-
sch-
sp-

ere-

P R Æ F A T I O .

eremo delitescit , simulque toto fere
 mundo discurrit , neque sine Apostolica
 solitudine & industria tot Christi Ec-
 clesias invisit , salutatur , repurgat , confir-
 mat atque sanat . O felix Bethlehemi-
 ca cellula , quæ nobis hujusmodi scri-
 pta & responsa , fere dixeram oracula ,
 edidit . Non eremum , sed paradisum vo-
 cari par est , undè ad irrigandum Eccle-
 siæ hortum tantâ vi prorumpunt divinæ
 humanæque scientiæ flumina , & saluta-
 res omnibus aquæ propinantur . Neque
 minus admiranda nobis & sectanda ve-
 nit disciplinæ sanctæ severitas cum quo-
 tidiana carnis castigatione conjuncta ,
 quæ mirificè Hieronymi spiritum aluit ,
 confirmavit , illustravit , provexit . Ve-
 rum hîc jam nobis occurreret fortè aliquis
 qui & ordinis mutationem demiratus ,
 & nihil ex prioribus conspicatus appen-
 dicibus , nostram requireret de Erasmo
 sententiam , ut qui semel ac iterum edi-
 dit nobis Hieronymum . Utinam verò
 edidisset ille solum , neque suis etiam
 scholijs , dicam an scorijs , subindè con-
 spurcasset , ac pro antidotis toxica infun-
 dens ,

PRÆFATIO.

dens, carbones (ut ajunt) pro auro vendidisset. Nemo Erasmi Roterodami laudibus in politiori literatura invidere, nemo detrahere meritò queat. Illud autem erat oprandum, si quid votis possemus consequi, Desiderius, ut professionis hujus terminis contentus, aut à sacris studijs penitus abstinuisset, aut in iudicandis Patrum scriptis minore supercilio ac candidiori animo se præditum declarasset. Nam revera postquam Erasmus Theologum agere cœpit, abusus ille ingenio, nimium sibi tribuit ac sumpsit: tum verborum quàm rerum studiofior, severum se præbuit sæpè Aristarchum, ubi nihil erat necesse. Ita in censendis Theologorum quidem scriptis tantum sibi permisit, quantum hactenus nemo alius, quantumvis doctus & sapiens in Ecclesia, vel ipse postulare visus est, vel alijs concedendum existimavit. Scilicet, ne Luthero excludenda ova deessent, Erasmus monachus monachos insectatus est, & parum gravis ipse Philosophus, Doctores scholasticos tantum non tractavit scurriliter: tum ne-

scio

P R A E F A T I O.

scio quo spiritu ductus, non aliam in Ec-
 clestasticis ferè dogmatis, quàm Pyrrho-
 nicam sequi voluit Theologiam. Quid
 quod libenter incusat & oppugnat a-
 lios, se verò ipse perperuò excusat &
 propugnat mordicus, ut nulli velit cede-
 re? Unde id, quod videmus, consecutus
 est tandem, ut Erasmani nominis au-
 thoritatem nullus adversariorum vehe-
 mentius, quàm author ipse labefactârit,
 utque non plus ille ponderis apud pios
 ferè habeat, quàm apud plerosque im-
 pios nunc solet obtinere. Morosum esse
 censorem oportet, qui arreptâ velut vir-
 gulâ censoriâ, de præsentibus, & supe-
 riorum ætatum Theologis liberrimè
 censet, jam illis largitur, jam adimit plu-
 rima: nullamque interim ipse vel Do-
 ctorum, vel scholarum censuram ferre
 dignatur. Sunt tamen adhuc Erasmani
 (ô mores, ô tempora!) quos docet sa-
 pere Moria, & corrumpunt Colloquia
 prava: qui satis docti scilicet, quando-
 cum festivitate norunt sacrificulos, fra-
 terculos, & humanas constitutiunculas
 (sic enim istas appellare libet) mordere

at-

P R A E F A T I O .

atque convellere : tum pulchrè diferti,
 quando religiosis hominum ordinibus
 & institutis obtrectando , irreligiosas
 vulgi aures ac mentes utcunque demul-
 cent : & belli demum actores, quando ve-
 lut in theatro ob oculos ponunt alienam
 turpitudinem , ut jam personas Ecclesia-
 sticas satyricè perstringant , jam de re-
 bus & cæremonijs sacris impurè garriât,
 ne dicam & impiè cum suo rideant Lu-
 ciano. Accedit mirabile supercilium ,
 quo licèt illis quodlibet de mysterijs
 divinis & Sacramentis plerumque inco-
 gnitis, etiam inter pocula, velut ex tri-
 pode pronuntiare. Sed modum excedit
 epistola, quæ mihi ad vos reflectenda &
 aliquando claudenda est, Magnifice Do-
 mine Rector , doctissimi viri, simul &
 studiosissimi adolescentes. Quod vobis,
 hoc quicquid est operis, dedico , jure
 quodam mihi facere videor , nimirum
 ut istius gymnasij sanctissimus Patronus,
 qui novâ veluti veste commendatus
 prodit, vestris primum excipiatur ocu-
 lis, & amicis amplexibus foveatur : utq;
 vos eundem in epistolis adhuc spiran-
 tem

PREFATIO.

rem agnoscatis, & docentem observetis:
Hieronymum, quem in cœlis Christo
regnantem, studiisque vestris hand du-
biè faventem, piè colitis, meritoque
concelebratis. Nostrium est interim Dei
Opt. Max. benignitatem agnoscere &
prædicare, qui vos diversis è locis col-
lectos, in hanc præclaram studiorum
communione adscivit: qui & sedibus
aliquando per alienam injuriam pulsos
mirè restituit: qui demum ex vobis hanc
primam & Ecclesiasticam verè scholam
in nostra quidem Germania his annis
constituit, provexit, conservavit. Quod
institutum ut est per se longè pulcherri-
mum, sic ad reformandas nunc Ecclesias
in primis opportunum debet existimari,
& dignum sanè, in quo cum Magistra-
tus omnes, tum Episcopi suas operas &
impensas maximè locent. Ingentem er-
go laudem & gratiam ille meretur An-
tistes, qui superioribus annis rem ar-
duam, inulitatem, sumptuosam, multis
etiam repugnantibus, ausus est aggredi,
idque perficere potuit, ut Gymnasium
hoc D. Hieronymo sacrum, in Suevia

ex-

PRAEFATIO.

extaret atque vigeret. Nec est obscurus ille, quem honoris gratiâ nomino, vosque liberalissimum Academiae hujus Fundatorem & Mecœnatem esse vestrum haud temerè gloriamini, nimirum laudatissimus & amplissimus Heros, Cardinalis & Episcopus noster D. OTTO TRUCHSES. Quem ut praesentes aemuli maximè negligant, tamen posterius multis nominibus inter eximios Aristites recensebunt, suscipient atque celebrabunt. Certè fieri non posse censeo, quin hic sapiens architectus domum vobis supra petram rite fundaverit: domum, inquam, liberalibus sacrisque studiis consecratam, domum selectis ac peritis professoribus exornatam, praeclaris & pijs legibus instructam, decentique semper ordine administratam. Stetit illa Dei domus, & porrò inconcussa perstabit Christo duce, custode, atque protectore. Hunc in summis etiam oppugnationibus, in medijs hostium insidijs & bellorum tumultibus Academiae vestrae propitium adesse, & praesse re ipsa sensistis. Verùm quod jam olim de

po-

PREFATIO.

populo Dei electo scriptum & factum
legimus, in vos quidem id præclare
quadrat, & eventu comprobatum est.
Quandò magis, inquit, opprimebant
eos, adversarij videlicet, tandò magis
multiplicabantur atque crescebant.
Christum Jesum Opt. Max. precor, ut,
quam cœpit in vobis gratiam, pro im-
mensa tum virtute, tum bonitate sua
confirmet, utque studijs vestris honestis-
simis fructus optatos, ad sui nominis
gloriam, & in Ecclesiæ Catholicæ utili-
tatem conferre dignetur. Augustæ Vin-
delicorum, Anno post Christum na-
tum

M. D. LXV.



SEN-

S E N T E N T I A
D. H I E R O N Y M I.

*Quoties diem illum considero , toto
corpore contremisco. Sive enim co-
medo , sive bibo , sive aliud aliquid
facio , semper videtur mihi tuba il-
la terribilis sonare in auribus meis ;
Surgite mortui , venite ad judi-
cium.*



LIBER PRIMVS
EPISTOLARVM
BEATI HIERONYMI,
Quæ sunt familiares.

I. B. Hieronymi Nitia Hypodiacono, quem
ad scribendum invitat.



URPILIUS COMICUS tra-
ctans de vicissitudine literarum,
Sola, inquit, res est, quæ homines
absentes, præsentis facit. Nec fal-
sam dedit, quanquam in re non
vera, sententiam. Quid enim est,
ut ita dicam, tam præsens inter absentes, quàm
per epistolas & alloqui, & audire quos diligas?
Nam & rudes illi Italiae homines, quos Cæcilius
Ennius appellat, qui sibi (ut in Rhetoricis Cicero
ait) ritu ferino victum quærebant, ante chartæ
& membranarum usum, aut in dedolatis è ligno
codicillis, aut in corticibus arborum mutuò epi-
stolarum alloquia missitabant. Unde & portito-
res earum tabellarios, & scriptores à libris arbo-
rum, librarios vocavêre. Quanto magis igitur
nos, exposito jam artibus mundo, id non debemus
omit-

Cæsci.

Tabella-

rij.

Librarij.

toto
co-
quid
a il-
eis:
adi-

I.

mittere, quod illi sibi præstiterunt, apud quos erat cruda rusticitas, & qui humanitatem quodammodo nesciebant? Ecce beatus Chromatius cum sancto Eusebio, non plus naturâ, quam morum æqualitate germano, literario me provocavit officio. Tu modò à nobis abiens, recentem amicitiam scindis potius, quam dissuis. Quod prudenter apud Ciceronem Lælius vetat. Nisi fortè tibi ita exesus est oriens, ut literas quoque tuas huc venire formides. Expergiscere, expergiscere, e vigila de somno, præsta unam chartæ scedulam charitati. Inter delicias patriæ, & communes, quas habuimus, peregrinationes, aliquando suspiria. Si amas, rescribe obsecranti: si irasceris, iratus licèt scribe. Magnum & hoc desiderij solamen habebo, si amici literas vel indignantis accipiam.

II. Hieronymus Iuliano Diacono Aquileia, ex ceteris sans cur non scripserit.

Antiquus sermo est, Mendaces faciunt, nec vera dicentibus credatur. Quod mihi à te ego objurgatus de silentio literarum accidisse video. Dicam. Sæpè scripsi, sed negligentibus bajulorum fuit. Respondebis: Omnium non scribentium vetus ista excusatio est. Dicam, non reperiri, qui epistolas ferret. Dices, hinc istuc illi quàm plurimos. Contendam, me etiam his dedisse. At illi, quia non reddiderunt, negabunt & erit inter absentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa veniam postulabo, rebus suis arbitrans pacem loco motum petere, quàm æqu

LIBER PRIMUS.

æquo gradu certamina concitare. Quanquam
 ita me jugis tam corporis ægrotatio, quàm ani-
 mæ agritudo consumpsit, ut morte imminente
 nec mei penè memor fuerim. Quod ne falsum
 putes, oratorio more post argumenta testes vo-
 cabo. Sanctus frater Heliodorus hîc adfuit, qui
 cum mecum eremum vellet incolere, meis scele-
 ribus fugatus abscessit. Verùm omnem culpam
 præsens verbositas excusabit. Nam, ut ait Flac-
 cus in Satyra: Omnibus hoc vitium est cantori-
 bus inter amicos rogati, ut nunquam cantent, in-
 jussi nunquam desistant. Quapropter deinceps
 ita te fascibus obruam literarum, ut econtrario
 incipias rogare, ne scribam Sororem meam fi-
 liam in Christo tuam, gaudeo te primùm nunti-
 ante, in eo permanere, quod cœperat. Hîc enita
 ubi nunc sum, non solum quid agatur in patria,
 sed an ipsa patria perftet, ignoro. Et licet me fini-
 stro * Hibera excetra ore dilaniet, non timebo
 hominum judicium, habiturus judicium meum:
 juxta illud, quod quidam ait: Si fractus illabatur
 orbis, Impavidum ferient ruinæ. Quapropter
 queso, ut Apostolici memor præcepti, quod docet
 opus nostrum permanere debere, ut tibi à Domi-
 no præmium in illius salute pares: & me de com-
 muni in Christo gloria crebris reddas sermoni-
 bus latiore.

* aliàs
 Hiberia
 excetra-
 rum ora.
 Hora-
 tius,
 1. Cor. 3.

III. Hieronymus Chryfogeno Monacho Agni-
 leia, cum illo expostulans quod non scribas.

QUI circa te affectus meus sit, charissimus
 ambobus Heliodorus tibi potuit fideliter

nuntiare: qui non minore te diligit amore, quam ego diligo, ut semper in ore meo nomen tuum sonem: ut ad primam quamque confabulationem jucundissimi mihi consortij recorder, ut humilitatem admirer, virtutem efferam, prædicem charitatem: Verum tu, quod natura lynces insutum habent, ne post tergum respicientes meminerint priorum, & mens perdat, quod oculi videre desierint: ita nostra es necessitudinis penitus oblitus, ut illam epistolam, quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert, non parvilituram, sed imis (ut ajunt) ceris eraseris. Et illi quidem (quas diximus) ferae sub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas, aut timidum * cervos animal comprehendunt, currentemque frustra prædam, dum hostem suum secum vehit, rabido desuper ore dilaniant, & tandem diu meminere prædandi, quamdiu venter vacuus siccum fame guttur exasperat. Ubi vero sanguine passa feritas viscera distenta compleverit, cum saturitate succedit oblivio: tamdiu nescit quid * capiat, donec memoriam revocaverit furies. Tu necdum satiatus è nobis, cur finem jugis exordio? cur amittis, antequam teneas? Nisi forte negligentia semper excusatione sociata, seras te non habuisse quod scriberes: cum hoc ipsum debueris scribere, te non habuisse quod scriberes.

*Lynces.**I Cor. 3.*** aliàs,
porcum.*** aliàs
capiat.*

IV. Hieronymus Florentio, confirmans initam cum amico illo necessitudinem. Tum seipsum valde dejicit, factâ cum Ruffino sui collatione.

Quantus beatitudinis tuæ rumor diversa populorum ora compleverit, hinc poteris æstimare, quod ego te antea incipio amare, quam nosse. Ut enim ait Apostolus: Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium; ita è contrario tuæ dilectionis fama dispargitur, ut non tantum laudandus sit ille, qui te amat, quantum scelus facere putetur ille, qui non amat. Prætermitto innumerabiles, in quibus Christum sustentasti, pavisti, vestisti, visitasti. Heliodori fratris à te adjuta necessitas, multorum etiam potest ora laxare. Quibus gratijs, quo ille præconio peregrinationis incommoda à te fota referebat? Ita ut ego ille tardissimus, quem intolerabilis languor vexat pennatis (ut ajunt) pedibus, certè charitate & voto, te salutaverim, & etiam complexus sim. Gratular itaque tibi, & nascentem amicitiam, ut Dominus concedere dignetur, precor. Et quia frater Ruffinus, qui cum sancta Melania ab Ægypto Hierosolymam venisse narratur, individuâ mihi germanitatis charitate connexus est, quæso ut epistolam meam huic epistolæ tuæ copulatam, ei reddere non graveris. Noli nos ejus æstimare virtutibus. In illo conspicies expressa sanctitatis * vestigia: & ego cinis & vilissima pars luti, etiam favilla, dum vector, satis habeo, si splendorem morum illius im-

Tem. 8.

* Inst.
gnia.

B 2

becil.

Hieronij-
anis. mor.

Pf. 145.
Zsa. 66.

Roan. II.

becillitas oculorum meorum terre sustineat. Illi
modò se lavit, & mundus est, & tanquam nix de
albus: ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus
natus. diebus ac noctibus opperior cum tremore
reddere novissimum quadrantem. Sed tamen
quia Dominus solvit compeditos, & super humi-
lem & trementem verba sua requiescit, forsitan
mihi in sepulchro scelerum jacenti dicat, Hiero-
nyme, veni foras. Sanctus presbyter Evagrius
plurimum te salutat, & Martinianum fratrem
juncto salutamus obsequio, quem ego videre de-
siderans, catenâ languoris innector.

V. Hieronymus eidem Florentio, Ad scriben-
dum hortatur amicum, & mitti qua-
dam postulas.

IN ea mihi parte eremi commoranti, quæ juxta
Syriam Saracenis jungitur, dilectionis tuæ scri-
ptæ perlata sunt. Quibus lectis ita reaccensus est
animus Hierosolyman proficiscendi, ut penè no-
cuerit proposito, quod profuerat charitati. Num
igitur quomodo valeo, pro me tibi literas repre-
sento: etsi corpore absens, amore tamen & spiri-
tu venio, impendio exposcens, ne nascentes ami-
citas, quæ Christi glutino cohæserunt, aut tem-
poris, aut locorum magnitudo divellat, quin po-
tius fœderemus eas reciprocis epistolis. Hæc inter
nos errant, illæ sibi obviant, illæ nobiscum lo-
quantur. Non multum perditura erit charitas,
tali secum sermone fabuletur. Rufinus autem
frater, ut scribis, necdum venit: & si venerit, non
multum proderit desiderio meo, cum eum jam
visu

visurus non sim Ita enim & ille longo à me inter-
 vallo separatus est, ut huc non possit excurrere:
 & ego arreptæ solitudinis terminis arceor, ut
 cæperit jam mihi non licere quod volui. Inter-
 pretationem quoque Psalmorum Davidicorum,
 & prolixum valdè librum de Synodis sancti Hi-
 larii, quem ei apud Treviros manu mea ipse
 descripseram, ut mihi transferas, peto. No-
 sti hoc esse Christianæ animæ pabulum, si in
 lege Domini meditetur die ac nocte. Cæteros
 hospitio recipis, solatio foves, sumptibus jvas.
 Mihi si rogata præstiteris, multa * largitus es.
 Et quoniam largiente Domino multis sacræ bi-
 bliothecæ codicibus abundamus, impera vicil-
 sim: quodcunque vis, mittam. Nec putes mi-
 hi grave esse, si jubeas. Habeo enim alumnos,
 qui antiquariæ arti serviunt. Neque verò bene-
 ficium pro eo, quod polliceor, postulo.

*Liber
Hilarij.*

* alias
cuncta.

* alias,
qui anti-
qua me
avis et
dicitur.

*VI. Hieronymus Antonio Monacho, commendans hu-
 militatis vitam, & illum ad scribendam offi-
 cium provocans.*

Dominus noster humilitatis magister, disce-
 prantibus de dignitate discipulis, unum ap-
 prehendit è parvulis, dicens: Quicumque ve-
 strum non fuerit conversus sicut infans, non po-
 test introire in regnum cælorum. Quod ne tan-
 tum docere, nec facere videretur, implevit ex-
 emplo, dum discipulorum pedes lavat, dum tra-
 ditorem osculo excipit, dum loquitur cum Sama-
 ritana, dum ad pedes sibi sedente Mariâ, de cælo-
 rum disputat regno, dum ab inferis resurgens pri-

Matt. 18.

*Christi
humili-
tas.*

*Joan 33.
Matt. 26.*

- Ioh. 4. mūm mulierculis apparet. Sathanas aurem ex
 Luc. 10. Archangelico fastigio non aliam ob causam, nisi
 Matt. 23. ob contrariam humilitati superbiam ruit. Et Ju-
 Esai. 14. daicus populus primas sibi cathedras & salutatio-
 Matt. 23. nes in foro vendicans, deputato antea in illam
 Esai. 40. situla, gentium populo succedente, deletus est.
 Contra sophistas quoque seculi & sapientes mun-
 di Petrus & Iacobus piscatores mittuntur. Cuius
 Iacob. 4. rei causa Scriptura ait: Superbis Deus resistit, hu-
 * Vides. milibus autem dat gratiam. Vide * frater qua-
 le malum sit, quod Deum habet adversarium.
 Luc. 18. Ob quod in Evangelio & Phariseus arrogans
 spernitur, & humilis publicanus auditur. Decem
 jam (nisi fallor) epistolas plenas tam officij, quam
 precum mihi, cum tu ne nutum quidem facere di-
 gnaris: & Domino loquente cum servis, frater
 cum fratre non loqueris. Nimis, inquires, contu-
 meliosè. Crede mihi, nisi styli verecundia pro-
 hiberet, tanta læsus ingererem, vel inciperes mi-
 hi rescribere vel iratus. Sed quoniam & irasci
 hominis est, & injuriam non facere, Christiani
 ni: ad antiquum morem revertens rursus pre-
 cor, ut & diligentem te diligas, & ut confer-
 vo sermonem conservus impartias. Vale in Do-
 mino.

VII. Hieronymus Theophilo Episcopo Alexandrino,
 Laudat librum Paschalis, ab eodem Theophilo
 . Græcè conscriptum, & à se Latine
 conversum.

B Eatissimo Papæ Theophilo Hieronymus sa-
 lutem. Ex eo tempore, quo beatitudinis tuæ
 acce-

LIBER PRIMUS.

accēpi epistolas, juncto Paschali libro, usque in
 presentem diem ita & mœrore luctus, & sollicitu-
 dine, ac diversis super statu Ecclesiæ hinc inde ru-
 moribus exagitatus sum, ut vix volumentuum
 potuerim in Latinum sermonem vertere. Opti-
 mē enim nosti, juxta veterem sententiam, non es-
 se tristem eloquentiam: maximē si ad ægritudi-
 nem animi accedat corporis ægritudo. Et hanc
 ipsam epistolam febre æstuans, & quintum jam
 diem decumbens lectulo, nimia festinatione di-
 stavi, breviter indicans beatitudini tuæ, magnum
 me laborem sustinuisse in translatione ejus, ut om-
 nes sententias pari venustate transferrem, &
 Græcæ eloquentiæ Latinum aliqua ex parte re-
 sponderet eloquium. In principio philosopha-
 ris, & generaliter agens dum omnes erudis, unum
 jugulas: in reliquis autem, quod vel difficilli-
 mum est, Rhetoricæ eloquentiæ jungis Philoso-
 phos, & Demosthenem atque Platonem nobis
 consocias. O quanta dicuntur in luxuriam: quan-
 tis præconijs extollitur continentia? & de istis
 sapientiæ disciplinis, diei ac noctis. Lunæ
 cursus ac Solis ratio, mundi istius natura descri-
 bitur: & hanc ipsam disputationem ad Scri-
 pturarum refers autoritarem, ne in Paschali li-
 bro videaris de secularibus quicquam fontibus
 mutuatus. Quid plura? In his laudare te vereor,
 ne assentandi crimen incurram. Optimus liber
 est, & in Philosophis: & agens susceptam causam
 absque invidia personarum. Unde obsecro te, ig-
 noscas tarditati etiam meæ. Ita enim sanctæ &
 venerabilis Paulæ confectus sum dormitione ut
 absque translatione hujus libri, usque in præsen-

*Paulæ
 viduæ*

libro

tiarum nihil aliud divini operis scripserim. Perdidimus enim, ut ipse nosti, repente solatium quod (ut conscientia nostrae testis est Dominus) non ad proprias ducimus necessitates, sed ad sanctorum refrigeria, quibus illa sollicitè serviebat. Sancta & venerabilis te filia tua Eustochium, quae nullam pro matris absentia recipit consolationem, te universa fraternitas suppliciter salutat. Litteras, quos dudum scripsisse te nuntiasti, vel legendos nobis, vel vertendos trans mitte. Vale in Christo.

VIII. Hieronymus Paulo Concordiensis Aquileiensi Monacho scri. Philosophatur de hominis aetate misera, & laude vegeta senectutis.

Humanae vitae brevitatis, damnatio delictorum est. Et in ipso saepe lucis exordio mortis sequuta nascentem, labentia quotidie in vitium saecula proficitur. Nam cum primum paradisi colonum viperinis nexibus praepeditum coluber deduxisset ad terras, aeternitas mortalitate mutata in nongentos & eo amplius annos, secundum quodammodo immortalitatem maledicti hominis distulerat elogium. Exinde paulatim recrudescente peccato, totius orbis naufragium gigantum adduxit impietas. Post illud, ut ita dixerim, purgati baptisma mundi, in breve tempus hominum vita contracta est. Hoc quoque spatium, sceleribus nostris semper contra divina pugnantis, penè perdidimus. Quotus enim quisque aut centenariam transgreditur aetatem, aut non ad

eam sic pervenit, ut pervenisse pernitescat? secundum quod in libro Psalmorum Scriptura testatur: *Psal. 89.* Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autem labor & dolor Quorsum, ais, ista tam alto repetita principio, & ita procul excepta? ut merito quis Horatiano de nobis possit sale ludere? Et gemino bellum Trojanum oritur ab ovo. Videlicet, ut senectutem tuam, & caput ad similitudinem *Cant. 5.* Christi candidum, dignis vocibus prædicemus. Ecce jam centenus ætatis tuæ circulus volvitur, & tu semper præcepta Domini custodiens, futura beatitudinem vitæ per * præsentia exempla * prædicat. *ta.* Oculi puro lumine vigent, pedes imprimunt certa vestigia, auditus penetrabilis, dentes candidi, vox sonora, corpus solidum & succi plenum, cani cum robore discrepant, vires cum ætate dissentiunt. Non memoriæ tenacitatem, ut in plerisque cernimus, antiquior senectus dissolvit, non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit, non contractam rugis faciem arata frons asperat, non denique tremula manus per curvos cæræ tramites errantem stylum ducit. Futuræ nobis resurrectionis vigorem in te Dominus ostendit, ut peccati sciamus esse, quod cæteri adhuc viventes præmoriuntur in carne: justitiæ, quod tu adolescentiam in aliena ætate mentiris. Et quanquam multis istam corporis sanitatem etiam peccatoribus venire videamus, tamen illis hoc diabolus ministrat, ut peccent: tibi Dominus præstat, ut gaudeas. Doctissimi quique Græcorum, de quibus pro Flæco agens luculenter Tullius ait, ingenita levitas, & erudita vanitas. Re-

gum suorum ac principum laudes acceptâ mercede dicebant. Hoc ego nunc faciens, pretium posco pro laudibus. Et ne putes modica esse quæ deprecor, margaritum de Evangelio postularis. Eloquentia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum: scilicet et commentarios Fortunatiani, & propter notam persecutorum Aurelij Victoris historiam, simulque epistolas Novatianæ, ut dum schismatici hominis venena cognoscimus, libentius sancti martyris Cypriani bibamus antidotum. Misimus interim te tibi, id est, Paulo seni Paulum seniore, in quo propter simpliciores quosque multum in deijciendo sermone laboravimus. Sed nescio quomodo, etiam si aqua plena sit, tamen eundem odorem lagenæ servat, quo dum rudis esset, imbuta est. Si hoc munusculum placuerit, habemus etiam alia condimenta, quæ cum plurimis orientalibus mercibus, ad te (si Spiritus sanctus afflaverit) navigabunt.

IX. Hieronymus Rufino Aquileiensi, ut videtur, captans tanti viri amicitiam & familiaritatem.

Multum in utramque partem crebro fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona, falso rumore concelebrat. Unde & ego gaudeo quidem super testimonio erga me sanctitatis tuæ, & amore sancti presbyteri Eusebii: nec dubito, quin me publicè prædisetis, sed tacitum vestræ prudentiæ iudicium pertimesco. Itaque obsecro, ut magis memineritis mei, & dignum vestrâ laude faciatis. Quod primus ad officium

Matt. 13.

Psal. 11.

NOVATIANI.

ficiam provocasti, & mihi secunda in rescribendo partes datae sunt, non venit de incuria in amicos, sed de ignorantia. Si enim scissem, praecurpassim sermonem tuum.

X. *Hieronymus Paulino Antiochena urbis Episcopo. Purgatoria est, quod non scribat exactius.*

Voce me provocas ad scribendum, teres eloquentiam: & in epistolari stylo propè Tullium representas. Quod quereris, me parvas & incompras literulas mittere, non venit de incuria, sed de timore tui: ne verbosius ad te loquens, plura reprehendenda transmittam. Et navigandi tempore tanta à me simul epistolae flagitantur, ut sic cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam. Unde accidit, ut omisâ compositione verborum & scribentium sollicitudine, dictum quicquid in buccam venerit, & amicum te tantum meorum dictorum non iudicem, considerem. Et scis ipse, non benè fieri, quod occupato animo fiat. Pileolum texturâ breve, charitate latissimum, senili capiti confovendo, libenter accepi, & munere, & muneris auctore lætatus.

XI. *Hieronymus Desiderio, respondens amanter & humiliter, illum verò predicans & invitans in Bethlehem.*

Lecto sermone dignationis tuae, quem mihi nec opinanti tua benevolentia tribuit, gavius quidem suo testimonio honesti & eloquentis

viri: sed in memet reversus, satis dolui, indigna in
 tantis laudibus atque præconio opprimi me po-
 tius, quam levari. Scis enim dogma nostrum, hu-
 militati tenere vexillum: & per ima gradientes
 ad summa nos scandere. Quotus igitur rego, ve-
 quantus sum, ut erudita vocis merear testimo-
 nium: ut mihi ab eo palma eloquentiæ defera-
 tur, qui scribendo disertissime, deterruit ne scri-
 berem? Veruntamen audiendum est, ut chari-
 tas, quæ non quarit quæ sua sunt, sed quæ proxi-
 mi, reddat salutationis officia, quoniam locum
 implere non valet præceptoris. Gratulor tibi, &
 sanctæ atque venerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ
 Phrenonymos calcatis fluctibus sæculi, ad Christi
 tranquilla pervenit: quanquam hoc nominis va-
 ticinium etiam in te prædestinatum sit. Legimus
 enim sanctum quoque Danielem appellatum de-
 sideriorum virum & amicum Dei, quia mysteria
 eius scire desideravit. Itaque quod venerabilis
 Paula me est deprecata ut facerem, sponte facio:
 hortorque vos, & precor per Domini charita-
 tem, ut nobis vestros tribuatis aspectus: & per oc-
 casionem sanctorum locorum tanto nos diletis
 munere. Certè si confortia nostra displicuerint,
 adorasse, ubi steterunt pedes Domini, pars fidei
 est & quasi recentia nativitatis & crucis, ac pas-
 sionis vidisse vestigia. Opusculorum meorum
 quia plurima evolaverunt de nidulo suo, & te-
 merario editionis honore vulgata sunt, nihil mi-
 si, ne eadem forsitan mitterem, quæ habe-
 has. Quod si exemplaria libuerit mutuari, vel
 à sancta Marcella, quæ manet in Aventinò: vel
 à Loth, temporis nostri Domnionæ viro san-
 cto

3 Cor. 13.

Bar. 9.

Psal. 131.

difficillimo accipere poteris. Ego autem opperians
praesentiam tuam; aut totum tibi dabo, cum affue-
ris: aut si hoc aliqua impedierint difficultates,
quaecunque praeciperis, libens mittam.

*XII Hieronymus Chromatio & Haliodoro
Episcopis, dedicans eius versionem
libri Tobiae.*

Merari non desino exactionis vestrae instan-
tiam. Exigitis enim, ut librum Chaldaeo ser-
mone conscriptum, ad Latinum stylum traham:
librum utique Tobiae quem Hebraei de catalogo
divinarum scripturarum secantes, his quae hagio-
grapha memorant, manciparunt. Feci satis deside-
rio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim
nos Hebraeorum studia, & imputant nobis con-
tra suum canonem. Latinis auribus ista transfer-
re. Sed melius esse iudicans Pharisaeorum displic-
ere iudicio, & Episcoporum iussionibus deservire,
instici, ut potui. Et quia vicina est Chaldaeorum
lingua sermoni Hebraico, utriusque linguae peri-
tissimum loquacem reperiens, unius diei laborem
arripui, & quicquid ille mihi Hebraeis verbis ex-
pressit, hoc ege accito notario sermonibus Latini-
s exposui. Orationibus vestris mercedem huius
operis compensabo, cum gratum vobis
didicero, me quod iubere estis
dignati, complecti.

XIII. Hieronymus Domnioni & Rogatiano, quibus
comprobat versionem libri Paralipome-
non à se factam & illis dedicatam.

Quomodo Græcorum historias magis intelli-
gunt, qui Athenas viderint, & tertium Virgi-
lii librum, qui à Troade per Leucaten, & Acro-
ceraunia ad Siciliam: & inde ad ostia Tyberis na-
vigaverint: ita sanctam scripturam lucidius in-
tuebitur, qui Judæam oculis contemplatus sit, &
antiquarum urbium memorias locorumque ve-
radem vocabula, vel mutata cognoverit. Unde &
nobis cura fuit cum eruditissimis Hebræorum
hunc laborem subire, ut circumiremus provin-
ciam, quam universa Christi ecclesiæ sonant. FA-
TEOR enim mi Domnion & Rogatiane charissimi
nunquam me in divinis voluminibus propriis vi-
ribus credidisse, nec habuisse opinionem meam:
sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, inter-
rogare me solitum. Quanto magis de his, super
quibus anceps eram & Orationum itaque vestra-
rum adjutus auxilio, nisi librum benevolis placi-
tuum: tamen invidis displiciturum esse non am-
bigō. OPTIMA enim quæque (ut ait Plinius) ma-
lunt contemnere plerique, quàm discere. Si quis
in hac interpretatione voluerit aliquid re-
prehendere, interroget Hebræos, suam conscien-
tiam recolat, videat ordinem textumque fermo-
nis: & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat.

XIII. Hieronymus iisdem, Prefatur in Esdra & He-
ster libros, eamque ad versus amulos defendi cupit.

Utrum difficilius sit facere, quod poscitis, an
negare, nec dum statui. Nam neque vobis ali-
quid imperantibus abnuere sententiæ est, & mag-
nitu do

nitudo oneris impositi ita cervices premit, ut ante sub fasce ruendum sit, quàm levandum. Accedunt ad hoc invidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante publicè lace- rant, quod occulte legunt: in tantum, ut clamare compellat & dicere: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis atque rescribitis, ut Esdræ librum & Hester vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit FRUSTRA autem (ut quidam ait) nitri, neque aliud fatigando, nisi studium quærere, extremæ dementia est. Itaque obsecro vos, mi Domnion & Rogatiane charissimi, ut privata lectione contenti, libros non effertis in publicam: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitæque eorum supercilium, qui judicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil noverunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displiceat, his tribuatis exemplar, admonentes, ut Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est) distinctè & per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur. Itaque LICET hircus hiber, victorq; sinò incendia jactet, nunquam meum (juvante Christo) silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abjiciant. Eventilent apices, literas calumnientur: Magis vestra Charitate provocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebtor.

*Psa. 190.**Teren.*

*XV. Hieronymus Mixorio & Alexandro monachis
ad quos de resurrectione scribunt excusatas
occupaciones & tabellarium.*

In ipso jam professionis articulo sancti fratris
nostri Sisinni, qui vestra mihi scripta detulerat
hæc qualiacunque sint, dicere compellor. Nec
possum vestram calare prudentiam, & obsecro, de
hoc dictum referatis ad gloriam, quin potius ad
plenam necessitudinem, dum ita vobis, quasi mihi
loquor, Multas sanctorum fratrum ac sororum de
vestra provincia ad me derulit quæstiones, ad
quas usque ad diem Epiphaniarum, largissimo
spatio me responsurum putabam. Cumque furti-
vis noctium lucubratiunculis ad plerasque dicta-
rem, & expletis aliis, me ad vestram quasi ad diffi-
cillimam reservarem, subito supervenit, asserent
se illico profecturum. Cumque eum rogarem, ut
differret iter, liberè mihi cœpit famem obtendere
monasteriorum, Ægypti necessitates, Nihil non
plenas aquas, multorum in ediam, ut propè offen-
sa esset in Dominum, illum ultra velle retinere. I-
taque subtegmen & stamina, liciaque & telas, qua
mihi ad vestramunicam paraveram, vobis in-
confecta transmisi: ut quicquid mihi deest, vestro
textatur obquo. Prudentes estis & eruditi; & de-
canina, ut ait Appius, facundia ad Christi diser-
titudinem transmigrastis. Nec magno mihi apud
vos labore opus est, quod philosophum quendam
in suadendo rusticum esse perpeffum narrant fa-
bule. Vix dum dimidium (inquit) dixeram, jam
intellexerat, Itaque & ego tempore coartatus,
ingu-

Singulorum vobis, qui in sacram scripturam commentarios reliquerunt, sententias proruli, & ad verbum pleraque interpretatus sum: ut & me liberem quaestione, & vobis veterum tractatorum mittatur autoritas, * quae in legendis singulis ac probandis non meae voluntati, sed vestro acquiescat ^{* aliusque} arbitrio.

XVI Hieronymus Onaso obtractatori, qui quaedam Hieronymus adversus vitia scripserat, ad suam contumeliam pertinere putavit, & idcirco deridetur.

Medici, quos vocant chirurgicos, crudeles putantur, & miseri sunt. An non est miseria, alienis non dolere vulneribus, & emortuas carnes inclementi secare ferro? non horrere curantem, quod horret ipse, qui patitur, & inimicum putari? *Ita se natura habet, ut amara sit veritas, blanda vitia existimentur.* Esaias in exemplum captivitatis futurae, nudus non erubescit incedere. *Esai. 20.* Hieremias de media Hierusalem ad Euphratem fluvium Mesopotamiae mittitur, ut inter inimicas gentes, ubi est Assyrius, & castra sunt Chaldaeorum, ponat *περιζωμα*, id est, lumbare, circumpendum Ezechiel stercore primum humano deinde bubulo, panem de omni semine conspersum edere jubetur, & uxoris interitum siccis oculis videt. *Amos. 7.* Amos de Samaria pellitur. Cur quaeso? Nempe ideo, quia chirurgici spirituales, fecantes vitia peccatorum ad poenitentiam cohortantur. Paulus apostolus, Inimicus (inquit) vobis factus sum, verum dicens. *Gal. 4.* Et quis Salvatoris *Ioan. 6.* dura

Joan. 6.

dura videbantur eloquia, plurimi discipulorum
 retrosum abierunt. Unde non mirum est, si & nos
 ipsi vitijs detrahentes offendimus plurimos. Dico
 posui nasum secare scetentem: timeat qui stru-
 mosus est. Volo corniculæ detrahere garrienti
 rancidulam se intelligat cornix. Nunquid unquam
 in urbe Romana est, qui habeat truncas inhono-
 sto vulnere nares? Nunquid solus Ovasus Sege-
 stanus cava verba, & in modum vesicarum tu-
 mentia, buccis trutinatur inflatis? Dico quosdam
 scelere, perjurio, falsitate ad dignitatem nescio
 quam pervenisse. Quid ad te, qui te intelligis in-
 nocentem. Rideo advocatum, qui patrono ce-
 geat: quadrante indignam eloquentiam nar-
 subsanno: quid ad te, qui disertus es? Volo in-
 nummarios in vehi sacerdotes: tu qui dives es,
 quid irasceris? Clausum cupio suis ignibus Vul-
 canum. Nunquid hospes ejus es, aut vicinis,
 quod à delubris idoli niteris incendia submove-
 re? Placet mihi de larvis, de bubone, de noctua,
 de Niliacis ridere portentis. Quicquid dictum
 fuerit, in te dictum putas. In quodeunque vitium
 styli mei mucro contorquetur, te clamitas desi-
 gnari. Consertâ manu in jus vocas, & satyricum
 scriptorem in prosa stultè arguis, An ideo tibi bel-
 lus videris, quia fausto vocaris nomine? Quasi
 non & lucus ideo dicatur, quod minimè luceat, &
 Paræ, quod nequaquam parcant, & Eumenides
 Furia, quod non sint benignæ, & vulgò Æthiopes
 vocentur argentei. Quod si in descriptione fœ-
 derum semper irasceris, jam tibi cum Persio can-
 tabo: Optent te generum Rex & Regina puella,
 Te rapiant, quicquid calcaveris, hoc rosa fiat.

Dabo

*Lucus.**Parca.*

Dabo tamen consilium quibus absconditis, possis pulchrior apparere. Nasus non videatur in facie, sermo non sonet ad loquendum, atque ita & formosus, & disertus videri poteris.

XVII *Augustinus Episcopus Hieronymo presbytero, agens cum illo amanter, & suspicionem contra se natam de libro contra Hieronymum scripto diluens.*

Domino charissimo, & desideratissimo, & honorando in Christo fratri, & compresbytero Hieronymo Augustinus in Domino salutem. Audivi pervenisse in manus tuas literas meas: sed quod adhuc rescripta non merui, nequaquam imputaverim dilectioni tuæ: aliquid proculdubio impedimenti fuit. Unde agnosco Dominum à me potius deprecandum, ut tuæ voluntati det facultatem mittendi, quod rescriberis. Nam rescribendi jam dedit, quia cum volueris, facillimè poteris. Etiam hoc ad me sanè perlatum est, quod utrum quidem crederem, dubitavi: sed hinc quoque tibi aliquid utrum scriberem, dubitare non debui. Hoc autem breve est suggestum esse charitati tuæ, à nescio quibus fratribus mihi dictum est, quod librum adversus te scripserim, Romamque miserim. Hoc factum esse noveris: Dominum meum Jesum testor, hoc me non fecisse: sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid, quàm tu, sensisse reperior, non contra te dictum, sed quid mihi videbatur, à me scriptum esse, puto te debere cognoscere: aut si cognosci nò potest, credere debere. Ita hoc sanè dixerim, ut ego nò tantum paratus sim, si quid te in meis scriptis moverit, fraternè accipere, quid contra setias aut de correctione mea, aut de ipsa bene

volentia tua gavifurus: verum etiam hoc à te potest
tulem & flagitem. O si licuisset, et si non cohabitante,
salem vicino te in Domino perfui ad erubrum & dulce colloquium. Sed quia id non est datum,
peto, ut hoc ipsum, quod in Domino quam possimus, simul simus,
conseruari studeas & augeri ac perfici, & rescripta quamvis
rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum
& omnes fratres, qui tecum ac de te in Domino gloriantur.
Memor nostri exaudiaris in Domino in omni sancto desiderio tuo,
domini charissime & desideratissime, & honorande in Christo frater.

XVIII. Hieronimus Augustino Episcopo Hippo-
nensi. Responsoria s. approbans factam purgationem,
& admonens ne contra se quicquam
Augustinus facile
scribat.

Domino verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in Domino salutem. In ipso professionis articulo sancti filij nostri, Asterii hypodiaconi, necessarii mei, beatitudinis tuæ ad me literæ supervenerunt, quibus satisfacis, te contra parvitatem meam librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram: sed epistolæ cuiusdam quasi ad me scriptæ per fratrem nostrum Sifinnium diaconum huc exemplaria pervenerunt: in qua hortaris me, ut *καλιωδῶν* super quodam Apostoli capitulo canam: & imiter Stesichorum, inter vituperationes & laudes Helenæ Augustam: ut qui detrahendo oculos per-

siderat, laudando* receperit. Ego simpliciter fa * recipere
 cor dignationi tuae, licet stylus & επιγραμματα res.
 tua mihi viderentur: tamen non temere exem-
 plarius literarum credendum putavi. ne forte
 me respondente laesus, justè expostulares, quod
 probare ante debuisset tuum esse sermonem, &
 licet rescriberem. Accessit ad moram sanctae & ve-
 nerabilis Paulae longa infirmitas. Dum enim lan-
 guenti multo tempore assidemus, penè epistolae
 tuae, vel ejus qui sub tuo nomine scripserat, obli-
 tumus memores illius versiculi, Musica in luctu, *Eccl. 22.*
 importuna narratio. Itaque si tua est epistola, aper-
 tè scribe, vel mitte exemplaria veriora: ut absque
 ullo rancore stomachi in scripturarum disputa-
 tione versemur, & vel nostrum emendemus erro-
 rem, vel alium frustra reprehendisse doceamus.
 Absit autem à me, ut quicquam de libris tuae bea-
 titudinis attingere audeam. Sufficit enim mihi
 probare mea, & aliena non carpere. Caeterum op-
 timè novit prudentia tua, unumquemque in suo
 sensu abundare: & puerilis esse jactantiae, quod a-
 lim adolescentuli facere consueverant, accusan-
 do illustres viros suo nomini famam quærere. Nec
 tam stultus sum, ut diversitate explanationum
 tuarum me laedi putem: quia nec tu laederis, si nos
 contraria senserimus. SED illa est vera inter ami-
 cos reprehensio, si nostram peram non videntes,
 aliorum (juxta Persium) manticam considere-
 mus. Superest, ut diligas diligentem te, & in scrip-
 turarum campo juvenis senem non provocet.
 Nos nostra habuimus tempora & cucurrimus
 quantum potuimus: nunc te currente, & longae
 spacia transmeante, nobis debetur otium: simul
 que

que (ut cum venia & honore tuo dixerim) ne si
 lus tibi aliquid de poetis proposuisse videar
 memento Daretis & Entelli, & vulgaris prover
 bii, Quod Bos lassus, fortius figat pedem. Triste
 hæc dictavimus: utinam mereremur complexu
 tuos, & collatione mutua vel doceremus aliqu
 vel disceremus. Misit mihi temeritate solita ma
 ledicta sua Calphurnius, cognomento Lanarius
 quæ ad Aphricam quoque studio ejus didici per
 venire. Ad quæ breviter ex parte respondi, & li
 belli ejus vobis misi exemplaria, latius opus cur
 oportunum fuerit, primo quoque missurus tem
 pore: in quo illud cavi, ne in quoquam existima
 tionem læderem Christianam, sed tantum, ut de
 lirantis imperitique mendacium ac væcordiam
 confutarem. Memento mei sanctæ & venerabilis
 Papa: vide quantum te diligam, ut ne provocato
 *credam quidem voluerim respondere: nec crederem
 tuum esse, quod in altero fortè reprehenderem
 Frater communis suppliciter te salutat.

XIX. Hieronymus Augustino eidem Episcopo. Exces
 sat se quod non responderit post acceptos libros dicit
 Augustini, eosque commendat. De his duobus libris
 vide Paulum Orosium in fine historia.

Virum honorabilem fratrem meum filiū dig
 nationis tuæ Orosium presbyterū, & sui me
 rito & te jubente suscepi. Sed incidit tempus dil
 ficillimum, quando mihi tacere melius sit quam
 loqui: ita ut nostra studia cessarent, & juxta Appi
 canina exerceretur facundia. Itaque duobus libe
 lis tuis quos meo nomini dedicasti, eruditissimis
 & omni eloquentiæ splendore fulgentibus ac
 tempus respondere non potui. Non quod quicquid
 in illis reprehendendum putem: sed quia juxta

Apostolum, unusquisque in suo sensu abundet : alius quidem sic, alius autem sic. Certè quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, à te positum atque disertum est. Sed quæso reverentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa differimus, Cæterum æmuli, & maximè hæretici, si diversas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est, te amare, te suspicere, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. Certè & in Dialogo, quem nuper edidi, tuæ beatitudinis, ut dignum fuerat, recordatus sum: magisque demus operam, ut perniciosissima hæresis de Ecclesiis auferatur, quæ semper simulat pœnitentiam, ut docendi in Ecclesiis habeat facultatem : ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur. Sanctæ ac venerabiles filiæ tuæ Eustochium & Paula, & genere suo, & exhortatione tua dignè gradiuntur: specialiterque salutant beatitudinem tuam omnis quoque fraternitas, quæ nobiscum Domino Salvatore ei servire conatur. Sanctum presbyterum Firmum, anno præterito ob rem earum Ravennam, & inde Aphricam Siciliamque direximus, quem putamus jam in Aphricæ partibus commorari. Sanctos tuo adhærentes lateri ut meo obsequio salutes, precor. Literas quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi: quæ si ad te venerint, ei distingere non graveris. Incolumem te & me memorè Christus Dominus custodiat, Domine verè sancte & beatissime papa, Grandem Latini sermonis in ista provincia notariorum patimur penuriam : & idcirco præceptis tuis pare-

Rom. 14.

re non possumus: maxime in editione Septuaginta, quæ asteriscis veribusque distincta est. Plerumque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

XX. *Augustinus Prasidio presbytero, rogans, suam epistolam curet Hieronymo reuendendam, usque de amborum causa iudicet*

Domino beatissimo ac meritò venerando fratri & confacerdoti Prasidio Augustini in Domino salutem. Sicut præsens rogavi sinceritatem tuam, nunc quoque commoneo, ut literas meas sancto fratri & compresbytero nostro Hieronymo mittere non graveris. Ut autem novam charitas tua, quemadmodum etiam tu illi pro me causa scribere debeas, mihi exemplaria literarum & mearum ad ipsam, & ad me ipsius Quibus lectis, pro tua sancta prudentia facile videbis & motum meum, quem servandum putavi, & motum eius quem non frustra timui. Aut si ego quod non debui, aut quomodo non debui aliquid scripsi, non ad illum de me, sed ad me ipsum potius in leviterna dilectione mitte sermonem: quo correctus, petam ut ignoscat, si in eam culpam ipse cognovero.

XXI Hieronymus Augustino Episcopo, quem resalutat, excusans quod liberini responderit, & invitans ad placidum genus scribendi.

Domino verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in Christo salutem. Cùm à sancto fratre nostro Firmo sollicitè quærerem, quid ageres, sospitem te latus audivi. Rursus cum tuas literas non dico sperarem, sed exigerem, nesciente te ex Africa protectum se esse dixit. Itaque reddo tibi per eum salutationis officia, qui te unico amore complectitur: simulque hic obsecro, ut ignoscas pudori meo, quod diu ut rescriberem præcipienti, negare non potui: nec ego tibi, sed causa causæ respondit. Et si culpa est respondisse, quæso ut patienter audias: multo major tibi est provocasse. Sed facessant istiusmodi querimonia: sit inter nos pura germanitas, & deinceps non querarum, sed charitatis ad nos scripta mittamus Sancti fratres, qui nobiscum Domino serviunt, affatim te salutant. Sanctos, qui tecum Christi *Mats. 31* leve trahunt jugum, præcipue sanctum & suspicendum papam Alipium, ut meo obsequio salutes precor. In columem te & memorem mei, Christus Deus noster tueatur omnipotens, domine verè sancte & beatissime papa. Si legisti librum, explanationem in Jonam, puto quod ridiculam cucurbitæ non recipias quæstionem. Sin autem amicus, qui me primus gladio petiit, stylo repulsus est, sit

C

hu-

XXI

humanitatis tuæ atque iustitiæ, accusantem præhendere, non respondentem. In scripturaturæ si placet, campo sine nostro invicem dolore ludamus.

XXII. Hieronimus Augustino Episcopo, Familia est commendans Præsidium Romanæ civitatis, & de multis hereticorum conquerens.

Domino verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in Christo salutem, Anno præterito per fratrem nostrum Asterium hypodiamonem dignationis tuæ epistolam miseram, promptum reddens salutationis officium quam tibi arbitror redditam. Nunc quoque per sanctum fratrem meum Præsidium diaconum obsecro primum, ut memineris mei. Deinde bajulum literarum habeas commendatum, mihi scias germanissimum, & in quibuscumque necessitas postulaverit, foveas atque sustentens: non quod aliqua re Christo tribuendum indigeat: sed quod bonorum amicitias avidissime expetat, & se in his conjungendis maximum putet beneficium consequutum. Cur autem ad Occidentem navigaverit, ipso poterit narrante cognoscere. Nos in monasterio constituti, varijs hinc inde fluctibus quatimur, & peregrinationis molestias sustinemus. Sed credimus in eo, qui dixit: Confidite, ego vincam mundum: quod ipse tribuente & præfule, con-

JOAN. 16.

tra hostem diabolum victoriam consequemur.
Sanctum & venerabilem fratrem nostrum papam
Alpium ut meo obsequio salutes obsecro Sancti
fratres, qui nobiscum in monasterio Domino
servire festinant, oppidò te salutant. Incolu-
mem te & memorem mei Christus Dominus no-
ster tueatur omnipotens, domine verè sancte &
suspiciende papa.

*XXIII. Hieronymus Ripario presbytero cuius laudat
studium in Purgandis Ecclesiis à dogmatis heretico-
rum, & exemplo patientia sua hortatur
illum, ut continenter defendat
Ecclesiam.*

Domine verè sancto, atque omni mihi affectis-
sime venerabili Ripario Hieronymus in
Christo salutem. Christi te adversum hostes ca-
tholicæ fidei bella bellare, & tuis literis, & mul-
torum relatione cognovi, ventosque esse contra-
rios, & in perditionem mutuum fautores esse per-
ditionis, qui defensores seculi esse deberent. Tam-
men scias, in hanc provinciam nullis humanis
auxiliis, sed propriè Christi sententia pulsus esse
non solum de urbe, sed de Palæstinæ quoque fini-
bus Catilinam: nosque dolere plurimum, quod
cum Lentulo multi conjurationis socii remanse-
runt, qui in Joppe remorantur. Nobis autem me-
lius visum est locum mutare, quàm fidei veritas
tem, ædificiorumque & mansionis amœnitatem
amittere, quàm eorum communione maculari,
qui-

quibus in præsentiarum aut credendum erat, aut certe quotidie non lingua, sed gladiis dimicandum. Quanta autem passi sumus, & quomodo excelsa manus Christi pronobis in hostem sæverit, puto te celebri nuntio omnia cognovisse. Quæso ergo te, ut arreptum opus impleas: ne patiaris te præsentem non habere Christi Ecclesiam defensorem. Certè scit unusquisque, quod vel tibi sufficiat pro virili parte: quia non viribus corporis, sed charitate animi dimicandum, quæ superari nunquam potest. Sancti fratres, qui cum nostris sunt parvitate, plurimum te salutant. Puto autem & sanctum fratrem Alentium diaconum tuæ dignationi cuncta narrare fideliter. Incolumem te & memorem mei Christus Dominus noster tueatur. omnipotens, Domine verè sancte & suspiciendus frater.

XXIV. *Hieronymus Apronio. Narrat de persecutione hæreticorum, in qua commendat Apronij constantiam, & suam ostendit calamitatem.*

Nescio qua tentatione diaboli factum sit, ut & tuus labor, & sancti Innocentii presbyteri industria, & nostrum desiderium ad præsens nequam videatur habere effectum. Deo gratia, quod te sospitem fidei calore ferventem, inter ipsa tentamenta diaboli cognovi. Hoc meum gaudium est, quando in Christo audio filios meos dimicare: & ipsum zelum in nos ipse confirmet, cui credimus,

dimus, ut pro fide eius sanguinem voluntariè fundamus. Eversam nobilem domum funditus doleo: & tamen quid in causa sit, scire non potui. Neque enim portitor literarum scire se dixit. Unde dolere possumus pro amicis communibus & Christi, qui solus potens & Dominus est, & eius clementiam deprecari: licet ex parte Dei mereamur offensam, qui inimicos Domini foverimus. Optimum autem facies, si cunctis rebus omissis, Orientem, & præcipuè sancta loca petas: hic enim quieta sunt omnia. Et licet venena pectoris non amiserint, tamen os impietatis non audent aperire: sed sunt sicut aspides surdæ, & obturantes aures suas. Sanctos fratres saluto. Nostra autem domus secundum carnales opes hæreticorum persecutionibus penitus eversa, Christo propitio spiritualibus divitiis plena est. MELIUS est enim panem mendicare, quàm fidem perdere.

victima salutem, à pastore praesidium ovium flagi-
 to. Faceat invidia, Romani culminis recedat
 ambitio: cum successore piscatoris, & discipu-
 lo crucis * loquor: EGO NULLUM primum,
 nisi Christum sequens, beatitudini tuae, id est,
 cathedrae Petri, communionem confocior: super
 illam petram aedificatam Ecclesiam scio. QUI
 eunquam extra hanc domum agnum comede-
 rit, prophanus est. Si quis in arca Noe non fue-
 rit, peribit regnante diluvio. Et quis pro facino-
 ribus meis ad eam solitudinem commigra-
 vi, quae Syriam juncto Barbariae sine determinat,
 nec possum sanctum Domini tot interjacentibus
 spatijs à sanctimonia tua semper expetere, ideo
 hic collegas tuos Aegyptios confessores sequor:
 & sub onerarijs navibus parva navicula delite-
 sco. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro
 Paulinum. QUI CUNQUE tecum non colligit,
 spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.
 Nunc igitur, proh dolor, post Nicenam fidem,
 post Alexandrinum juncto pariter Occidente de-
 cretum, trium hypostaseon ab Arianorum Prae-
 sule & Campensibus, novellum à me homine Ro-
 mano nomen exigitur. Qui ista, quaeso, Apostoli
 prodidit? Quis novus magister gentium Pau-
 lus haec docuit? Interrogamus, quid tres hypo-
 stases posse arbitrentur intelligi. Tres personas
 subsistentes ajunt. Respondemus, nos ita crede-
 re. Non sufficit sensus, ipsum nomen effragitant:
 quia nescio, quid veneni in syllabis later. Clama-
 mus: Si quis tres hypostases ut tria *εὐποσάρα*
 hoc est, ut tres subsistentes personas non confite-
 tur, Anathema sit. Et quia vocabula non adji-

C 4

Gle.

* Chri-
sti.

Matt. 16.

Exod. 12.

Genes. 7.

cimus, hæretici judicamur. Si quis autem hypostasin usâ intelligens, non in tribus personis unam hypostasin dicit, alienus à Christo est: & sub confessione vobiscum pariter caetero unio inurimur. Decern te, si placet obsecro, non mebo tres hypostases dicere, si juberis. Conditur nova post Nicenam fides, & similibus verum cum Arianis confitemur Orthodoxi. Totum secularium literarum schola nihil aliud hypostasin nisi usiam novit. Et quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit? Una est Dei sola natura, quæ verè est. Id enim quod subsistit non habet aliunde, sed suum est. Cætera, quæ creata sunt, etiam si videntur esse, non sunt, quæ aliquando non fuerunt, & post rursus non esse quod non fuit. Deus solus, qui æternus est, hoc est, qui exordium non habet, essentiæ nomen verè tenet. Idcirco & ad Moysen de rubo loquitur. Ego sum, qui sum. Et rursus: Qui est, me misit. Erant utique tunc Angeli, cælum, terra, maria. Et quomodo commune nomen essentiæ propriè sibi vindicat Deus? Sed quia ille sola est natura perfecta, & in tribus personis deitas una subsistit, quæ & verè una natura est, quisquis tria esse, hoc est, tres hypostases dicit, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Et si ita est, cur ab Ario parietibus separamur, perfidiâ copulati? Jungatur cum beatitudine tua Ursinus: cum Ambrosio societur Auxentius: Absit hoc à Romana fide: sacrilegium tantum religiosorum populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere, unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas. Taceantur

Exod. 3.

tres

tres hypostases, si placet, & una teneatur. Non bonæ suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiunt. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis, tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenum sub melle latet: transfiguravit se Angelus Sathanae in Angelum lucis. Benè interpretantur hypostasin: & eum id, quod ipsi exponunt, habere me dicam, hæreticus judicor. Quid tam anxie unum verbum tenent? Quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt, ut interpretantur, non damno quod retinent. Si sic credo, ut ipsi sentire se simulant, permittant & mihi meis verbis suum sensum loqui. Quam brem obtestor beatitudinem tuam per Crucifixum, mundi salutem, per homouision Trinitatem: ut mihi epistolis tuis, sive tacendarum, sive dicendarum hypostaseon detur autoritas. Et ne fortè obscuritas, in quo dego, loci te fallat, per bajulos literarum ad Evagrium Presbyterum, quem optimè nosti, dignare scripta transmittere: simul etiam, cui apud Antiochiam debeam communicare, significes: quia Campenses cum Tharsensibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quam ut autoritate communionis nostræ fulti, tres hypostases cum antiquo sensu prædicent.

1. Cor. 11.

XXVI Hieronymus Damaso eidem Pontifici. Quod
ad respondendum urget acriter ob haereticos
insestantes.

- Luc. 18.** Importuna in Evangelio mulier tandem mer
Luc. 11. laudari: & clauso cum feris ostio, mediâ
Luc. 18. nocte ab amico panes amicus accepit. Deus, ip
Isa. 3. qui nullis contra se superari viribus potest, pub
cani precibus vincitur. NINIVE civitas, qu
peccato perijt, fletibus stetit. Quorum ista ta
longo repetita principio? videlicet, ut parvum
magnus aspicias: ut dives pastor morbidam no
Luc. 23. contempnas ovin. Christus in paradysum de cro
Latro ce latronem intulit. Et ne quis aliquando. serar
martyr. conversionem putaret, fecit homicidij, pecc
Luc. 15. martyrium, Christus, inquam, prodigum filium
Matt. 18. revertentem lætus amplectitur, & nonaginta no
vem sanis pecudibus derelictis, una ovicula, qu
Paulus. remanerat, humeris boni pastoris advehitur
Act. 9. Paulus ex persecutore fit prædicator, oculis car
Gal. 1. nalibus excæcatur, ut mente plus videat: & qu
vincos Christi i famulos ducebat ad concilium Ju
Phil. 1. daorum, ipse postea etiam de Christi vinculis
gloriat. Ego igitur, ut antea jam scripsi, Christi
vestem in Romana urbe suscipiens, nunc Barbaræ
Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de
Herat. me fuisse sententiam, quid mererer ipse constitui
Verum, ut ait gentilis Poëta: Cœlū, non animum
mutat, qui trans mare currit. Ita me incessabilis
inimicus post tergum secutus est, ut majora in so
litudine bella nunc patiar. Hinc enim præsidij
sua mundi, Ariana rabies fremat. Hinc n tres
pat-

partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat.
 Monachorum circa commanentium antiqua in-
 melurgit autoritas. Ego interim clamito: Si
 Quis cathedræ Petri jungitur, meus est. Mele-
 tius, Vitalis atque Paulinus tibi hæere se di-
 cunt, possum credere si unus hoc affereret. Nunc
 verò aut duo, aut omnes mentiuntur. Ideirco
 obtestor beatitudinem tuam per crucem Domi-
 ni, per necessarium fidei nostræ decus passionem,
 itaque Apostolos honore sequeris, sequaris &
 merito, ita in solio cum duodecim iudicaturus
 sedes, ita te alius senem cum Patre cingat, ita
 municipatum cœli cum Paulo consequaris, ut
 mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam
 communicare, significes. **NOLIT** despiciere ani-
 mam, pro qua Christus mortuus est.

Matt. 19.

Ioan. 21.

*XXVII. Damasus Pontifex Hieronymo. Mittit ques-
 tiones, ab Hieronymo illas cupiens explana-
 ri, laudasq; studium scripturarum.*

Dilecto in Christo filio Hieronymo Presbyte-
 ro Damasus in Domino salutem. Dormien-
 tem te, & longo jam tempore legentem potius,
 quàm scribentem, quæstiunculis ad te missis exci-
 tare disposui: non quò & legere non debeas, hoc
 enim veluti quotidiano cibo alitur, & pingue-
 scit oratio: sed quò lectionis fructus iste si scri-
 bas. Itaque quoniam & heritabellario ad me re-
 missio, nullas jam te epistolas habere dixisti, exce-
 ptis his, quas aliquando in eremo dictaveras,
 quasque totà aviditate legi atque descripsi: &
 ultro pollicitus es, te furtivis nocturnis operis ali-

C 6

qua,

qua, si vellem, posse distare, libenter accipio offerente, quod rogare volueram, etiam si neges. Neque verò ullam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si scripturis sermocinemur inter nos: id est, ego interrogem, tu respondeas. Quâ vitâ nullo puto in hac luce jucundius, quo animæ pabula omnia mella superantur. Quàm dulcia, inquit Propheta, gutturi meo eloquia tua, super melle meo. Nam cum idcirco, ut ait præcipuus Orator, homines à bestiis differamus, quod loqui possumus, quâ laude dignus est, qui in ea re ceteris superat, in qua homines à bestiis antecellunt. Accingere igitur, & mihi, quæ subjecta sunt, edisere, servans * utrobique moderamen, ut ne proposita solutionem desiderent, nec epistola brevitate, Fateor quippe tibi eos, quos mihi jam pridem Lactantij dederas libros, ideo non libenter lego, quia & plurimæ epistolæ in eis usque à mille spatia versuum tenduntur, & rarò de nostro dogmate disputant: quo fit, ut & legentium fastidium generet longitudo, & si qua brevitas, scholasticis magis sint apta, quàm nobis, de metris & regionum situ & Philosophis disputantibus.

Psal. 118.

** utrumque.*

Lactantius.

XXVIII. Hieronymus Damaso Pontifici respondens
ad propositas quæstiones, quarum indi-
cat difficultatem.

Beatissimo Papæ Damaso Hieronymus. Postquam epistolam tuæ sanctitatis accepi, confestim accito notariou, t acciperet, imperavi, quoad officium præparato, quod eram voce prompturus, antè mihi cogitatione pingebam Interim tamen & ego linguam, & ille articulum movebamus, cum subito Hebræus intervenit, deferens non pauca volumina, quæ de synagoga quasi lecturus acceperat. Et ilicò: Habes, inquit, quod postulaveras: mi quæ dubium, & quid facerem, nescientem ita festinus exterruit, ut omnibus prætermis ad scribendum transvolarem: quod quidem usque ad præsens facio. Verum quia heri Diacono ad me misso, ut tu putas epistolam, ut ego sentio, commentarium te expectare dixisti: brevem responsionem ad ea desiderans, quæ singula magnorum voluminum prolixitate indigent, *αὐτοῦ ἰσχυρίας* & tibi confestim discussi duabus tantum quæstiunculis prætermis: non quod non potuerim & ad illas aliquid respondere, sed quod ab eloquentissimis viris, Tertulliano nostro scilicet & Novatiano, Latino sermone sunt editæ: & si nova voluerimus afferre, sit satius disputandum. Certè expecto quid placeat, utram ne epistolari brevitæ sententias tibi velis digeri, an singulorum libros confici. Nam & Origenes in quarto Paulo ad Romanos *ἐκ τῆς αὐτοῦ τῶμα* de circumcissione magnificè disputavit, & de mundis

atque immundis animalibus in Levitico plus differuit: ut si ipse invenire nihil possem, de ejus tamen fontibus mutuarer. Et ut verius loquar Didymi de Spiritu sancto librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare: ne existimes tantummodò dormire, qui lectione sine stylo somnum putas. Antelatis itaque problematibus, quæ epistolæ tuæ subjeceras, quæ mihi videretur, annexui, veniam postulans, & festinationis pariter, & morarum. Festinationis, quia ad unam lucubratiunculam dicere voluerim multorum opus dierum: Tarditatis, quia alio opere detentus, non statim ad interrogata rescripsi.

*Damasi
sancti.*

XXIX Hieronymus Exuperantio. Hortatur enim militiam seculi relinquere, & perfectam Christi militiam agere, contemptis & relictis rebus omnibus, atque ut idem cum fratre commigret in Bethlehem.

INter omnia, quæ mihi sancti fratris tui, Quintiliani, amicitia præstiterunt, hoc vel maximum est, quod te mihi ignotum corpore, mente sociârunt. Quis enim non diligit eum, qui sub paludamento & habitu militari agit opera Prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem, vincat interiori homine, qui conformatus est ad imaginem Creatoris? Undè & prior ad officium provoco literarum, & precor, ut mihi occasionem sæpius tribuas rescribendi, quò de cætero scribam audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breviter significâsse sufficiat, ut memineris *1. Cor. 7.* Apostolicæ sententiæ: *Junctus es uxori, ne quæ-*

tas solutionem: solutus es, ne quæras uxorem, id
 est, alligationem, quæ solutioni contraria est. Qui
 igitur servit officio conjugali, vinctus est, qui vin-
 ctus est, & servus est: qui autem solutus est, liber
 est. Cùm ergo Christi gaudeas libertate, & aliud
 agas, aliud repromittas, ac propemodum in do-
 mate constitutus sis, non debes ad tollendam tu-
 nicam testis descendere, nec respicere post ter-
 gum, nec aratri semel arreptam stivam dimittere. *Luc. 9.*
 Sed si fieri potest, imitare Joseph, & Agyptiæ do-
 minæ pallium derelinque, ut nudus sequaris Do-
 minum Salvatorem, qui dicit in Evangelio: Nisi
 qui dimiserit omnia, & tulerit crucem suam, & se-
 quutus me fuerit, non potest meus esse discipulus. *Luc. 14.*
 PROJE sarcinam seculi, ne quæras divitias, quæ
 camelorum pravitatibus comparantur. Nudus &
 levis in cælum evola, ne alas virtutum tuarum
 auri deprimant pondera. Hæc autem dico, non
 quòd te avarum didicerim: sed quòd intelligam
 idcirco adhuc te militiæ operam dare, ut impleas
 sacculum, quem evacuare Dominus præcepit. Si
 igitur qui habent possessionem & divitias, juben-
 tur omnia vendere, & dare pauperibus, & sic se-
 qui Salvatorem: dignatio tua aut dives est, & de-
 bet facere quod præceptum est: aut adhuc tenuis,
 & non debet quærere quòd erogatura est. Certè
 Christus pro animi voluptate omnia in acceptum
 refert. Nemo Apostolis pauperior fuit, & nemo
 tantum pro Domino dereliquit Viduâ illâ in Ev-
 angelio pauperculâ, quæ duominuta misit in ga-
 zophylacium, cunctis præfertur divitibus, quia ter-
 tum, quòd habuit, dedit. Et tu igitur EROGANDA
 non quæras, sed quaesita jam tribue, ut fortissi-
 mum.

*Luc. 17.**Luc. 9.**Gen. 39.**Luc. 14.**Matt. 19.**Matt. 19.**Luc. 23.*

Luc. 15.

num tyrunculum suum Christus agnoscat, ut
 tus tibi de longissima regione venienti occur
 pater, ut stolam tribuat, ut donet annulum. ut
 molet pro te vitulum saginatum, ut expediat
 cum sancto fratre Quintiliano ad nos cito faci
 navigare. Pullavi amicitiarum fores: si aperu
 nis, nos crebro habebis hospites.

XXX. Hieronymus Panmachio. Scribit sen
 hanc epistolam de senectutis commo
 dis & incommodis.

2 Cor. 12.

Galat. 5

Matt. 26.

3. Reg. 1.

2. Reg. 19.

L Egi in quadam controversia, IMBECILLA
 TRAS corporis animæ quoque vires secun
 trahit. Econtrario Paulus Apostolus: Quand
 infirmior, inquit, tunc fortior sum: & virtus in in
 firmitate perficitur. Spiritus enim contra car
 nem, & caro contra spiritum: hæc invicem sibi ad
 versantur, ne quæ volumus, illa faciamus. Unde
 & in Evangelio dicitur: Spiritus promptus est
 caro autem infirma. SENECTUS multa secun
 & bona affert & mala. Bona, quia nos ab impu
 dentissimis dominis liberat voluptatibus, gula
 imponit modum, libidinis frangit impetus, auge
 sapientiam, dat maturiora consilia, & frigescenti
 corpore, dormit cum perpetua virgine Sunami
 te, luxuriamque contemnens cum Berzellai, dele
 gat eam filio adolescenti Camaham, & non vult
 transire Jordanem, atque in alienos fines de suis
 finibus, id est, regionibus, exire. Quæ autem pu
 tantur senectutis mala, ista sunt, crebræ infirmi
 tates puerita molestissima, quam Græcorum alij
 ἀρρίζων, alij φλίγμα nuncupant: caligantes oculi,
 li, ace
 di gin
 hæc t
 & chi
 sylu
 ped
 ta vi
 mort
 com
 dum
 rean
 ince
 mart
 xim
 lupta
 tur,
 enim
 mali
 liber
 rarō
 rev
 fule
 cum
 tem
 ptu
 & a
 XX
 t
 N

li, aescientes cibi, tremens interdum manus, nudigingivis dentes, & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus & aculeis stomachi podagraque & chiragra doloribus saepe torquetur: ita ut ne stylum quidem aut calamum tenere queat, ut suis pedibus non possit incedere: magna que parte vitæ videatur esse truncata, & multis membris præmorta. Cum hæc ita se habeant, in malorum comparatione tolerabilius sustinebo morbos, dummodo unâ & gravissimâ dominâ libidine caream. Patitur quidem & tenectus nonnunquam incentiva vitiorum: nullusque juxta sanctum martyrem Cyprianum diu tutus est periculo proximus. Sed ALIUD est titillari, aliud obrui voluptatibus. Ibi cum Apostolo adolefcentia loquitur, quæ novit virentis corporis necessitates: Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod nolo malum, illud facio. Et: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Hic autem raro inter emortuos cineres scintilla subluceat reviviscere nititur, & tamen incendia non potest suscitare. Quamobrem Pammachi, cano jam mecum capite, impetra mihi à Domino, ut comitem mihi merear habere sapientiam, de qua scriptum est: Ama illam, & servabit te: honora illam, & amplexabitur te.

Cypr.

Rom. 7.

Prov. 4.

XXXI. Hieronymus Eustochio virgini. Consolatur se testimonio paucorum verè amantium, contra Lavinium esuq; similes amulos & obtrectatores frequentes.

Nullus imperitus scriptor est, qui lectorem non inveniat similem sui: multoque pars major

major est, Milesias fabellas revolventium, quae chij a
 Platonis libros. In altero enim ludus & oblectamulto
 tio est, in altero difficultas & sudor mixtus laboriata
 Denique Timaeum de mundi harmonia, affluhil al
 rumque cursu & numeris disputantem, ipse nium
 interpretatus est Fullius, se non intelligere cor run
 tetur. Testamentum autem Grunnij, Coroco ora r
 ra, Porcelli decantant in scholis puerorum agn inter
 na cachinnantium. Igitur & noster Luscius l alior
 viniu fruatur testibus, imò fautoribus suis, va rissim
 catque multitudine, quia forsitan vincit ingenio imo
 M I H I sufficit paucorum testimonium, & am riu
 corum laude contentus sum, qui in expetend mut
 opusculis meis amore nostrilabuntur, & stud me
 scripturarum. Ac nonnullos fore arbitror, q me,
 hoc ipsum, quòd ad te Eustochium, serm tavi
 nem facio, obtreccationi parere contendant huct
 non considerantes Holdam, & Annam, ac Delb nen
 ram viris tacentibus prophetasse, & in servit pau
 te Christi nequaquam differentiam sexuumvi dur
 lere, sed mentium. & h
 do
 ha
 run
 dia
 H
 eos
 mu
 nec
 ex
 se
 hu
 pe

Lavi-
nius.

4. Reg. 22

1. Reg. 2.

Judic. 4 v.

Coloss. 3.

XXXII. Hieronymus Eustochio virgini. Cuius
 dicat suos in Ezechielem commentarios, st-
 mulq, tristem amicorum Roma sta-
 tum deplorat.

Finitis in Isaiam decem & octo explanationum
 voluminibus, ad Ezechiel, quod tibi & sanctae
 memoriae matris tuae Paulae, o Virgo Christi Eus-
 tochium saepe pollicitus sum, transire cupiebam
 & extremam (ut dicitur) manum operi imponere
 prophetali. Et ecce subito mors mihi Pamme-
 chij

hij atque Marcellæ, Romanæ urbis obsidio,
 multorumque fratrum & sororum dormitio nun-
 tiata est. Atque ita consternatus obstupui, ut ni-
 hil aliud diebus ac noctibus, nisi de salute om-
 nium cogitarem: meque in captivitate sancto-
 rum putarem esse captivum: nec possem prius
 ora referare, nisi aliquid certius discerem, dum
 inter spem & desperationem sollicitus pendeo,
 aliorumque malis me crucio. Postquam verò cla-
 rissimum terrarum omnium lumen extinctum est,
 imo Romani Imperij truncatum caput, & ut ve-
 rius dicam, in una urbe totus orbis interijt, ob-
 mutui & humilitatus sum, & silui de bonis, & dolor
 meus renovatus est: concaluit cor meum intra
 me, & in meditatione mea exarsit ignis: nec pu-
 tavi illam sententiam negligendam: *Musica* in
 huctu importuna narratio. Verum quia tu indefi-
 nenter hoc flagitas, & magno vulnere cicatrix
 paulatim obducitur, scorpiusque inter Encela-
 dum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur,
 & hydra multorum capitum contra nos aliquan-
 do sibilare cessavit, datumque tempus, quo non
 hæreticorum respondere insidis, sed scriptura-
 rum expositioni incumbere debeamus: aggre-
 diar Ezechiel Prophetam, cujus difficultatem
 Hebræorum probat traditio. Nam si quis apud
 eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est, triceti-
 mum annum impleverit, nec principia Geneleos,
 nec Canticum canticorum, nec hujus voluminis
 exordium & finem legere permittitur, ut ad per-
 fectam scientiam & mysticos intellectus plenum
 humanæ naturæ tempus accedat. Quod opus si
 per Dñi misericordiam ad calcem usq; perduxerit,

*Roma
capta.*

Psal. 39.

Eccli. 22.

Ezechiel

10,

Hier-
m. 46.

ro, transibo ad Hieremiam, qui in lamentationibus suis sub typo Hierusalem quatuor mundi quadruplici plangit alphabeto.

XXXIII Hieronymus Eustochio virgini. Cuiusmodi alios rursus in Ezechielem commentarios, excusationes & senilem aetatem, quibus in scribendo impediatur.

Terentius.

Quoniam pueri legimus, Nihil tam facile quin difficile fiat, quod invitus facias. Teor me explanationes in Ezechiel multo tempore promississe, & occupatione de toto orbe venientium implere non posse, dum hora, nullumque momentum est, in quo non curramus turbis, & monasterij solitudinem hospitiarum frequentiam commutemus: intantum, ut claudendum sit nobis ostium, aut scripturarum, per quas aperiendae sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucrativis, imò furtivis ostium horis, quae hyeme appropinquante longiores esse coeperunt, haec ad lucernulam, quae cunctae sunt, dictare conamur, & aestuantis aetate tardium interpretatione digerere. Nec sciamus (ut quidam forsitan suspicantur) fratrum susceptionem, sed morarum causas simpliciter confitemur: praesertim cum occidentalium fugam & sanctorum locorum constipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem praeferat barbarorum: quod absque lacrymis & gemitu videre non possumus, illam quondam potentiam & innotantiam divitiarum ad tantam inopiam pervenisse, ut tecto, & cibo, & vestimento indigeat.

Rom. 12.

tamen nequaquam duri quorundam atque crudeliter animi molliuntur, dum pannos eorum & sarcinulas discutunt, aurum in captivitate quaerentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinentibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebraeorum volumina relegere: quietiam ad Solis dieique fulgorem, literarum nobis parvitate caecantur. Sed & Graecorum commentarios tantum voce cognoscimus. Nullique dubium, quod ALIENIS dentibus commoliti cibi vescentibus nauseam faciant. Unde obsecro te, filia Eustochium, ut ista, quae notarium stylo cudimus, & ad quae emendanda spatium vix habemus, post intervalla suscipias.

Gen. 27.

XXXIII. Hieronymus Eustochio. Deplorat Romanam urbem calamitatem, & eorum, qui ex urbe pauperes ad se veniebant egestatem, tum Eustochio dedicat tertium volumen in Ezechielem.

Nihil longum est, quod finem habet: & omnis retro temporum series transacta non prodest, nisi forte honorum operum sibi viaticum praeparaverit, quae semper ad futura, imò ad aeterna respiciunt: & nulli terminis coartantur. Vera sententia est: Omnia orta occidunt, & aucta senescunt. Et alibi: Nihil est enim opere & manu factum, quod non conficiat & consumat vetustas. Quis crederet, ut totius orbis extructa victrix Roma corrueret, ut ipsa suis populis & mater fieret, & sepulchrum: ut tota Orientis,

Nihil
diuturnum.

Aegy-

Ægypti, Aphricæ litora olim dominatricibus, servorum & ancillarum numero completur: ut quotidie sancta Bethlehem, nobiles quædam utriusque sexûs atque omnibus divitijs fluentes, susciperet mendicantes? Quibus etiam opem ferre non possumus, condolemus lacrymas lacrymis jungimus: occupati quæstus operis sarcina, dum sine gemitu confluentem videre non patimur, explanationes in Ezechiel & penè omne studium omisimus: scripturarum quæ cupimus verba in opera vertere: & non credere sancta, sed facere. Undè rursus à te communiti, ô Virgo Christi Eustochium, intermissum librum repetimus: & tertium volumen aggregatum tuo desiderio satisfacere desideramus, illud & cæteros, qui lecturi sunt, deprecantes, ut vires nostras, sed votum considerent, quorum alterum fragilitatis humanæ, alterum sanctæ esse Domino voluntatis.

XXXV. Hieronimus Eustochio. Pide ludit circa septem munera, qua miserat Eustochium, et ad mysticos sensus sanctam Virginem revocat.

PARVA specie, sed charitate sunt magna munera, accepisse à Virgine armillas, epistolam & *Levit. 2.* columbas. Et quoniam mel in Dei sacrificijs non offertur, nimia dulcedo arte mutata est, & quædam, ut ita dicam, piperis austeritate condita. **A**PUD Deum enim nihil voluptuosum, nihil tantum suave placet, nisi quod in se habet mordacitatis. *Exod. 12.* eis aliquid veritatis. Pascha Christi cum amaritudinibus manducatur. Festus est dies, & natalis

beati Petri festiviùs est solito condiendus : ita tamen , ut scripturarum cardinem jocularis sermo non fuget. Nec à præscripto palæstræ nostræ longius evagemur. Armillis in Ezechiele ornatur Hierusalem. Baruch epistolam accipit à Hieremia. In columbæ specie Spiritus sanctus allobitur. Itaque ut te aliquid & piperis mordeat , & pristini libelli etiam nunc recorderis , cave ne operis ornamenta dimittas , quæ verè armillæ sunt brachiorum , ne epistolam pectoris tui scindas , quam à Baruch traditam novaculâ Rex prophanus incidit : ne ad similitudinem Ephraim per Oseam audias : Facta es insipiens ut columba Nimum , respondebis , austerè , & quod festo non conveniat diei. Talibus ipsa muneribus provocasti , dum dulcibus amara sociata sunt , & à nobis paria recipies. Laudem amaritudo comitabitur. Verùm ne videar dona minuisse , accepimus & canistrum cerasis refertum , talibus & tam virginali verecundia rubentibus , ut ea nunc à Lucullo delata existimarem. Siquidem hoc genus pomi , Ponto & Armeniâ subjugatis de Cerasunto primus Romam pertulit. Undè & de patria nomen accepit. Igitur quia in scripturis canistrum ficis plenum legimus , cerasa verò non invenimus , in eo quod allatum est , id quod allatum non est , prædicamus : optamusque te de illis pomis fieri , quæ contra templum Dei sunt , & de quibus Deus dicit , * Quia bona bona valde. Nihil quippe Salvator medium amat. Et sicuti frigidum non refugiens , calidis delectatur , ita tepidos in Apocalypsi evomere se velle loquitur Undè nobis sollicitius providendum est , ut solennem diem non

*Exec. 16.**Hier. 36.**Matth. 3.**Hier. 36.**Osee. 7.**Cerasa.**Hier. 24.***. Ecce**Apoc. 3.*

tam

tam ciborum abundantia, quam spiritus exultatione celebremus. Quia valde absurdum est, mihi saturitare velle honorare Martyrem, quod scias Deo placuisse jejunijs. **ITA** semper medendum est, ut cibum & oratio sequatur, & studio. Quod si aliquibus displicet, Apostoli veritate cantato: Si adhuc hominibus placerem, Christus ancilla non essem.

Gal. I.

XXXVI. Hieronymus Pammachio & Marcella

Psal. 67. **E**T vestris, & multorum literis didici, obsequium mihi in schola tyrannica, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso cur *περι ἀρχῶν* libros Latinum verterim. O impudentiam singulari Accusant medicum, quod venena prodiderit, scilicet *φάρμακον θανάσιμον*, id est, malum virus, venenumque lethale suum non innocentiae merito sed criminis communione taceantur. Quae culpam numerus peccantium minuatur, & in personis, non in rebus sit accusatio. Scribuntur contra me libri, ingeruntur omnibus audiendi, & tamen non eduntur, ut simplicium corda percipiant, & mihi facultatem pro me auferant respondendi. Nova militiae genus, accusare, quod prodi timeas: scribere, quod occultes. Si sunt vera, quae scripsit, cur publicum timuit? Si falsa, cur scripsit? **OLIM** pueri legimus, intemperantis esse arbitror, scribere quicquam, quod occultari velis. Rogo, quis est iste dolor? Quid aestuant quid insaniunt? Quod praconem repuli figuratum? quod nolui me subdolo ore laudari? quod sub amici nomine, inimici insidias deprehendi?

XXXVII

XXXVII Hieronymus Chromatio, Ioviniano & Eusebio. Comprobat laudes Bonosi, de quo illi scripserant, commendat sororem, & sanctum illorum contubernum laudat

Non debet charta dividere, quos amor mutuus copulavit: nec per singulos officia sunt mei partienda sermonis, cum sic invicem vos ametis, ut non minus tres chartas jungat, quam duos natura sociavit. Quin potius, si rei conditio pateretur, sub uno literulae apice nomina indivisa concluderem, vestris quoque ita me literis provocantibus, ut & in uno tres, & in tribus unum putarem. Nam postquam sancto Evagrio transmittente, in ea ad me eremi parte delatae sunt, quae inter Syros ac Saracenos vastum limitem ducit, sic gavissus sum, ut illum diem Romanae felicitatis, quo primum Marcelli apud Nolam praelio post Cannensem pugnam Hannibalis agmina conciderunt, ego vicerim. Et licet supradictus frater saepe me visitet, atque me ita, ut sua in Christo viscera foveat, tamen longo a me spatio se junctus, non minus mihi reliquit abeundo desiderium, quam attulerit veniendo laetitiam. Nunc cum vestris literis fabulor, illas amplector, illae mecum loquuntur, illae tantum hinc Latine sciunt. Hic enim aut barbarus * semisermo dicendus est, aut tacens * forset semibarbarus. Quotiescunque charissimos mihi vultus, notae manus referunt impressa vestigia, toties aut ego hic non sum, aut vos hic estis. Credite amori vera dicenti: & cum has scriberem, vos videbam, De quibus hoc primum queror, cur tot in-

D

ter-

*Perga-
mena.*

Gen. 3.

Pf. 120.

Apoc. 10.

Ioan. 11.

Iob. 40.

terjacentibus spatijs maris atque terrarum
parvam Epistolam miseritis, nisi quod ita meru-
qui vobis (ut scribitis) antè non scripsi. Charta
defuisse non puto, Ægypto ministrante comme-
cia. Et si alicubi Ptolomæus maria conclusisset,
men Rex Attalus membranas à Pergamo mis-
rat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur. Unde
Pergamenarum nomen ad hunc usque diem tra-
dente sibi invicem posteritate servatum est. Quis
igitur arbitretur bajulum festinasse? Quamvis lo-
gæ epistolæ una nox sufficit. An vos aliquâ oc-
cupatione detentos? NULLA necessitas major
charitate. Restant duo, aut ut vos piguerit, aut
ego non meruerim. E quibus malo vos incusa-
tarditatis, quàm me condemnare non meritum
Facilius enim negligentia emendari potest, quàm
amor nasci. Bonus (ut scribitis) quasi filius
ixobos, id est, piscis, aquosa petit: nos pristina con-
tagione sordentes, quasi reguli & scorpiones
arentia quæque sectamur. ille jam calcat super
colubri caput: nos serpenti terram ex divina sen-
tentia comedenti, adhuc cibus sumus. Illa jam po-
test summum graduum Psalmum scandere: nobis
adhuc in primo ascensu flentibus, nescio an de-
cere aliquandò contingat, Levavi oculos meos
ad montes, unde veniet auxilium mihi. Ille inte-
minaces sæculi fluctus in tuto Insulæ, hoc est, Ec-
Apoc. 10. clesie gremio sedens, ad exemplum Joannis
brum fortè jam devorat. Ego in scelerum meo-
rum sepulchro jacens, & peccatorum vinculis
Ioan. 11. colligatus, Dominicum de Evangelio expecto
clamorem, Hieronyme veni foras, Bonus, in
Iob. 40. quam (quia secundum Prophetam omnis diabo-

li vir
lumb
fcond
mine
mea,
buc
men
tis ju
meis
pit C
Dom
ptam
preco
Julian
gate,
Jesus
prasti
(ut ai
tis ips
lapsus
illa nu
da pra
est, cr
quia c
Papa
igatis
solida
mea e
ter est
diti
popu
lysa

si virtus in lumbis est) trans Euphratem tulit *Hier. 13.*
 lumbare suum : ubi illud in foramine petrae ab-
 sccondens, & postea scissum reperiens, cecinit: Do- *Pf. 138.*
 mine, tu possedisti renes meos, dirupisti vincula *Pf. 125.*
 mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Me verò Na-
 buchodonosor ad Babylonem, id est, confusionem *4. Reg. 25*
 mentis meae catenatum duxit, ibi mihi captivita-
 tis jugum imposuit, ibi ferri circulum naribus *Isa. 37.*
 meis innectens, de canticis Syon cantare præce- *Pf. 136.*
 pit Cui ego dixi: Dominus solvit compeditos, *Pf. 145.*
 Dominus illuminat cæcos. Et ut breviter cœ-
 ptam dissimilitudinem finiam, ego veniam de-
 precor, ille expectat coronam. Soror mea, sancti
 Juliani in Christo fructus est. Ille plantavit, vos ri- *1. Cor. 3.*
 gate, Dominus incrementum dabit. Hanc mihi
 Jesus pro eo vulnere, quod diabolus inflixerat,
 præstitit, vivam reddendo pro mortua. Huic ego
 (ut ait gentilis Poeta) omnia etiã tuta timeo. Sci-
 tis ipsi lubricum adolescentiæ iter, in quo & ego
 lapsus sum, & vos non sine timore transistis. Hoc
 illa nunc maxime ingrediens, omnium est fulcien-
 da præceptis, omnium est sustentanda solatijs, id
 est, crebris vestrae sanctitatis epistolis roboranda. Et *1. Cor. 13.*
 quia charitas omnia sustinet, obsecro, ut etiam à
 Papa Valeriano ad eam confortandam literas ex-
 igatis. Nostis puellares animos his rebus plerunq;
 solidari, si se intelligant curæ esse majoribus. In
 mea enim patria rusticitatis vernacula Deus ven- *Phil. 3.*
 ter est, & in diem vivitur: & sanctior est ille, qui
 ditior est. Accessit huic patellæ (juxta tritum
 populi sermone proverbium) dignum opercu-
 lum Lupicius sacerdos, secundum illud
 quo-

quoque : de quo semel in vita Crassum ait ris
Lucilius. Similes habent labra lactucas, asino
duos comedente: videlicet ut perforatam navem
debilis gubernator regat, & cæcum cæcus ducit
in foveam, talisque sic rector, quales illi, qui
guntur. Matrem communem, quæ cum vobis
sanctitate societur, in eo vos prævenit, quia tu
genuit, cuius verè venter aureus potest dici, eo
lutamus honore, quo nostis: una quoque suscipi
endas cunctis sorores, quæ oleo ad lampadas
giter præparato, sponsi operiuntur adventum
beata domus, in quo morantur Anna vidua, y
gines Prophetissæ, geminus Samuel nutritus
templo. O tecta felicia, in quibus cernimus
chabæorum martyrum coronis cinctam matrem
rem matrem Nam licet quotidie Christum con
teamini, dum ejus præcepta servatis: tamen
privatam gloriam publica hæc accessit vobis
aperta confessio, quod per vos ab urbe vestra
riani quondam dogmatis virus exclusum est.
miramini forsitan quod in fine jam epistola
sum exorsus sim. Quid faciam, vocem pectoris
negare non valeo, epistolæ brevitatis compellit
cere, desiderium vestri cogit loqui. Præpropere
sermo confusâ turbatur oratione. Amor orationem
nem nescit.

XXXVIII. Hieronymus Castrutiano, vel Castrutiano
Hunc Pannonium consolatur, ut cecitatem
oculorum lenius ferat.

SANCTUS filius meus Heraclius Diaconus mihi
retulit, quod cupiditate nostri Cassam usque

Matth. 15

Matth. 25

Luc. 2.

Act. 21.

1. Reg. 2.

2. Mac. 7.

venisses, & homo Pannonius, id est, terrenum ani-
 mal, non timueris Adriatici maris æstus, & *Panno-*
 atque Ionij subire discrimina. Et nisi te pius fra-
 trum retinisset affectus, voluntatem opere com-
 plevisset. Habeo itaque gratiam, & in acceptum
 refero. IN AMICIS enim non res quaritur, sed
 voluntas. Quia alterum ab inimicis sapè præbe-
 tut, alterum sola charitas tribuit. Simulque obse-
 cro, ne imbecillitatem corporis, quam sustines, de
 peccato tibi existimes evenisse. Quod quidem &
 Apostoli suspicantes de eo, qui natus erat cæcus *Ioan. 9.*
 ex utero interrogantesque Dominum Salvatorē:
 Iste peccavit, an parentes ejus, ut cæcus nascere-
 tur? audiunt, Neque hic peccavit, neque paren-
 tes ejus, sed ut manifestentur opera Dei. Quantos *Bonus*
 enim cernimus Ethnicos atque Judæos, hæreti- *magis*
 cos atque diversorum dogmatum homines volu- *quã præ-*
 tari in cœno libidinum, madere sanguine, ferita- *vos affli-*
 te lupos, rapacitate milvos vincere, & nihilomi- *git Deus.*
 nus flagellum non appropinquare tabernaculis *Psal. 90.*
 eorum, nec eos cum hominibus verberari, & id- *Ps. 72.*
 circo superbire contra Deum, & transire usque
 ad cælum os eorum: eum e contrario sanctos vi-
 ros sciamus ægrotationibus, miserijs & egestate
 torqueri, qui forsitan dicunt: Ego frustra sanctifi- *ibidem,*
 cavi animam meam, & lavi inter innocentes ma-
 nus meas. Et statim se reprehendentes ajunt: Si
 narravero sic, ecce nationem filiorum tuorum
 reprobavi. Si cæcitatatis causam putas esse pecca-
 tum, & id Dei inferre iram, quod crebrò medici
 remediuntur, in simulabis Isaac, qui in tantum lu- *Gen. 27.*
 cis hujus expers fuit, ut etiam cui nollet, errore
 deceptus benediceret. Referes crimen in Jacob,
 cujus

N
M
4

cujus caligaverat acies, & cum interioribus oculis & spiritu prophetali longè post futura prospiceret, & Christum cerneret de stirpe Regia eventurum, Ephraim & Manassem videre non poterat. Quid inter Reges Josiâ sanctius? & tamen Ægyptio mucrone interfectus est. Quid Petrus quid Paulo sublimius? Neronianum gladius eruentârunt. Et (ut de hominibus taceam) Dominus filius sustinuit ignominiam crucis: & tu beatus putas, qui felicitate istius sæculi & delicijs perfruuntur? MAGNA ira est, quando peccantibus non irascitur Deus. Unde & in Ezechiele a Hierusalem: Jam, inquit, non irascar tibi, zelus meus recessit à te. Quem enim diligit Dominus corripit: & castigat omnem filium quem recipit. Non erudit Pater, nisi quem amat. Non corripit magister discipulum, nisi eum, quem ardentiori cernit ingenij. Medicus si cessaverit curare, desperat. Quòd si responderis, quomodo Lazarus receperit mala in vita sua? LIBENTER nunc tormenta patiar, ut futura mihi gloria reservetur. Non enim vindicabit Dominus bis id ipsum Job vir sanctus & immaculatus & justus in generatione sua cur tanta perpeffus sit, ipsius volumine continetur. Et ne veteres replicando historias longum faciam, & excedam mensuram epistolæ, brevem tibi fabulam referam, quæ infantia meæ temporibus accidit. Beatus Antonius cum à sancto Athanasio Alexandriae Episcopo propter confutationem hæreticorum in urbem Alexandriam esset accitus, & isset ad eum Didymus vir eruditissimus, captus oculis: inter ceteras sermocinationes, quas de scripturis sanctis

*Gen. 49.**Gen. 48.**4. Reg. 23**Ezech. 3.**Prov. 3.**Heb. 22.**Luc. 16.**Naum 1.***judicabit.**Antonij**ad Didymum oratio.**Ad Didymum oratio.*

habebant, cum ejus admiraretur ingenium, & acumen ingenij collaudaret, sciscitans ait: Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret, secundo tertioque interrogans, tandem elicit, ut moerorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius: **MIROR**, ait, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ & muscæ & culices habent: & non letari illius possessione, quam sancti soli & Apostoli ræruerunt. Ex quo pervides, quod multo melius sit spiritu videre, quam carne: & illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere. Ad nos licet hoc anno non veneris, tamen non desperamus adventum tuum. Quod si sanctus Diaconus portitor literarum tuis rursus amplexibus fuerit irretitus, & illo comitante huc veneris, libenter suscipiam, * dispendium moræ, magnitudine fororis duplicari.

Matth. 7.

* dispendium
fationis
moram
duplicatam, &c.

XXXIX. Hieronymus Castoria matertera. Rogat ut secum illa redeat in gratiam tandem.

Ioannes idem Apostolus & Evangelista in epistola sua ait: Quicumque odit fratrem suum, homicida est. Et rectè. Cum enim homicidium ex odio sæpè nascatur, quicumque odit fratrem suum, etiam si gladio necdum percusserit, animo tamen homicida est. Cur, ais, tale principium? Scilicet ut veteri rancore deposito, mundum peccatoris Deo paremus habitaculum. Irascimini, inquit David, & nolite peccare. Hoc quid velit intelligi, Apostolus plenius interpretatur, Sol non occidat super iracundiam vestram. **QUID AGEMUS**

1. Ioan. 3.

Pf. 4.

Ephes. 4.

nos in die iudicii), super quorum iram non un-
 dici, sed tantorum annorum sol testis occubuit
Matt. 5. Dominus loquitur in Evangelio: Si offers munus
 tuum ad altare, ibique recordatus fueris, quia frater
 tuus habet aliquid adversum te, relinque
 munus tuum ante altare, & vade reconciliari
 prius fratri tuo, & sic offers munus tuum ad
 altare. Væ mihi misero, ne dicam tibi, qui tantum
 tempore aut non obtulimus munus ad altare, ac
 irâ permanente sine causa obtulimus. Quomodo
Matt. 6. in quotidiana prece unquam diximus: Dimittite
 nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debita
 debitoribus nostris, animo discordante cum verbis, &
 ratione dissidente tum factis? Precor itaque, quod
 & ante annum prioribus literis rogaveram, ut pe-
 cem, quam Dominus nobis reliquit, habeamus. Et
Joan. 14. meum desiderium, & tuam mentem Christus in-
 tueatur. In brevi ante tribunal ejus reconciliatus
 seu scissa concordia, aut præmium recuperabit
 aut poenam. Quod situm quod procul ablit, nolueris,
 liber ego ero: epistola me hæc mea cum lecta
 fuerit, absolvet.

*XL. Hieronymus Theodosio & ceteris Anachoritis
 Apparet scriptam hanc fuisse, cum primum ad-
 iisset eremum, & varia ejus vita in-
 commoda experiretur.*

QUAM vellem nunc vestro interesse conven-
 tui, & admirandum consortium, licet illi
 oculi non mereantur aspiciere, tota cum exulta-
 tione complecti. Spectarem desertum omni amoenius
 civitate: viderem desolata ab accolis loca
 quasi ad quoddam paradisi instar Sanctorum con-
 tribus

tibus obsideri. Verùm quia hoc mea fecerit delicta, ne consortio Beatorum infereretur obsessum omni crimine caput, idcirco obsecro (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me existius sæculi tenebris vestro liberetis oratu. Et ut antea dixeram præfens, & nunc per literas votum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id studium cupiditate rapiatur. Nunc vestrum est, ut voluntatem sequatur effectus: meum est, ut velim: obsecrationum vestrarum est, ut quod velim & possim. Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrans ovis: quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit, lababunt gressus, & in ipso conamine vestigia concident assurgentis. Ego sum ille prodigus filius, qui omniam quam mihi pater crediderat, portione profusam, necdum me ad genitoris genua submisit: necdum coepi prioris à me luxuriæ blandimenta depellere. Et quia paululum non tam desivi à vitijs, quam coepi velle desinere, nunc me novis diabolus ligat retibus, nunc nova impedimenta proponens. maria undique circumdat, & undique pontum: nunc in medio constitutus elemento, nec regredi valeo, nec progredi possum. Superest, ut oratu vestro sancti Spiritus aura me provehat, & ad portum optati litoris prosequatur.

*Humilis
confessio,*

Matt. 18.

Luc. 15.

XLl. Hieronymus Marcella. Per jocum piè interpretatur Xeniola missa sibi, tum Paula, & hujus filia à Marcella.

VT absentiam corporum spiritus confabulatione solemur, facit unusquisque quod prævalet.

D 5

valet.

*Velata
virgines.*

Matt. 15.

Pf. 22.

* offeri-
mus.

* eventi-
landa.

Ecles. 10

valet. Vos dona transmittitis : nos epistolas
mittimus gratiarum. Ita tamen, ut quia vela-
rum virginum munus est, aliqua in ipsis munifi-
lis esse mysteria demonstramus. Saccus orationis
signum atque jejuniij est. Sella, ut foras pedes
non moveat. Cerei, ut accenso lumine spe-
xpectetur adventus. Calices, mortificatione
carnis ostendunt, & semper animum ad ma-
riū preparatum. Calix quippe Domini
brians quam præclarus est? Quod autem & m-
tronis* offertis muscaria parva, parvis anima-
bus* ventilandis, elegans significatio est, debe-
luxuriam citò restringi, quia muscæ morituræ
olei suavitatem exterminant. Hic typus sit virgi-
num, hæc figura matronarum: in perversum
cet, munera vestra convenient. Sedere aptum
otiosis, in sacco jacere pœnitentibus, calices ha-
bere potantibus. Licet & propter nocturnos ma-
tus, & animos semper malo conscientia formi-
dantes, cereos quoque accendisse gratum sit.

*XLII. Hieronymus Algasia. Initium est responsionis
ad quæstiones, quas Algasia miserat explican-
das, ejusq; pium studium laudat.*

Pf. 44.

Filius meus Apodemius, qui interpretatione
nominis sui, longâ ad nos veniēs navigatione
signavit, & de Oceanilittore, atque ultimis Gal-
liarum finibus, Româ præteritâ, quæsitit Bethle-
hem: ut inveniret in ea cœlestem panem, & satu-
ratus eructaret in Domino, ac diceret: Eructavit
cor meum verbum bonum, dico ego opera mea
regi: detulit mihi in parva schedula maxime
quæ-

questiones, quas à te datas mihi tradendas diceret. Ad quarum lectionem intellexi studium Reginae Saba in te esse completum: quæ de finibus terræ sapientiam venit audire Regis Salomonis. Non quidem ego Salomon, qui & ante se, & post se cunctis hominibus præfertur in sapientia: sed tu regina appellanda es Saba, in cujus mortali corpore non regnat peccatum: & quæ ad Dominum totâ mente conversa, audies ab eo: Convertere, convertere Sunamitis. Etenim Saba in nostra lingua conversionem sonat. Simulque animadverti, quòd quæstiuncula tuæ de Evangelio tantum, & de Apostolo propositæ, indicant te veterem scripturam aut non satis legere, aut non satis intelligere, quæ tantis obscuritatibus & futurorum typis involuta est, ut omnis interpretatione egeat: & porta Orientalis, de qua verum lumen exoritur, & per quam Pontifex ingreditur & egreditur, semper clausa sit: & soli Christo pateat, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: ut illo referante introeas cubiculum ejus, & dicas: Introduxit me Rex in cubiculum suum. Propterea satis miratus sum, cur purissimo fonte vicino neglecto, nostri tam procul rivuli fluente quæseris: & lomis aquis Siloe, quæ vadunt cum silentio, desideres aquas Sihor, quæ turbidis seculi hujus vitijs sordiantur. Habes isthic sanctum virum * Aletum * Aletum presbyterum, qui vivâ (ut ajunt) voce, & prudenti disertoque fermone possit solvere quæ requiris: nisi fortè peregrinas merces desideras: & pro varietate gustûs, nostrorum quoque condimentorum te alimenta oblectant.

D 6

Alij

3. Reg. 10.

3. Reg. 3.

Rom. 6.

Cant. 6.

Scriptura obscura.

Ezec 40.

Apo. 3.

Cant. 1.

Esai. 8.

* Aletum * Aletum

Alijs dulcia placeant, nonnullos subamara de-
stant: horum stomachum acida renovant, illorum
falsa sustentat. Vidi ego nauseam, & capitis ve-
* quod. riginem antidoto, * quæ appellatur *ringa*, sanari,
& juxta Hypocratem contrariorum con-
traria esse remedia. Itaque nostram amaritudinem
illius nectareo melle curato, & mitte in
Exod. 15. ra lignum crucis: senilemque pituitam juvenem
austeritate compece, ut possis læta cantare.
Pf. 118. Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super
meliori meo.

XLIII Hieronymus Marcella. Respondet obtrectatoribus, seq; purgat, quod à Græcis & Hebræis literis quadam jam recepta in sua versione Bibliorum Latina mutavit,

Post priorem epistolam, in qua de Hebræis verbis pauca perstrinxeram, ad me reperlatum est, quosdam homunculos mihi studiosè detrudere, cur adversum auctoritatem veterum, & totius mundi opinionem, aliqua in Evangelijs emendare tentaverim. Quos ego cum per sem meo jure contemnere (Asino quippe lyra perfluere canit!) tamen ne nos superbiæ, ut facerent, arguant, ita responsum habeant: non ad hebetis me fuisse cordis, & tam crassæ rusticitatis (quam illi solam pro sanctitate habent, piscatorum se discipulos asserentes, quasi idcirco sancti sint, si nihil scierint) ut aliquid de Dominicis verbis aut corrigendum putaverimus, aut non divinitus inspiratum: sed Latinorum codicum veritatem, quæ ex diversitate librorum omnium

comprobatur, ad Græcam originem, unde & ipsi translata non denegant, voluisse revocare. Quibus si displicet fontis unda purissimi, cœnosos rivulos bibant: & diligentiam, quâ avium sylvas & concharum gurgites nôrunt, in scripturis legendis abjiciant: sintque in hac tantum re simplices, & Christi verba existiment rusticana: in quibus pertanta jam sæcula tantorum ingenia sudaverunt, ut rationem verbi uniuscujusque magis opinati sint, quàm expresserint. Apostolum arguant imperitiæ, qui ob multas literas insanire dicatur. Scio te, cum ista legeris, rugare frontem, & libertatem meam rursus seminarium timere rixarum, meumque si fieri potest, os digito vellem comprimere, ne audeam dicere, quæ alij facere non erubescunt. Rogo, quid à nobis liberè dictum est? nunquid in lancibus idola cælata descripsi? Nunquid inter epulas Christianas virginalibus oculis baccharum satyrorumque complexus innexui, aut unquam aliquem amarior sermo pulsavit? Nunquid ex mendicis divites fieri dolui? Nunquid reprehendi hæreditarias sepulturas? Unum miser loquutus, quòd virgines sæpius deberent cum mulieribus esse, quàm cum masculis, totius oculos urbis offendi, cunctorum digitis notor. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis, & factus sum eis in parabolam: & tu putas aliqua esse me deinceps locuturum? Verùm ne Flaccus de nobis redeat, Amphora cœpit Institui, currente rotâ cur urceus exit? revertamur ad nostros bipedes asellos, & illorum in aure buccinâ magis, quàm cytharâ concrepemus. Illi legant, Spe gaudentes, tempori

Añ. 26.

Ps. 68.

Rom. 12.

D 7

ser.

Rom. 12.

1. Tim. 5.

1. Tim. 1.

* fortè
ministe-
rium.

Zach. 9.

Matt. 21.

Esa. 32.

servientes: nos legamus, Spe gaudentes, Domini
servientes. Illi adversum presbyterum accusa-
tionem omninò non putent recipiendam: nos
legamus, Adversus presbyterum accusationem
receperis, nisi sub duobus aut tribus testibus. Pe-
cantes autem coram omnibus argue. Illis pla-
ceat humanus sermo, & omni acceptione dignus
nos cum Græcis, id est, cum Apostolo, qui Græce
loquutus est, erremus, Fidelis sermo & omni ac-
ceptione dignus. Ad extremum illi gaudeant ubi-
que. Gallus enim fuerat, qui super emendationem
detraxerat gallicis cauterijs: nos solut⁹ vinculis
& in Salvatoris * mysterium præparatus Zachariae
asellus ille delectet, qui postquam Dominum
terga præbuit, cœpit Esaiæ consonare præconium
Beatus qui seminat secus omnem aquam, ubi bo-
& asinus calcant,

XLIV. Hieronymus Marcella. Principium est epistolæ,
quæ ad quaestionem à Marcella pro-
positam respondetur.

E Pistolare officium est, de re familiari, aut de
quotidiana conversatione aliquid scribere, &
quodammodo absentes inter se præsentem fieri
mutuòque quid aut velint, aut gestum sit, nuntiare
re: licet interdum confabulationis tale con-
viviū, doctrinæ quoque sale condiatur. Verum
dum tota in tractatibus occuparis, nihil mihi scri-
bis, nisi quod me torqueat, & scripturas legere
compellis. Denique heri famosissima quaestio
proposita postulasti, ut quid sentirem, statim re-
scriberem. Quasi verò Pharisaorum teneam ca-

thedram, ut quotiescunque de verbis Hebraicis
jurgium est, ego arbiter & litis sequester expo-
scar. Non sunt suaves epulæ, quæ non placentam
redolent: quas non condit Apicius, in quibus ni-
hil de magistrorum hujus temporis jure suffu-
mat. Sed quia vector & internuntius sermonis
nostri redire festinat, rem grandem celerius di-
cto, quàm deo: licet de scripturis sanctis dispu-
tanti non tam necessaria sint verba, quàm sensus.
Quòd si eloquentiam quæris, Demosthenes le-
gendus aut Tullius est. Si Sacramenta divina, no-
stri codices, qui de Hebræo in Latino non bene
resonant, pervidendi.

*XLV. Hieronymus Asella virgini. Quia multi Roma
studijs Hieronymi detrahebant, præsertim ob ali-
quam illius cum pijs foeminis familiaritatem,
respondet suis obrectatoribus, & depla-
rat hominum malevolentiam.*

Si tibi putè gratias à me referri posse, non sapiã.
Potens est Deus super persona mea sanctæ ani-
mæ tuæ restituere quod meretur. Ego enim indi-
gnus, nec existimare unquam potui, nec optare,
ut mihi tantum in Christo largireris affectum. Et
licet me sceleratum quidam putant, & om-
nibus flagitijs obrutum: & pro peccatis meis et-
iam hac parva sint, tamen tu benefacis, quod ex
tua mente et am malos bonos putas. *Rom. 14.*
PERICULO-
sum quippe est de servo alterius judicare: & non
facilis venia prava dixisse de rectis. Veniet illa
dies, in qua & mecum dolebis ardere non paucos.
Ego probrosus, ego versipellis, & lubricus, &
men-

mendax, & Sathanae arte decipies. Quid est tu
 haec vel credidisse, vel dixisse de infantibus san-
 iam de noxijs credere noluisse? Osculabantur
 hi manus quidam, & ore vipereo detrahebant.
 dolebant labijs, corde gaudebant. Videbat Do-
 minus & subfannabat illos: & miserum me-
 vum suum futuro cum eis iudicio reservabat.
 Alius incessum meum calumniabatur & risu
 ille vultui detrahebat: hic in simplicitate aliud
 spicabatur. Penè certè triennium cum eis vi-
 Multa me virginum crebro turba circumde-
 Divinos libros, ut potui, nonnullis saepe differ-
 Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem,
 miliaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid unquam
 in me aliter senserint, quàm Christianum detra-
 bat? Pecuniam cuiusquam accepi? Manera
 parva, vel magna non sprevi? In manu mea a-
 licujus insonuit? Obliquus sermo, oculus pe-
 lans fuit? Nihil mihi aliud objicitur, nisi sermo
 meus: & hoc nunquam objicitur, nisi cum Hiero-
 solymam Paula & Melania proficiscuntur. Et
 crediderunt mentienti: cur non credunt neganti?
 Idem est homo ipse qui fuerat: fatetur infontem
 qui dudum noxium loquebatur. Et certè veritate
 tem magis exprimentur tormenta, quàm risus: ne-
 quod facilius creditur: quod aut fictum libenter
 auditur, aut non fictum, ut fingatur, impellitur.
 Antequam domum sanctae Paulae nossem, totum
 in me urbis studia consonabant. Omnium per
 iudicio, dignus summo sacerdotio decernebat.
 Beatae memoriae Damasus meus sermo erat, Dice-
 bar sanctus: dicebar humilis & disertus. Nun-
 quid domum alicujus lascivioris ingressus sum?

*Hierony-
 mi mores.*

Nun-

Nunquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atque jejunans, squalens foribus, sletibus penè cæcata, quam continuis precibus misericordiam Domini deprecantem Sol sæpè deprehendit: cujus canticum Psalmi sunt, sermo Evangelium, delitiæ continentia, vita jejunium. Nulla me potuit ita delectare, nisi illa, quam manducantem nunquam vidi. Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi, omnes me illicò deseruere virtutes. O invidia primùm mordax tui. O sathanæ calliditas semper sancta persequens. Nullæ aliæ Romanæ urbi fabulam præbuerunt, nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus pignoribusque desertis, crucem Domini quasi quoddam pietatis levavere vexillum. Si balneas peterent, unguenta eligerent, divitias & viduitatem haberent, materies luxuriæ & libertatis, domina vocarentur & sanctæ. Nunc in sacco & cinere formosæ volunt videri, & in gehennam ignis cum jejunijs & pædore descendere. Videlicet non licet eis applaudente populo, perire cum turbis. Si gentiles hanc vitam carperent, si Judæi, haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus. Nunc verò (prò nefas) nomine Christianæ, prætermisâ domorum suarum curâ, & proprii oculi trabe neglectâ, in alieno oculo festucam quærunt: lacerant sanctum propositum, & remedium pœnæ suæ arbitrantur. si nemò sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit percuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lavare quotidie:

*Officium
sanctæ
mulieris.*

Matth. 7.

die : alius has mundities sordes putat. Tu atque quida
 * come- nem ructas, & de * comeso accipensore gloriam dico.
 sto anse- ego fabâ ventrem impleo. Te delectant cachetud
 re egre- nantium greges: me Paula Melaniaque plange appre
 giè. tes. Tu aliena desideras, illæ contemnunt sua. gusti
 * putant. delibuta melle vina delectant, illæ * potant aquamian
 frigidam suaviorem. Tu te perdere existim nam
 quicquid in præsentem non habueris, comedere rum.
 devoraveris: illæ futura desiderant, & credunt mun
 ra esse quæ scripta sunt. Esto, ineptè & inam nam
 ter, quibus resurrectio corporum persuasit, que &
 ad te? Nobis è contrario tua vita displicet. Boi nal C
 tuo crassus sis, me macies delectat & pallor. te qu
 tales miseros arbitraris, nos te miserabilior citia
 putamus. Par pari refertur, & invicem nobis preci
 demur insanire. Hæc mi Domina Afella, cum p XLVI
 navem conscenderem, raptim flens dolensq; Hui
 conscripsi: & GRATIAS ago Deo meo, quòd m
 gnus sim, quem mundus oderit. Ora autem, ut
 Babylone Hierosolymam regrediar, ne mihi de
 minetur Nabuchodonosor, sed Jesus filius Jos
 dech: veniat Esdras, qui interpretatur adjutor, U
 reducat me in patriam meam. Stultus ego, q
 volebam cantare canticum Domini in terra alie nis e
 na: & deserto monte Sina. Ægypti auxilium esse
 gitabam: non recordabar Evangelistæ, quia trun
 de Hierusalem egreditur, statim incidit in latro quo
 nes, spoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet S
 cerdos despiciat atque Levites, Samaritanus mar
 misericors est. Cui cum diceretur, Samaritanus poss
 es, & dæmonium habes: dæmonium renuens, nac
 maritem se non negavit, quia quem nos custe defi
 dem, Hebræi Samaritem vocant. MALEFIC anve
 qu

1. Esd. 2.

Ps. 136.

Luc. 10.

Ioan. 8.
Samaritanes.

quidam me garriunt, titulum fidei servus agno-
 sco. Magum vocant & Judæi Dominum meum,
 seductor & Apostolus dictus est. Tentatio me non
 apprehendat, nisi humana, quoniam partem an-
 gustiarum perpeffus sum, qui cruci milito? Infa-
 miam falsi criminis imputarunt. Sed scio, per bo-
 nam & malam famam perveniri ad regna cælo-
 rum. Saluta Paulam & Eustochium, velit nolit
 mundus, in Christo meas. Saluta matrem Albi-
 nam sororemque Marcellam, Marcellinam quo-
 que & sanctam * Felicitatem. Dic eis, ante tribu-
 nal Christi simul stabimus: ibi apparebit qua men-
 te quis vixerit. Memento mei exemplum * pudici-
 tiæ & virginitatis insigne: fluctusque maris tuis
 precibus mitiga,

XLVI. Hieronymus Exuperio Tholosano Episcopo.
 Hujus literis, qui & agentibus fratribus miserat
 munera, respondet, simulque illi dedicat suos in-
 minores Prophetas commentarios, lau-
 dans illius Episcopi virtutes.

Ultimo jam autumnii tempore frater noster,
 filius tuus, Sifinnius monachus, tuæ dignatio-
 nis epistolam reddidit: quâ lectâ, gavissus sum te
 esse hospitem, & memorem mei omniumque fra-
 trum, qui in sanctis locis Domino serviunt. In
 quorum refrigerijs facis mihi amicos de iniquo
 mammona, & præparas æterna tabernacula, ut
 possis cum David dicere: Quàm dilecta taber-
 nacula tua, Domine virtutum: concupiscit &
 deficit anima mea in atria Domini. Si enim passer
 invenit sibi locum, & turtur nidum ubi ponat
 pul-

1. Cor. 10.

2. Cor. 6.

* Feli-
cianam.

Rom. 14.

* Patien-
tiæ.M M
4 7

pullos suos : curtu, qui pontifex Domini es,
 calcas in fine mundi torcularia, ut sitientibus
 pulis Sanguinis Christi vinum tribuas, non libe
 proclamabis ac dices : Cor meum & caron
 exultaverunt in Deum vivum ? Beati qui ha
 tant in domo tua. Audio te in valle lacrymarum
 in loco, quem Deus posuit ad certamen, ut
 centibus coronam daret, ascensiones in tuo co
 disponere, & ire de virtute in virtutem, & im
 ri Domini paupertatem, ut cum illo dives fiat
 in te reclinet caput, & per singulos dies suscipi
 tur, visitetur, alatur, vestiatur, & præcipuè in
 Starum scripturarum lectione fervere. Cùm
 tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre mu
 sculum, & cœpta in duodecim Prophetas ex
 natio perveniret ad calcem, susceptum opus
 ferere nolui : sed quod & absque te dictatu
 eram, tuo potissimum nomini consecravi. Tu
 benevolentia erit, non eruditionem nostram,
 vel nulla, vel parva est, sed pronam in te suscipi
 voluntatem, ut nos ad cætera provoces, & in
 go scripturarum campo currere cohorteris.
 qui autem sunt, quibus interpretationem & h
 rum & aliorum voluminum ante promisi, igno
 scant incredibili in te amori meo, & quicquid
 i. Cor. 13. bi scripsi, sibi scriptum arbitrentur. Caritas
 enim benigna est, caritas non æmula
 tur, non quarit quæ sua sunt.

XLVII. Hieronymus Theophylo Alexandrino Episcopo. Cujus epistola respondet de retinenda veteri & Romana fide, deque zelo profugandi Secularios.

Beatissimo Papæ Theophylo Hieronymus salutem. Meminit beatitudo tua, quod eo tempore, quo nobiscum manebas, nunquam ab officijs meus sermo cessaverit: nec consideraverim, quid tu pro dispensatione tunc faceres, sed quid me facere conveniret. Et nunc sumptis dignationis tuæ epistolis, fructum aliquem cœpisse me video Evangelicæ lectionis. Si enim duri judicis sententiam crebra mulieris inflexit petitio: quanto magis paterna viscera interpellatione sedulâ molliuntur? Quod de canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat omnem filium quem recipit. Sed tamen scito, nobis nihil esse antiquius, quam Christi jura servare, nec patrû transire terminos, semperque meminisse Romanam fidem, Apostolico ore laudatam: cujus se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur. Super nefaria hæresi, quam in multa patientia geris, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes tuâ posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet: ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat.

Vale in Christo,

Luc. 13.

Prov. 3.

Heb. 12.

Romana
fides.

XLXIII. *Theophylus Hieronymo. Responsio est
proximam epistolam, & ostendit zelum Epi-
scopo dignum in fide tuenda con-
tra hæreticos.*

Dilectissimo & amantissimo fratri Hiero-
mo Theophylus Episcopus. Sanctus Episcopus
Agatho, cum dilectissimo diacono Athana-
sio in Ecclesiastica directus est causa: quam cum
diceris, non ambigo, quin nostrum studium
bes, & in Ecclesiæ victoria glorieris. Nam
Origenis hæresim in monasterijs Nitriæ quidam
nequam & furiosi homines serere & fundare
pientes, prophetica falce succisi sunt. Quia
cordati sumus commonentis Apostoli: Argue
eos severè. Festina igitur & tu, partem hujus
mij recepturus, deceptos quosque emenda-
sermonibus. OPTAMUS, si fieri potest, in die
nostris Catholicam fidem, & Ecclesiæ regu-
cum subjectis nobis populis custodire, & om-
novas sopirè doctrinas.

Tit. 1.

XLIX. *Hieronymus Theophylo Episcopo Alexan-
drino. Cujus laudat zelum & prudentiam in
hæresi nova Origenica extirpanda.*

Beatissimo Papæ Theophylo Hieronymus
Nuper tuæ beatitudinis percepi scripta,
mendantia vetus silentium, & me ad solitum offi-
cium provocantia. Undè licet per sanctos fratres
Priscum & Eubulum, tuus ad nos sermo cessave-
rit: tamen quia vidimus illos zelo fidei concen-
tato

atos, raptim Palæstinæ lustrâsse regiones, & di-
 perfos Regulos usque ad suas latebras persecu-
 os: breviter scribimus, quòd totus mundus ex-
 ultet, & in tuis victorijs glorietur, erectumque
 Alexandriæ vexillum crucis, & adversus hæresim
 trophæa fulgentia, gaudens populorum turba
 prospiciet. Macæ virtute, macæ zelo fidei osten-
 didisti, quòd hucusque taciturnitas dispensatio fuit,
 non consensus. Liberè enim reverentiæ tuæ lo-
 quor: dolebamus te nimiam esse patientem: & ig-
 norantes magistri gubernacula, gestiebamus in
 interitum perditorum. Sed, ut video, exaltâsti
 manum diu, & suspendisti plagam, ut ferires for-
 titus. Super susceptione cujusdam non debes con-
 tra urbis hujus dolere Pontificem, quia nihil tuis
 literis præcepisti: & temerarium fuit de eo, quòd
 nesciebat, ferre sententiam. Tamen reor illum
 nec audere, nec velle te in aliquo lædere.

*L. Hieronymus eidem Theophylo Episcopo, Rursus
 commendat illius felicem vigilantiam, & studium in
 nova hæresi opprimenda confirmat. Ex his epistolis
 vident Catholici, quanti referat ad vigilare
 pastores, lupis in Ecclesia ovile im-
 petum facientibus.*

Beatissimo Papæ Theophylo Hieronymus.
 Duplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ li-
 teræ præstiterunt: quòd & sanctos & venerabiles
 Agathonem Episcopum, & Diaconum Athana-
 sium habuerint portitores: & adversum scele-
 ratissimam hæresim zelum fidei demonstrarint.
 Vox beatitudinis tuæ in toto orbe personuit, &
 cunctis Christi Ecclesijs lætantibus, diaboli ye-
 re-

nena siluere. Nequequam amplius antiquus pens sibilat, sed contortus & evisceratus in cernarum tenebris delitescens, solem clarum non sustinet. Qui quidem super hac re, & quam scriberes, ad Occidentem epistolas ram, ex parte hæreticorum strophas meæ libris hominibus indicans. Ex dispensatione Deum sumpto, ut eo in tempore tu quoque ad Italiam Papam scriberes, & nostram, dum scribas, sententiam roborares. Verum à te nunc moniti, magis studium accommodabimus, ut & procul simplices ab errore revocemus: neque meamus subire odia quorundam. Nec enim volumus hominibus placere, sed Deo: quamquam ardentius ab illis defendatur hæresis, quam à nobis oppugnetur, simulque obsecro si qua Synodica habes, ad me dirigas: quo potentanti Pontificis autoritate firmatus, liberius confidentius pro Christo ora referare. Vincitius Presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem, de urbe venit, & suppliciter testatur, crebroque sermone concelebrat Romanam totam Italiam, tuis post Christum epistolis libertam. Annitere ergo Papa amantissime & beatissime, & per omnem occasionem ad occidentem Episcopos scribe, ut mala germina, acuta, ut significas, succidere falce non cessent

Ll. Theophylus Episcopus Hieronymo. Monasterium Theodorum de Monasterijs Nitria, de profligata secta, & de cavendis insidijs hæreticorum.

Domino dilectissimo & amantissimo fratris Hieronymo presbytero Theophylus Episcopus

Gal. 1.

*Synodi te
stimoniū
postula-
tur.*

scopus. Didici quod & sanctitas tua noverit Theodorum monachum, ejusque studium comprobavi: quia cum à nobis Romam navigaturus exiret, noluit antè proficisci, nisi te & sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio, quasi sua viscera amplexaretur & inviseret. Quem cum susceperis, pro Ecclesiæ tranquillitate latere. Vidit enim cuncta Nitriæ monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum: quomodo extinctis & fugatis Origenis sectatoribus pax Ecclesiæ reddita sit, & disciplina Domini conservetur. Atque utinam apud vos quoque deponerent hypocrisin, qui occultè dicuntur subruere veritatem. De quibus non benè sentientes in his regionibus fratres, hæc me scribere provocârunt. Quamobrem cavete & effugite hujusmodi homines, & juxta quod scriptum est, Si Quis non adfert ad vos Ecclesiasticam fidem, huic ne ave dixeritis. Quanquam ex superfluo faciam, hæc tibi scribere, qui errantes potes ab errore revocare: tamen nihil nocet & prudentes & eruditos viros pro sollicitudine fidei commoneri. Omnes fratres, qui tecum sunt, nomine meo salutare volo.

*LL. Epiphanius Episcopus Cyprî sancto Hieronymo.
Commendatur hic studium Hieronymi &
Theophylî in confutandis Origenistis.*

Domino amantissimo, filio ac fratri Hieronymo Epiphanius in Domino salutem. Generalis epistola, quæ ad omnes Catholicos scripta est

E

est

*Hinc
malles
heretico-
rum di-
ctus est
Hierony-
mus.
Exod. 17.*

ibidem.

est, ad te proprie pertinet, qui zelum fidei ad
 tus cunctas hæreses habens, Origenis proprie III. H
 Apollinarij discipulis adversaris: quorum re
 natas radices, & in altum defixam impietate
 omnipotens Deus protraxit in medium, ut in
 xar dria proditæ, in toto orbe arefcerent. U
 enim fili charissime, Amalechusque ad fira ego
 esse deletum, & in monte Raphidim erectum occup
 phæum crucis. Etenim quomodo porrectis grande,
 tum Moysi manibus, vincebat Israël: sic Domulation
 confortavit famulum suum Theophylum, ut volumi
 per altate Ecclesiæ Alexandrinæ contra Otero, ne
 nem vexillum poneret, & impleretur in eo tagoga
 dicitur: Scribe signum hoc: quia delebo fundam nostr
 Origenis hæresin à facie terræ cum ipso Amale perio.
 Et ne videar eadem rursus iterare, & prolixior legum
 epistolam texere, ipsam ad vos scriptam dedum ten
 ut scire possitis, quæ nobis scripserit, & quam evitic
 boni ultimæ ætatis meæ concesserit Dominus, cum offic
 quod semper clamabam, tanti Pontificis testimen ne C
 nio probatur. Jam autem puto & te aliquis, duas
 peris edidisse, & juxta priorem epistolam, quam, eju
 super hac re fueram cohortatus, elimâsse librum munc
 quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim aliqu
 ad Occidentem quorundam hominum naufragos tibi
 pervenisse: qui non contenti perditione suâ, volunt. Alb
 plures mortis habere participes. Quasi multæ corp
 do peccantium scelus minuat: & non numerans. E
 tate lignorum, major gehennæ flamma succo pietat
 scat. Sanctos fratres, qui tecum sunt in mont
 rio Domino terrientes, & tecum, & per te pa
 mum salutamus.

LIV. Hieronymus Tranquillino, Quatenus
legendus sit, admonet quod multi ex libri
genis errores suos tuerentur.

MAjora spiritus vincula esse, quam
rum, si olim ambigebamus, nunc
mus, dum & mihi sanctitas tua hæret in animo
ego tibi Christi amore conjungor. Verè
simpliciter candidissimo pectore tuo loquor
scedula & muti apices literarum inspirant
tuæ mentis affectum. Quod dicis Origenem
tos errore deceptos, & sanctum filium
Oceanum illorum insaniam repugnare, & de
mul & gaudeo: dum aut supplantati sunt
ces, aut ab erudito viro errantibus subveniunt
quia meæ parvitas quæris sententiam,
secundum fratrem Faustinum penitus respici
sit, an secundum quosdam legendus: ex parte
Origenem propter eruditionem sic interdum
gendum arbitror, quomodo Tertullianum,
vatum, Arnobium, Apollinarium, & non
Ecclesiasticos scriptores Græcos pariter &
nos, ut bona eorum eligamus, vitemusque
traria, juxta Apostolum dicentem: Omnia
bate, quæ bona sunt, tenete. Cæterum qui
amorem ejus nimium, vel in odium stomachi
pravitate ducuntur, videntur mihi illi male
Prophético subjacere: Væ his, qui dicunt bonum
malum, & malum bonum: qui faciunt amarum
dulce, & dulce amarum. Nec enim propter
trinam ejus, prava suscipienda sunt dogmata
nec propter dogmatum pravitatem, si quosdam

Quomo-
do legen-
di vete-
res qui-
dam.

1. Thess. 5.

Isa. 5.

entarios in scripturas sanctas utiles edidit, ipse
 respuendi sunt. Quòd si contentiosum in-
 se amatores ejus & obrectatores funem du-
 rint, ut nihil medium appetant, nec servent
 odum, sed totum aut probent, aut improbent:
 BENTUSIUS piam rusticitatem, quàm doctam bla-
 hemiam eligam. Sanctus frater Tatianus Dia-
 onus impendio te salutat.

*Hieronymus Marco presbytero Celedensi. Ab
 hereticis graviter oppugnatus & afflictus pur-
 gat suam innocentiam, ne in suspicio-
 nem hareses pertrahatur.*

Creveram quidem utendum mihi Psalmi-
 ræ voce dicentis: Cum consisteret adver-
 sum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, &
 abi à bonis. Et iterum: Ego verò tanquam fur-
 us non audiebam, & tanquam mutus non ape-
 tens os suum. Et factus sum, ut homo non au-
 dens, sed quia charitas omnia superat, & propo-
 sum vincit affectus, non tam injuriam facientis
 as reddo vicem, quàm tibi respondeo postulan-

APUD CHRISTIANOS enim non qui patitur,
 tant quidam, sed qui facit contumeliam, miser
 est. Et primò quidem antequam de fide mea,
 quam optimè nosti, tecum loquar, adversus bar-
 bariem istius loci versu cogor clamare vulgato:

*Quod genus hoc hominum, quævehunt tam
 barbaram morem,*

*Permittit patria? hospitio prohibemur a-
 rene.*

Bella cient: primàque vetant consistere terrâ,

E ε

Quæ

Quæ idcirco de gentili Poëta sumpsimus, placet.
 Christi pacem non servat, pacem saltem discunt pa
 ethnico. Hæreticus vocor, homoufiam pres:ec
 dicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis argunt,
 tres subsistentes, veras, integras, perfectasque quàm c
 sonas indefelsâ voce pronuntians. Si ab Ari me & c
 meritò: si ab orthodox s. qui hujusmodi arg asperit
 fidem, orthodoxi esse desierunt: aut si eis pl vernur
 HÆRETICUM me cum Occidente, hæretic hi men
 cum Ægypto, hoc est, cum Damaso Petri hoc ta
 condemnent. Quid unum hominem exceptu lenitu
 cius criminantur? Si rivus tenuiter fluit, ne illos ta
 alvei culpa, sed fontis. Pudet dicere: de cav deant,
 cellularum damnamus orbem: in sacco & c in cru
 volutati, de Episcopis sententiam ferimus. mihi n
 facit sub tunica pœnitentis regius animus? autem
 thenæ sordes, & comæ non sunt diadêmatis consc
 sed stetus. Permittant me, quæso, nihil loqui. Christ
 eum lacerant, qui non meretur invidiam? Hæ aures
 ticus sum: quid ad te? quiesce, jam dictum omne
 Planè times, ne eloquentissimus homo in L. Pl.
 sermone vel Græco, Ecclesias circummeam, p Cw
 los seducam, schisma conficiam. Nihil alicui P
 ripui, nihil otiosus accipio. MANU quotidie
 proprio sudore quærimus cibum, scientes ab
 2. Thes. 3. postolo scriptum esse: Qui autem non operat
 nec manducet. Hæc, venerabilis & sancte Pa
 eum quali gemitu, cum quali dolore conscrip
 rim, tellis est Jesus. Tacui: nunquid semper
 cebo? dicit Dominus. Non mihi conceditur
 angulus eremi. Quotidie expolcor fidem, qu
 sine fide renatus sim. Confiteor, ut volunt & c
 placet. Subscribo, non credunt. Unum tant
 placet

lacet, ut hinc recedam. Jamjam cedo, abrupe-
 unt partem à me animæ meæ, charissimos fra-
 res: ecce discedere cupiunt, imò penitus disce- *Hierony-*
 unt, melius esse dicentes, inter feras habitare, *mo tuta*
 quam cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi *sedes de-*
 me & corporis imbecillitas, & hyemis retineret *est.*
 asperitas, jam modò fugerem. Veruntamen dum
 vernum tempus adveniat, obsecro, ut paucis mi-
 hi mensibus eremi concedatur hospitium: aut si
 hoc tardum videtur, abscedo. Domini est terra & *Ps. 23.*
 plenitudo ejus. Ascendant soli cœlum: propter
 illos tantùm Christus mortuus sit, habeant, possi-
 deant, glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi *Galat. 6.*
 in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem
 mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. De fide
 autem, quam dignatus es scribere S. Cyrillo, dedi
 conscriptam fidem. Qui sic non credit, alienus à
 Christo est. Cæterùm ego fidei meæ testes habeo
 aures tuas, & beati fratris Zenobij, quem tecum
 omnes, qui hic sumus, plurimùm salutamus.

LVI. Hieronymus Alipio & Augustino Episcopo.
Cum hic tractat de opprimendis, & ex parte op-
pressis hæresibus sui temporis, præcipuè au-
tem de Anniani scriptis confutandis.

Sanctus Innocentius presbyter, qui hujus ser-
 monis est portitor, anno præterito, quasi ne-
 quaquam in Africam reversurus, mea ad digna-
 tionem vestram scripta non sumpsit. Tamen Deo
 gratias agimus, quòd ita evenit, ut nostrum silen-
 tium vestris epistolis vinceretis. Mihi enim omnis
 occasio gratissima est, per quã scribo vestræ reve-
 ren-

rentiæ testem invocans Deum, quod si possit
 assumptis alis columbæ, vestris amplexibus
 plicarer: semper quidem pro merito virtutis
 vestrarum, sed nunc maximè, quia cooperato-
 bus & authoribus vobis hæresis Celestiana jug-
 lata est: quæ ita infecit corda multorum, ut co-
 superatos damnatosque esse se sentiant, tamen
 nena mentium non omittant: & quod solum
 sunt, nos oderint, per quos putant se libertate
 docendæ hæreseos perdidisse. Quod autem qua-
 ritis, utrum rescripserim contra libros Anni-
 pseudodiaconi Celedensis, qui copiosissime
 scitur, ut alienæ blasphemiae verba frivola sub-
 nistret: sciatis me ipsos libros in schedulis
 fos à sancto fratre nostro Eusebio presbytero
 scepisse non ante multum temporis: & exire
 vel ingruentibus morbis, vel dormitione sancti
 & venerabilis filiae vestrae Eustochij ita doluisse
 ut propemodum contemnendos putarem. In eo-
 dem enim luto hæsit, & exceptis verbis tinnu-
 lis atque emendicatis, nihil aliud loquitur. Te-
 men multum egimus, ut dum epistolæ meæ re-
 spondere conatur, apertius se proderet, & bla-
 sphemias suas omnibus patefaceret: Quicquid
 enim in illa miserabili Synodo * Dispolitana
 dixisse se denegat, in hoc opere profitetur. Nec
 grande est ineptissimis nanijs respondere. Si au-
 tem Dominus vitam tribuerit, & notariorum ha-
 buerimus copiam, paucis lucubratiunculis re-
 spondebimus: non ut convincamus hæresim e-
 mortuam, sed ut imperitiam atque blasphemiam
 ejus nostris sermonibus confutemus. Meliusque
 hoc faceret sanctitas vestra, ne compellamur

*Celestia-
na hære-
sis.*

* *Dios.*

contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij communes, Albinus, Apinianus, & Melania plurimum vos salutant. Has literas de sancta Bethlehem, sancto presbytero Innocentio tradidi referendas. Neptis vestra Paula miserabiliter deprecatur, ut memores ejus sitis, & multum vos salutet. Incolumes vos & memores mei Domini nostri Jesu Christi tueatur clementia Domini verè sancti, atque omnium affectione venerabiles patres.

*LXXI. Hieronymus Augustino Episcopo Hipponensi.
De quo sentit & loquitur honorificè ob zelum
illius in fide contra hæreticos asserenda.*

Domino sancto ac beatissimo Patri Augustino Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo, quo decet, honore veneratus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem. Et nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plenè complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam præterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti, maluisti que, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis, quam cum *Gen. 19.* pereuntibus commorari. Scit quid dicam prudentia tua. Macte virtute, in orbe celebraris: Catholici te conditorem antiquæ rursus fidei venerantur atque suspiciunt: & *Augusti-* *ni com-* *médatio.* Quod signum majoris gloriæ est, omnes hæretici detestantur, & me pari persequuntur odio, ut quos gladijs nequeunt, voto interficiant. Incolumem & mei memorem te Christi Domini clementia
E 3 tuca-

tueatur, Domine venerande & beatissime
Papa.

*LVIII. Hieronymus Marcellino & Anapsychia,
origine anima narrat diversas veterum sententias
& Augustinum consulti jubet, qui & ipse de origine
anima scripsit. Excusat etiam bella & publicos
motus, quominus absolvat suos in Exe-
chiclem commentarios.*

Dominis verè sanctis, atque omni officio
charitate venerandis filijs Marcellino,
Anapsychiæ Hieronymus in Christo saluta-
Tandem ex Africa vestræ literas unanimiter
cepi. Et non me pœnitet impudentiæ, quâ ta-
cibus vobis epistolas meas frequenter ingessi,
re scriptum mererer: & vos esse hospites, non
nuntiantibus, sed vestro potissimum sermone
gnoscerem. Super animæ statu memini vestri
quæstionculæ, imò maximè Ecclesiasticæ quæ-
stionis: utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras
philosophus, omnesque Platonici & Origenes
putant: an à propria Dei substantia, ut Stoici, Ma-
nichæus & Hispaniæ Priscilliani hæreses susci-
cantur: an in thesauro habeantur Dei, olim con-
ditæ, ut quidam Ecclesiastici stultâ persuasione
confidunt: an quotidie à Deo fiant & mittantur
in corpora, secundum illud quod in Evangelio
scriptum est: Pater meus usque modo operatur
& ego operor, an certè ex traduce, ut Tertullianus,
Apollinarius, & maxima pars Occidentium
lium autumant: ut quomodo corpus ex corpore
scilicet anima nascatur ex anima, & simili cum brutis

IOAN. 5. 17

animantibus conditione subsistat. Super quo quid
 mihi videatur, in opusculis contra Ruffinum *Ruffinus*
 scripsisse me novi adversus eum libellum, quem *seprehen-*
 sanctæ memoriæ Anastasio Episcopo Romanæ *sis.*
 Ecclesiæ edidit: in quo lubricâ & subdolâ, immò
 stultâ confessione, dum auditorum simplicitati il-
 ludere nititur, suæ fidei, immò perfidiæ illudit.
 Quos libros reor sanctum parentem vestrum ha-
 bere Oceanum. Olim enim editi sunt multis Ruf-
 fini libris adversus calumnias respondentes. Cer-
 tē habes ibi virum sanctum & eruditum Augusti-
 num Episcopum, qui vivā (ut ajunt) voce docere
 te poterit, & suam, imò per se nostram explicare
 sententiam. Ezechielis volumen olim aggredi
 volui, & sponsonem creberrimam studiosis lecto-
 ribus reddere; sed in ipso dictandi exordio ita
 animus meus Occidentalium provinciarum, &
 maximè urbis Romanæ vastatione confusus est,
 ut juxta vulgare proverbium proprium quoque
 ignorarem vocabulum, diuque tacti, sciens tem-
 pus esse lacrymarum. Hoc autem anno cum tres
 explicâsem libros, subitus impetus barbarorum,
 de quibus tuus dicit Virgilius: Lateque vagantes
 Barchæi: & sancta Scriptura de Ismael: Contra *Gen. 16.*
 faciem omnium fratrum suorum habitabit, sic Æ-
 gypti limitem Palestinæ, Phœnicis, Syriæ percur-
 rit, & instar torrentis cuncta secum trahens, ut
 vix manus eorum misericordiâ Christi potueri-
 mus evadere. Quod si juxta inclytum Oratorem *Cicero.*
 silent inter arma leges, quanto magis studia scri-
 pturarum? quæ & librorum multitudine, & silentio,
 ac librariorum sedulitate, quodq; proprium est,
 securitate & ocio *indigent.* Duos Itaq;
 libros

libros mihi sanctæ filiæ meæ Fabiolæ : quorum
 exempla si volueris, ab ipsa poteris mutuati. Pen-
 angustia quippe temporis alios describere non
 potui : quos cum legeris & vestibula videris, in
 cilis conjectura erit, qualis ipsa futura sit domus.
 Sed credo in Dei misericordia, qui nos adju-
 in difficillimo principio supradicti operis, quem
 ipse adjuvet & in penultimis Prophetæ partibus
 in quibus Gog & Magog bella narrantur : &
 extremis, in quibus sacratissimi & inexplicabilis
 templi ædificatio, varietas mensuraque describitur.
 Sanctus frater noster Oceanus, cui vos com-
 pitis commendari, tantus & talis est, & sic erue-
 tus in lege Domini, ut absque nostro rogatu
 fruere vos possit, & nostram super cunctis qua-
 stionibus scripturarum pro modulo communis
 ingenij explicare sententiam. Incolumes vos
 prolixâ aetate florentes Christus Deus noster
 tueatur omnipotens, Domini verè sancti,

Exe. 38.

& 39.

Ezec. 40.

& seqq.



LIBER



LIBER SECVNDVS
EPISTOLARVM
B. HIERONYMI,

Quæ non adeò esse familiares, uti
precedentes, sed sublimiora &
digniora quædam ad-
ferre videntur.

*1. Hieronymus Magno Oratori Romano. Docet nec
sibi, nec Christianis vitio vertendum esse, quòd suis
litteris & scriptis Ecclesiasticis literas ethnicorum
admisceant. Præcipua est probatio à veterum
scriptorum & patrum exemplis.*

SEBESIUM nostrum tuis monitis profe-
cisse, non tam epistola tua, quàm ipsius
pœnitentia didicimus. Et mirum in mo-
dum plus correptus placuit, quàm errans
læserat. Certaverunt inter se indulgentia
parentis & filij pietas : dum alter præteritorum
non meminit, alter in futurum quoque officia
pollicetur. Undè & mutuò nobis tibi que gauden-
dum est: quia nos filium recepimus, tu discipulum
comprobasti. Quòd autem quæris in calce episto-
læ

IBE

lætuae, cur in opusculis nostris secularium literarum interdum ponamus exempla, & candorem Ecclesiae, ethnicorum sordibus polluamus: responsum breviter habeto. Nunquam hoc quare, nisi te totum Tullius possideret, si scripturae sanctas legeres, si interpretes earum, omisso vocabulo evolveres. Quis enim nesciat, & in Mosaicis & in Prophetarum voluminibus quaedam affinita de gentilibus libris, & Salomonem philosophum Tyri & nonnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Unde in exordio Proverbiorum commone ut intelligamus sermones prudentiae, versutiaeque verborum, parabolas & obscurum sermonem, & ista sapientum & aenigmata, quae proprie Dialecticorum & Philosophorum sunt. Sed & Paulus Apostolus Epimenidis Poetae abusus versiculo est, scribens ad Titum: *Κρητες ἀειψεύσαι κακὰ θηρία, γαστέρας ἀργαίαι*. Id est, Cretenses semper mendaces, manibilia bestiae, ventres pigri. Cujus heroici hemistichii postea Callimachus usurpavit. Nec mirum, si apud Latinos metrum non fervet ad verbum expressa translatio, cum Homerus eadem lingua versus in prosam, vix cohaereat. In alia quoque epistola Menandri ponit Senarium: *Φθείρον γὰρ ἢ ἢν κρησὶ ἀμιλίαι κακῆ*. Id est, corrumperunt enim bonos mores colloquia prava. Et apud Athenienses in Martis curia disputans Aratum testem vocat. Ipsius enim & genus sumus, quod graecum dicitur: *τῆ γὰρ τῆ γένεσις*. Et est clausula versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus & orator invictus pro Christiana causa agens, etiam inscriptionem fortuita morte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim

* supercilio.

Prov. 1.

Tit. 1.

2. Cor. 15.

* confabulationes pessimae.

Paulus

Act. 17.

à vero David, extorquere de manibus hostium
gladium, & Golia superbissimi caput proprio
mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio
Domini voce præceptum, mulieris captivæ ra-
dendum caput, supercilia, omnes pilos & unguis
corporis amputandos, & sic eam habendam in
conjugio. Quid ergo mirum, si & ego sapien-
tiam secularem propter eloquij venustatem, &
membrorum pulchritudinem de ancilla atque ca-
ptiva Israelitidum facere cupio? Et si quicquid
in eà mortuum est Idololatriæ, voluptatis, erro-
ris, libidinum, vel præcido, vel rado: & mixtos
purissimo corpori, vernaculos ex ea genero Do-
mino Sabaoth? Labor meus in familia Christi
proficit: stuprum in alienam auget numerum
conservorum, Osee accepit uxorem fornicariam
Gomer filiam Debelaim, id est, dulcedinem: &
nascitur ei de meretrice fili⁹ Iezrael, qui vocatur
semen Dei Esaias novaculâ acutâ barbam & cru-
ta radit peccantium. Et Ezechiel in typo forni-
cantis Hierusalem tondet cæsariem suam: ut
quicquid in ea absque sensu & vita est, auferatur.
Cyprianus vir & eloquentiâ pollens, & martyrio,
Firmiano narrante mordetur, cur adversus De-
metrianum scribens, testimonijs usus sit Prophe-
tarum & Apostolorum: quæ ille ficta & commen-
titia esse dicebat, & non potius Philosophorum
& Poetarum, quorum authoritati ut ethni-
cus contraire non poterat. Scripserunt con-
tra nos Celsus atque Porphyrius. Priori Ori-
genes, alteri Methodius, Eusebius & Apol-
linarius fortissimè responderunt. Quorum
Origenes octo scripsit libros. Methodius usque ad
decem

1. Reg. 27.

Deut. 21,

Osee. 1.

Esai. 7.

Ezech. 5.

Cyprian.

decem millia procedit versuum. Eusebius & pollinarius viginti quinque & triginta volumina condiderunt. Lege eos, & inuenies nos compactione eorum imperitissimos: & post tanti temporis otium vix quasi per somnium, quod pueri dicimus, recordari. Julianus Augustus septembris in expeditione Parthica aduersum Christum evomuit verius, quàm scripsit: & juxta fabulas parturum suo se ense laceravit. Si contra hunc scriberent auctores, puto interdices mihi, ne rabidum canem philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est Herculis clavâ repercutiam. Quanquam Nazarenus nostrum (ut & ipse solebat dicere) Galileus statim in praelio senserit, & mercedem linguæ perdiditissimæ contumelijs perfoesus acceperit. Josephus antiquitatem approbans Judaici populi duos libros scripsit contra Appionem Alexandrinum Grammaticum: & tanta secularium professorum testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo vir Hebræus & ab infantia sacris literis eruditus cunctam Græcorum bibliothecam evolveret. Quid loquar de Philone, quem vel alterum, vel secundum Judæum Platonem Critici pronuntiant? Curram per singulos. Quadratus Apostolorum discipulus & Atheniensis Pontifex Ecclesie nonne Adriano principi Eleusinae sacra inviolata librum pro nostra religione tradidit? Et tantæ admirationi omnibus fuit, ut persecutionem gravissimam illius excellens sedaret ingenium. Aristides philosophus, vir eloquentissimus eidem principi Apologeticum pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententijs: quem imitatus postea Justinus, & ipse Philosophus, Antonius

Julianus.

Galileus dicitur Christus. Josephus.

Philo.

Quadratus.

Aristides.

Justinus.

no P
gent
refur
Quic
Quic
cer
Tati
ris su
vene
narin
nus S
tion
scop
Brac
ret.
vir m
psit S
id est
dago
doct
Hun
teas
fente
dogm
nuto
tra g
que 8
pria
cane
The
viri
Dion
que

no Pio & filijs.ejus , Senatuque librum contra
gentes tradidit, defendens ignominiam crucis, &
resurrectionem Christi tota prædicans libertate.
Quid loquar de Melitone Sardenfi Episcopo ?
Quid de Apollinario Hierapolitanæ Ecclesiæ sa-
cerdote, Dionysioque Corinthiorum Episcopo, &
Tatiano & Bardesane , & Irenæo Photini marty-
ris successore? qui Origenis ha reseon singularum
venena, ex quibus Philosophorum fontibus ema-
nârint, multis voluminibus explicârunt. *Panta-*
nus.
Panta-
nus Stoicæ sectæ philosophus ob præcipuæ erudi-
tionis gloriam à Demetriano * Alexandria Episcopo
missus est in Indiam , ut Christum apud
Brachmanas, & illius gentis philosophos prædica-
ret. *Clemens*
Alexan.
Clemens Alexandria Episcopi presbyter, vir meo
iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit
Stromatum libros , & totidem *ὑποτυπώσεων*,
id est, dispositionum, & alium contra gentes , Pæ-
dagogi quoque tria volumina. Quid in illis in-
doctum? imò quid non è media philosophia est ?
Hunc imitatus Origenes decem scripsit Stromateas ,
Christianorum & philosophorum inter se
sententias comparans, & omnia nostræ religionis
dogmata de Platone & Aristotele, Numenio Cor-
nutoque confirmans. Scripsit & *Militiades* * con-
tra gentes volumen egregium. *Hipolytus*
Hipolytus quoque & Apollonius Romanæ urbis Senatores pro-
pria opuscula condiderunt. Extant & *Julij Africani*
libri.
African.
Theodo-
rus.
Theodori , qui postea Gregorius appellatus est, viri
Apostolicorum signorum atque virtutum, & *Dionysij*
Alexandrini Episcopi : Anatolij quo-
que Laodicenæ Ecclesiæ sacerdotis , nec non
presby

presbyterorum Pamphili, Pierij, Luciani, Malchionis, Eusebij Cæsariensis Episcopi, & Euthathii Antiocheni, & Athanasij Alexandrini: Eusebij quoque Emisēni, & Triphillij Cyprij, & Alterij Scythopolitæ, & Serapionis Confessoris, Titi quoque Bostrensis Episcopi, Cappadocumque Basilij, Gregorij, Amphiloehij. Qui omnes in tantum Philosophorum doctrinis atque sententijs suos refarciunt libros, ut nescias quid illis primùm admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum. Veniam ad Latinos. Quid Tertulliano eruditius? quid acutius Apologeticus ejus, & contra gentes libri curam seculi obtinent disciplinam. Minutius Felix causidicus Romani fori, in libro, cui titulus est, Octavius: & in altero contra Mathematicos, si tamen inscriptio non mentitur authorem, quid gentilium scripturarum dimisit intactum? Septem libros adversus gentes Arnobius edidit: totidemque discipulus ejus Lactantius, qui de ira quoque & opificio Dei duo volumina condidit, quos si legere volueris, Dialogorum Ciceronis in eis *επιτομήν* reperies. Victorino martyri in libris suis licet desit eruditio, tamen non deest eruditionis voluntas. Cyprianus, quod idola Dei non sint, quâ brevitate, quâ historiarum omnium scientiâ, quoque verborum & sensuum splendore perstrinxit? Hilarius meorum confessor temporum & Episcopus, duodecim Quintiliani libros & stylo imitatus est & numero: brevisque libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in literis possit, ostendit. Juvenus presbyter sub Constantino historiam Domini Salvato-

ris verbis explicavit : nec pertimuit * Evan- * evan-
gelicam majestatem sub metri leges mittere. De gelij ve-
catefis vel mortuis, vel viventibus taceo, quo- ritatem.
rum in scriptis suis & vires manifestæ sunt, & vo-
luntas. Nec statim pravâ opinione fallaris, con-
tra gentes hoc esse licitum, in alijs disputationi-
bus dissimulandum : quia omnes penè omnium
libri, exceptis his, qui cum Epicuro literas non
didicerunt, eruditionis doctrinæque plenissimi
sunt. Quanquam ego illud magis reor, quod di-
stanti venit in mentem, non te ignorare quod
semper à doctis viris usurpatum est : sed per te
mibi proponi ab alio quæstionem, qui fortè pro-
pter amorem historiarum Salustij, Calphurnius
cognomento Lanarius sit. Cui, quæso, ut sua-
deas, ne vescentium dentibus edentulus invi-
deat, & oculos caprearum talpa contemnat. Di-
ves (ut cernis) ad disputandum materia; sed jam
epistolaris angustia finienda est.

II Hieronymus Paulino. *Ad sacrarum literarum
studium varijs exemplis provocat simulque illarum
difficultatem ostendit, & studium in sacris
discendis necessarium probat : postremò
de perfecto mundi contemptu disserit.*

FRater Ambrosius tua mihi munuscula perfe-
rens, detulit & suavissimas literas: quæ à prin-
cipio amicitiarum, fidem jam probatæ fidei, & ve-
teris amicitia præferrebant. VERA ENIM illa
necessitudo est, & Christi glutino copulata,
quam non utilitas rei familiaris, non præsen-
tia

tia tantum corporum, non subdola & palpās adu-
latio, sed Domini timor, & divinarum scriptu-
rarum studia conciliant. Legimus in veteribus hi-
storijis, quosdam lustrasse provincias, novos adij-
se populos, maria transisse, ut eos, quos ex libris
noverant, coram quoque viderent. Sic Pythago-
ras Memphiticōs vates, sic Plato Ægyptum &
Architam Tarentinum, eamque oram Italiae, quae
olim magna Græcia dicebatur, laboriosissime
peragravit: ut qui Athenis magister erat & po-
tens, cujusque doctrinam academiae gymnasia
personabant, fieret peregrinus, atque discipulus,
malens aliena verecunde discere, quàm sua im-
pudenter ingerere. Denique cum literas quasi to-
to fugientes orbe persequitur, captus à piratis, &
venundatus etiam tyranno crudelissimo paruit,
captivus, vincus, & servus. Tamen quia philoso-
phus, major e mente se fuit. Ad Titum Livium
laeteo eloquentiae fonte manantem de ultimis Hi-
spaniae Galliarumque finibus quosdam venisse
nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui
Roma non traxerat, unius hominis fama perdu-
xit. Habuit illa aetas inauditum omnibus seculis
celebrandumque miraculum, ut tantam urbem
ingressi, aliud extra urbem quaerent. Apol-
lonius, sive ille Magus (ut vulgus loquitur) sive
Philosophus (ut Pythagorici tradunt) intravit Per-
sas, pertransivit Caucasum, Albanos, Scythas,
Massagetas, opulentissima Indiae regna penetra-
vit: & ad extremum latissimo Phison amne trans-
misso, pervenit ad Brachmanas: ut Hiarcham in
throno sedentem aureo, & de Tandali fonte po-
tantem, inter paucos discipulos de natura, de mo-
tibus

Plato.

Livius.

*Apollo-
nius.*

abus syderum ac dieru cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldaeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabes, Palaestinos reversus Alexandriam, perrexit ad Aethiopiam: ut gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus. Quid loquar de seculi voluminibus? cum Apostolus Paulus vas electionis & magister gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur. An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiamq; lustratam ascenderit Hierosolymam, ut videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim? Hoc enim mysterio hebdomatis & ogdoatis, futurus gentium prædicator instruedus erat. Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit cum Apostolis Evangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. HABET ENIM nescio quid latentis *εγγυσιος* viva vox, & in aures discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat. Unde & Aeschines, cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam adversus eum haberat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid, si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem? Nec hoc dico, quod sit in me aliquid tale, quod vel à me audire, vel discere possis: sed quod ardor tuus ac discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid invenias, sed quid quæras, consideramus. Mollis cera, &

Paulus,

Act. 9.

2. Tim. 1.

2. Cor. 13.

Gal. 1.

Gal. 2.

Aeschines,

mes.

&

& ad formandam facilis, etiam si artificis & ple-
 stæ cessent manus; tamen virtute totum est, quic-
 quid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gra-
 malielis legem Domini & prophetas didicisse se
 gloriatur, ut armatus spiritualibus telis, post
 ea diceret confidenter: Arma militiæ nostræ
 non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destru-
 ctionem mutationum, consilia destruentes; &
 omnem altitudinem extollentem se, adverte-
 scientiam Dei, & captivantes omnem intelle-
 ctum ad obediendum Christo: & parati subju-
 gare omnem inobedientiam. Ad Timotheum
 scribit, ab infantia sacris literis eruditum, &
 hortatur ad studium lectionis, ne negligat gra-
 tiam, quæ data sit ei per impositionem manuum
 presbyterij. Tito præcipit, ut inter cæteras
 virtutes Episcopi, quem brevi sermone depin-
 xit, scientiam quoque eligat scripturarum. Ob-
 tinentem, inquit, eum, qui secundam doctrinam
 est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari
 in doctrina sana, & contradicentes revincere.
 SANCTA quippe rusticitas solum sibi prodest:
 & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam
 Christi, tantum nocet, si destruentibus non
 resistat. Malachias propheta, immo per Malachiam
 Dominus, interrogavit sacerdotes legentes.
 In tantum sacerdotis officium est, interrogatum
 respondere de lege. Et in Deuteronomio
 legimus: Interroga patrem tuum, & annuntiabit
 tibi, seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo
 quoque centesimo decimo octavo: Cantabiles
 mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis
 meæ. Et in descriptione justi viri, cum

*Act. 21.**2. Cor. 10.**2. Tim. 3.**1. Tim. 4.**Tit. 2.**Mal. 2.**Deut. 32.*

cum cum David arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter cæteras virtutes & hoc intulit: In lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis, justos ait fulgere sicut stellas, & intelligentes, hoc est, doctos, quasi firmamentum. Vides, quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta justitia. Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam juxta Hebraicam veritatem utrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis, & sanctarum scripturarum armarium est. Pharisei stupent ad doctrinam Domini, & mirantur in Petro & Joanne, quomodo legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis Spiritus sanctus suggererat. Et erant, juxta quod scriptum est, *ἑσθὶδακτροί*. Duodecim annos Saluator impleverat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus Joannem: quorum uterque dicere poterat, Et si imperitus sermone, non tamen scientiâ. Joannes rusticus, piscator, indoctus? Et unde vox illa obsecro: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum? *λόγος* enim Græcè multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula, quæ

*Pf. 1.**Dan. 12.**Vas electionis**Paulus**Matt. 13.**Act. 4.**Isa. 54.**Luc. 2.**2. Reg. 11.**Ioan. 1.**λόγος.*

quæ subsistunt. Quæ universa rectè intelligi nemo a
 in Christo. Hoc doctus Plato nescivit, hoc nichus
 mosthenes eloquens ignoravit. Perdam, imminat)
 sapientiam sapientum, & prudentiam prudentiippo: I
 reprobabo. Vera sapientia perdet fallam sapientiam. Quomo
 tiam. Et quanquam stultitia prædicatione ut de m
 cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur. Euno
 perfectos. Sapientiam autem non seculi huius de extre
 principium istius seculi, quæ destruitur, sed loquitur
 tur Dei sapientiam in mysterio absconditam. vinq;
 quam prædestinavit Deus ante secula. Dei literas l
 entia Christus est: Christus enim Dei virtus verba D
 Dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni Psalms titulus prænotat in libro
 Pro occultis filij, in quo sunt omnes thesauri ostendit
 pientie & scientie absconditi, & qui in mysterio mira do
 absconditus erat, prædestinatus est ante seculum, b
 Prædestinatus autem & præfiguratus in lege de disci
 prophetis. Undè & prophete appellabantur. ceteris, q
 dentes, quia videbant eum, quem ceteri non videbant. Hæc à r
 debant. Abraham vidit diem ejus, & lætatur. pistolar
 Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccati intellige
 tori clausi erant. Revela, inquit David, occultum monitu
 meos: & considerabo mirabilia de lege tua. de Gran
 enim spiritualis est, & revelatione opus est, ut metris,
 telligatur, ac revelatâ facie Dei, gloriam agis, Me
 templemur. LIBER in Apocalypsi septem signatissima e
 signatus ostenditur, quem si dederis homini scribere, vobis
 ti literas, ut legat, respondebit tibi: Non possunt, &
 signatus est enim. Quanti hodie putant, se scribere, &
 literas, & tenent signatum librum: nec aperire possunt, &
 possunt, nisi ille referaverit, qui habet clavem, &
 David, qui aperit, & nemo claudit: claudit opuscu
 nec

Isa. 29.

1. Cor. 1.
1. Cor. 2.

Sapientia
abscon-
dita.

1. Cor. 1.

Coloss. 2.

Propheta
dicti vi-
dentes.

1. Reg. 9.

Ioan. 8.

Ezech. 1.

Pf. 118.

Rom. 7.

2. Cor. 3.

Apoc. 5.

Isa. 29.

Apoc. 3.

nemo aperit. In actibus Apostolorum sanctus Eu- *Act. 8.*
 nuchus, imò vir (sic enim eum Scriptura cogno- *Eunu-*
 minat) cum legeret Esaiam, interrogatus à Phi- *chus.*
 lippo: Putas-ne intelligis quæ legis? respondit:
 Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego
 de me interim loquar, nec sanctior sum hoc
 Eunuchus, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est,
 de extremis mundi finibus, venit ad templum,
 reliquit aulam regiam: & taatus amator legis di-
 vinaq; scientiæ fuit, ut etiam in vehiculo sacras
 literas legeret. Et tamen cum librum teneret, &
 verba Domini cogitatione conciperet, linguâ
 solveret, labijs personaret, ignorabat eum, quæ
 in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus,
 ostendit ei Jesum, qui clausus latebat in litera. O
 mira doctoris virtus. Eâdem horâ credit Eunu-
 chus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac
 de discipulo magister, plus in deserto fonte Ec-
 clesia, quàm in aurato Synagogæ templo reperit.
 Hæc à me breviter perstricta sunt (nequè enim e-
 pistolaris angustia evagari longius patiebatur) ut
 intelligeres, te in Scripturis sanctis sine prævio &
 monitore semitam non posse ingredi. Taceo * mo-
 de Grammaticis, Rhetoribus, Philosophis, Geo- *strante.*
 metris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, Astrolo-
 gis, Medicis: quorum scientia mortalibus vel uti-
 lissima est, & in tres partes scinditur: τὸ δόγμα,
 τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes ve-
 niam, & quæ non tam linguâ, quàm manu admi-
 nistrantur. Agricola, cæmentarij, fabri, metallo-
 rum lignorumve cæsores, lanarij quoque & fullo-
 nes, & cæteri, qui variam supellectilem & vilia
 opuscula fabricant, absque doctore non possunt

In scri-
ptura
tractato.
res impe-
vitos &
temera-
rios.

In sciolos
& hu-
manitas
scripturis
abutenti-
bus.

no D. HIERON. EPIST.
esse quod cupiunt. Quod medicorum est,
mittunt medici: tractant fabrilis fabri.
SCRIPTURARUM ars est, quam sibi
passim vendicant. Scribimus indocti docti
poemata passim. Hanc garrula anus, hanc
lirus senex, hanc sophista verbosus, hanc
versipræsumunt, lacerant, docent antequam
discant. Alij adducto supercilio grandia
trutinantes, inter mulierculas de sacris
philosophantur. Alij discunt (proh pudor!) de
minis, quod viros doceant: & ne parum ha-
quâdam facilitate verborum, imò audacia
lerunt alijs, quod ipsi non intelligunt. Tu
de mei similibus, qui si fortè ad scripturas
tas post seculares literas venerint, & se-
ne composito aures populi mulserint, qui
dixerint, hoc legem Dei putant: nec sen-
gnantur, quid Prophetæ, quid Apostoli
rint: SED AD sensum suum incongrua
testimonia. Quasi grande sit, & non viti-
um docendi genus, depravare sententiam
ad voluntatem suam scripturam trahere
gnantem. Quasi non legerimus Homero
nas & Vergilio centonas: ac non sic etiam
ronem sine Christo possimus dicere Christianam
quia scripserit; Jam redit & virgo, redeunt
turnia regna: Jam nova progenies cœlo de-
scendit. Et patrem loquentem ad filium
te meæ vires, mea magna potentia solus. Et
verba Salvatoris in cruce: Talia perstabat
morans fixusq; manebat. Puerilia sunt hæc,
culatorum ludo similia, docere quod ignorant
ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire

nescia
plicita
interp
rustica
eadem
doctus
nosse
radice
time p
deo. P
venit.
perve
& (ut i
te effun
bor. H
bium,
cavit, r
temptu
Nam p
absque
fote, &
gis præ
culo ber
deret. C
Cro com
deest qu
DENT I
iamobo
habente
litus di
testate r
projice
quendu

æscias. Nolo offendaris in scripturis sanctissim- *Simplici-*
 plicitate: & quasi vilitate verborū quæ vel vitio *tas scri-*
 interpretum, vel de industria sic prolata sunt, ut *ptura,*
 rusticam concionem facilius instruerent, & in una
 eademq; sententia aliter doctus, aliter audiret in-
 doctus. Non sum tam petulans & hebes, ut hæc me
 nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum
 radices in cœlo fixæ sunt, sed velle fateor. Seden-
 time præfero, magistrum renuens, comitē spon-
 deo, Petenti datur: pulsanti aperitur: quærens in- *Matt. 7.*
 venit. DISCAMUS in terris, quorum nobis scientia
 perseveret in cœlo. Obvijs te manibus excipiam:
 & (ut ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumidita-
 te effundam) quicquid quæsieris, tecū scire cona-
 bor. Habes hic amantissimum tui fratrem Euse-
 bium, qui literarum tuarum mihi gratiam dupli-
 cavit, referens honestatem morum tuorum, con-
 temptum seculi, fidem amicitia, amorem Christi.
 Nam prudentiam & eloquij venustatem etiam
 absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæ-
 sore, & HÆRENTIS in salo naviculæ funem ma-
 gis præcide, quàm solve: Nemo renuntiaturus se-
 culo bene potest vendere, quæ contempfit ut ven- *Ad modū*
 deret. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lu- *contem-*
 cro computa. Antiquum dictum est: Avaro tam *nendam*
 deest quod habet, quàm quod non habet. CRE- *Et relin-*
 DENTI totus mundus divitiarum est. Infidelis et *quendum*
 iam obolo indiget. Sic vivamus, tanquam nihil *adhorta-*
 habentes, & omnia possidentes. Victus & ve- *tio.*
 stus divitiarum Christianorum. Si habes in po- *2. Cor. 6.*
 testate rem tuam, vende: si non habes, *1. Tim.*
 projice. Tollenti tunicam, & pallium relin- *Matt. 5.*
 quendum est. Scilicet, nisi tu semper recra-
 F a stinans,

stinans, & diem de die trahens cautè & pedeps labe
 rim tuas possessiunculas vendideris, non habere p
 Matt. 4. Christus unde alar pauperes suos. Totum litne &
 dedit, qui se ipsum obtulit. Apostoli navem ortem
 Luc. 21. tum & retia reliquerunt; vidua duo æra militam, q
 Gazophylacium, & præfertur Cræsi divitijs, uoniam
 cile contemnit omnia, qui se semper cogitatur
 se moriturum.

111. Hieronymus Sabiniano Diacono. Objurgatio non
 ria est, simulque ad poenitentiam exhortatoria. am? Et
 probus enim & lascivus Diaconus, qui virg ab irat
 sacram etiam in sacro loco ad stuprum sollicitus inuic
 ras, manebat in sua improbitate obstina- um, q
 tus, & Hieronymo petulanter gredi a
 obtrebatat. it, tir
 viunt

1. Reg. 15. Samuel quondam lugebat Saulem, qui pe que di
 Stuerat Dominum, quod unxisset eum Re. lio, c
 1. Cor. 5. super Israel. Et Paulus Coriathios, in quibus tempora
 diebatur fornicatio, & talis fornicatio, quæ idem
 inter gentes, & quidem voce flebili commo non pro
 2. Cor. 12. bat, dicens: Ne cum rursus venero, humili- nei, qu
 Deus apud vos, & lugeam multos ex his, quaciam.
 te peccaverunt, & non egerunt poenitentia, c
 super immunditijs, quas gesserunt in impu- s: q
 tia & fornicatione. Si hoc Propheta & Apolent: C
 nullâ ipsi labe maculati, clementi in cunctos in excel
 te faciebant, quanto magis ego ipse peccat in secul
 te debeo facere peccatorem? qui non vis & fluctu
 post ruinam, nec oculos ad cælum levare causa ju
 Luc. 15. proditâ patris substantiâ, porcorum filiquæ man
 lectaris, & superbiæ prærupta conscendentim sup

pedes laberis in profundum. Deum ventrem vis *Phil. 3.*
 non habere pro Christo, servis libidini, gloriaris in
 tum litne & confusione tua, & quasi pinguis hostia in
 avem mortem propriam saginaris, imitaris que eorum
 tra mitam, quorum tormenta non metuis: ignorans,
 vitij, uoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te hor- *Rom. 2:*
 cogitatur. Secundum autem duritiem tuam & cor
 pœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ. An
 circò induratur juxta Pharaonem cor tuum, *Pharaon*
 Objurgat non statim percuteris, & differris diu ad pœ- *indura-*
 toria. am? Et ille dilatus est, & decem plagas non qua- *tus puni-*
 i virg abirato Deo, sed quasi à patre commonente *tur.*
 sollicitus inuit, donec in perversu actâ pœnitentiâ po- *Exod. 8.*
 bstitit. illum quem dimiserat, per deserta sequeretur, & *Exod. 14.*
 ingredi auderet maria: per quæ sola doceri pô-
 dit, timori habendum eum, cui etiam elementa
 vivunt. Dixerat & ille: Non novi Dominum, *Exod. 5.*
 quia pœque dimitto Israel. Quem tu imitans loqueris: *Exod. 12.*
 um Re- illo, quam hic videt, in diés longos est, & in
 quibus tempora longa iste prophetat. Propter quod di-
 , quam idem propheta: Hæc dicit Adonai Dominus:
 com non prolongabuntur amplius omnes sermones
 um illi dei, quoscunque loquar: qui loquar verbum &
 his, quæciam. Sanctus David de impijs & de scelestis
 xnitentia dicit, quorum tu pars non modica, sed princeps
 impis: quòd seculi felicitate fruerentur, & dice- *Pf. 72.*
 Apoc: Quomodo cognovit Deus, & si est scientia
 in cœlo? Ecce ipsi peccatores & abundantes *Ibid.*
 peccato in seculo obtinuerunt divitias. Pene lapsa pedè
 on vis & fluctuanti vestigio causabatur, dicens: Ergo sine
 e vare causa justificavi cor meum, & lavi inter innocen- *Ibid.*
 filiquæ manus meas. Premiserat enim: Quia emulatus
 ndens sum super iniqua agentes, pacem peccatorum

videns : quia non est respectus morti eorum
 * solida. * solita plaga in flagella eorum. In laboribus
 minum non sunt, & cum hominibus non
 labuntur. Propterea tenuit eos superbia
 cum dati sunt iniquitate & impietate suâ.
 dicitur sicut ex adipe iniquitas eorum : tra
 runt in affectum cordis, Cogitaverunt & lo
 ti sunt mala, iniquitatem in excelsis locis
 sunt. Posuerunt in cœlum os suum, & lo
 eorum pertransij: super terram. Nonne tra
 detur de: omnis Psalmus esse compositus :
 geto quippe es corpore, & novus Antiochus
 Apostolus : cum in una notus fueris civitate
 transgrederis ad aliam. Non indiges sumptibus
 non plagâ forti pereuteris. Et cum hominibus
 qui non sunt, ut tu, irrationabilia jumenta,
 ipsi non mereris. Propterea elatus es in su
 diam, & vestimentum tuum scdat luxuria
 quasi ex aruina pingui, & quodam adipe eructas
 verba mortifera, non te respicis esse mortuum
 nec unquam post expletam libidinem penitenti
 tiâ remorderis. Transisti in affectum cordis
 ne tibi solus videaris errasse, simulas nefarius
 fervis Dei, nesciens, quod iniquitatem in a
 loquaris, & ponas in cœlum os tuum. Nec mireris
 si à te qualescunque servi Dei blasphement
 cum patrem familias Beelzebub vocaverint
 trestui. Non est discipulus supra magistrum
 servus supra Dominum suum. Si illi in virgibus
 gno tanta fecerunt, tu in me arido ligno quid
 cturus es? Tale quid & in Malachia plebs
 dalizata credentium de ore tuo loquitur : Do
 runt, vanus est, qui servit Deo. Et quid pl

Matt. 10.

Luc. 23.

Mal. 3.

quia custodivimus mandata eius, & quoniam
 vimus supplicantes ante faciem Dei omni-
 potens. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Re-
 edificantur omnes qui faciunt iniqua. Adversa-
 ri sunt Deo, & salvi facti sunt. Quibus postea
 diem iudicij Dominus comminatur, & quid inter-
 justum & injustum futurum sit, multò antè præ-
 nuntians ait: Et convertimini, & videbitis, quid
 sit inter justum & injustum: inter servientem Do-
 mino, & non servientem Domino. Hæc tibi ridi-
 cula fortè videantur, qui Comædis & Lyricis
 scriptoribus, Mimis & Lentulis delectaris: quan-
 quam ne ista tibi quidem prænimia cordis hebe-
 tudine intelligenda concefferim. Prophetarum
 verba contempnas: sed respondebit tibi Amos. Et
 in tribus & in quatuor impietatibus nonne aver-
 sabor eum dicit Dominus? Quoniam enim Da-
 mascus, Gaza, Tyrus, Idumæa, Ammonita, &
 Moabita, Judæi quoque & Israël sæpè ad se Dei
 iracundia destinato, ut agerent aliquando pœni-
 tentiam, audire contempserunt, iræ suæ, quam il-
 laturus est Dominus, causas justissimas profert,
 dicens: In tribus & quatuor impietatibus nonne
 adversabor eos? Sceleratum est, inquit, mala co-
 gitare concessi. Nequius est, malè cogitata velle
 perficere: & hoc pro mea misericordia benignus
 indulsi. Nunquid & opere implendum peccatum
 fuit? & mea superbè calcanda clementia? Tamen
 & post factum (quia malo pœnitentiam peccatoris
 quam mortem. Non enim sani opus habent me-
 dico, sed malè habentes) iacenti manum porri-
 go, & conspersum in sanguine suo, ut pro-
 prijs fletibus lavetur, exhortor. Quòd si nec sic
 pœni-

Amos I:
 c. 2.

Exec. 33.

Matt. 9.

*L. vari
fletibus.*

fic poenitentiam vult agere, & fracto navigio
bulam, per quam salvari poterat, non retent
cogor dicere: Super tribus & quatuor impiet
bus, nonne adversus eum dicit Dominus
versionem ducens pro poena, dum suæ peccat
relinquitur voluntati. Indè est, quod peccat
trum intertiam & quartam generationem re
tuit, dum non vult statim punire peccantes,
ignoscens primis, postrema condemnat. Alio
si protinus scelerum ultor existeret, & mult
alios, & certe Paulum Apostolum Ecclesia
haberent. Ezechiel propheta, cujus supra
mus mentionem, Dei verbum ad se factum re
rens, ait: Aperi ostuum, & manduca quæ ego
bo tibi. Et vidi, inquit, & ecce manus extensa
me, & in ipsa volumen libri. Et revolvit illud
conspectu meo, & in ipso scriptum erat à facie
retrosum, lamentum, & carmen, & væ. Prin
scriptura ad te pertinet, si tamen volueris age
poenitentiam post delictum. Secunda ad sanctos
qui ad Dei canticum provocantur. Non est enim
pulchra laudatio in ore peccatoris. Tertia ad
similes, qui desperantes, semetipsos tradiderunt
immunditiæ, & fornicationi, & ventri, & his quæ
infra ventrem sunt: qui putant omnia mortem
niri, & nihil esse post mortem, & dicunt: Tem
pestas si transierit, non veniet super nos. Lib
ille, quem Propheta devorat, omnis series scri
pturarum est. In quibus & poenitens plangitur
& justus canitur, & maledicatur desperanti. Ne
HIL ITA repugnat Deo, quàm cor impo
tens: solum crimen est, quod veniam consequi
non potest. Si enim ei ignoscitur post peccatum
quo

qui peccare desistit, & ille flectit iudicem qui ro-
 gat: impœnitens autem omnis ad iracundiam
 provocat iudicantem. SOLUM desperationis cri-
 men est, quod mederi nequeat. Porro ut scias
 Deum quotidie peccatores ad pœnitentiam pro-
 vocare: qui si rigidi perstiterint, de clemente eum
 severum & trucem faciunt: audi Esaiæ verba di-
 centis: Et vocabit, inquit Dominus Sabaoth, in
 die illa ad fletum & planctum magnum, & decal-
 vationem, & accinctionem ciliciorum. Ipsi verò
 fecerunt lætitiã & exultationem, maciantes vi-
 tulos & immolantes oves, ut comederent carnes
 & biberent vinum, dicentes: Manducemus & bi-
 bamus, cras enim moriemur. Post quas voces &
 perditæ mentis audaciam scriptura commemo-
 rat dicens: Et revelata sunt hæc in auribus Do-
 mini Sabaoth: non remittetur vobis hoc pecca-
 tum, donec moriamini. Si enim peccato mortui
 fuerint, tunc eis remittetur peccatum: quod
 quamdiu in peccato vixerint, non dimittetur.
 Parce quæso animæ tuæ. Crede Dei * esse futu-
 rum iudicium. Recordate, à quo Episcopo Dia-
 conus ordinatus sis. Nec mirum eum, quamvis
 sanctum hominem, tamen in homine deligendo
 potuisse falli, cum & Deum pœniteat, quod Saul
 in Regem unxerit: & in duodecim Apostolis Ju-
 das sit proditor repertus, & de quondam ordinis
 sui hominibus Nicolæus Antiochenus, immundi-
 tiarum omnium & Nicolaitarum hæreseos autor
 exitisse referatur. Non tibi illa nunc replico, quod
 plures virgines stuprâsse narresis, quod à te no-
 bilium violata matrimonia, publico cæsa snt gla-
 dio, quod per lupanaria impurus & helluo cu-
 cur-

F 5

*Deus
 quotidie
 ad pœni-
 tentiam
 vocat.
 Esa. 22.*

* Filium
 futurum
 esse iudi-
 cem.
 1. Reg. 5.
 Ioan. 6.
 Act. 6.

M M
 4 2

curristi. Magna quidem ista sunt pondere suo
 sed fiant eorum, quæ illaturus sum, comparatio
 ne leviora. Rogo, quantum crimen est, ubi ille
 primum & adulterium parum est? Infelicissimum
 mortalium, tu speluncam illam, in qua Deus
 lius puer natus est, & veritas de terra orta est,
 terra dedit fructum suum, de stupro conditio
 rus ingrederis. Non times, ne de præsepi infans
 vagiat, ne puerpera Virgo te videat, ne Ma
 ter Domini contempletur? Angeli clamant, pe
 flores currunt, stella desuper rutilat, Magi ad
 rant, Herodes terretur, Hierosolyma contem
 batur: & tu cubiculum Virginis decepturus vo
 ginem irropis? Paveo miser, & tam mente, quam
 corpore perhorresco, ponere tibi volens an
 oculos tuos opus tuum. Tota Ecclesia nocturnis
 vigilijs Christum Dominum personabat, &
 diversarum gentium linguis, unus in laudibus
 Spiritus concinebat. Tu inter ostia quondam præ
 sepi Domini, nunc altaris, amatorias epistolâs
 fulgiebas, quas postea illa miserabilis, quasi flens
 adoratura genu, inveniret & legeret. Et stans
 deinceps in choro psallentium, & impudicis mor
 bus loquebaris. Prò nefas, non possum ultra pro
 gredi. Prorumpunt lacrymæ antequam verba
 indignatione pariter ac dolore, in ipso meatu spi
 rituum coartatur. Ubi mare illud eloquen
 tiæ Tullianæ? Ubi torrens fluvius Demosthenæ?
 Nunc profectò muti essetis ambo, & vestra lingua
 torpesceret. Inventa est res, quam nulla elo
 quentia explicare queat: repertum est facinus,
 quod nec mimus fingere, nec scutra ludere, ne
 Attelanus possit effari. Moris est in Ægypto

*Luc. 2.**Pf. 84.**Luc. 2.**Matth. 2.**Exaggeratio criminis.*

Syriae monasterijs, ut tam virgo, quàm vidua, quæ se Deo voverint, & seculo renuntiantes omnes delicias seculi conculcârunt, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum, non in teſte poſtea contra Apoſtoli voluntatem in ceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac velato orent. Ne hoc quiſpiam præter tondentes novit & tonſas, niſi quia quod ab omnibus fit, penè ſcitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob cauſam, de conſuetudine verſum in naturam, vel quia laſurum non adeunt; vel quia oleum nec capite, nec ore noſunt, ne à parvis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni ſolent, & concretis ſordibus opprimantur. Videamus igitur, tu vir bone inter illa quid feceris. Futuro matrimonio, in ſpelunca illa venerabili, quaſi quosdam obſides accipis capillos, ſudariola inſelicis, & cingulum dotale pignus deportas, jurans ei, te nullam ſimiliter amaturum. Deinde curris ad paſtorum locum, & Angelorum deſuper ſtrepitu concinente, in eadem verba teſtaris. Nihil dico amplius, quod in ſecula rueris, quod amplexatus ſis. Totum quidem de te credi poteſt, ſed veneratio præſepis & campi non me ſinunt plus credere, quàm te voluntetantum & animo corruiffe. Miſer, nonne quando in ſpelunca cum virgine ſtare cœpiſti, caligaverunt oculi tui, lingua torpuit, conciderunt brachia, peſtus intremuit, nutavit inceſſus? Poſt Apoſtoli Petri Baſilicam, in qua Chriſti flammeo conſecrata eſt: poſt crucis & reſurreſtionis & aſcenſionis Dominicæ ſacramenta, in quibus rurſum ſe in monaſterio victuram ſponderat, audes crinem ejus accipere tecum

*Sine crinibus
moniales
orabant.*

1. Cor. 12.

noctibus dormituræ, quem Christo messuerat
Per fene- spelunca? Deinde à vespere usque manè fenestram lo-
stram lo- illius assides, & quia propter altitudinem hanc
quis cum vobis cominus non licebat, per funiculum vel
monia e. cipis aliquid, vel remittis. Vide quanta diligentia
 Domini fuerit, ut nunquam domi virginem, in
 in Ecclesia videris: & cum talem uterque vestitus
 habuerit voluntatem, nisi per fenestram nocte
 cultas vobis non fuerit colloquendi. Oriebatur
 tibi, ut postea didici, sol invito, Exanguis, marce-
 dus, pallidus, ut suspicione omni careres. Evange-
 lium Christi quasi Diaconus lectitabas. Nos pu-
 lorem jejuniij putabamus, exangue os contra in-
 stitutum ac morem tuum, quasi confectum vige-
 lijs mirabamur. Jam tibi & scalæ, per quas depo-
 neres miseram, parabantur: jam iter dispositum
 decreta navigia, condicta dies, fuga anfractu per-
 tractata, & ecce Angelus ille cubiculi Mariæ ju-
 nitor, cunarum Domini custos, & infantis Chri-
 sti gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te pro-
 didit. O funestos oculos meos, o diem illum omni-
 maledictione dignissimum, in quo epistolas * tuas
 * illas. quas huc usque retinemus, consternatâ mente le-
 gi. Quæ ibi turpitudines? quæ blanditiæ? quanta
 de condicta stupro exultatio? Hæc cine diaconum
 non dicam loqui, sed scire potuisse? Ubi miser ista
 didicisti, qui in Ecclesia te nutritum esse jactabas?
 Nili quod in eisdem epistolis juras te nunquam
 pudicum, nunquam fuisse diaconum. Si negare
 volueris manus tuae te redarguet, ipsi apices pro-
 clamabunt. Habeto igitur interim lucrum scele-
 ris: non possum tibi ingerere quæ scripsisti. Facies
 evomēs. itaque ad volutus genibus meis; & * misericor-
 diam,

diam, ut tuis verbis utar, sanguinis deprecariis. Et *Apœni-*
 te miserum : neglecto iudicio Dei, me tantum *tente*
 quasi vindicem times. Ignovi, fateor, quid enim *Diaconò*
 aliud possum tibi facere Christianus? *HORTA-* *exigitur*
 tus sum, ut ageres pœnitentiam, & in cilicio & *saufa-*
 cinere volutareris, ut solitudinem peteres, ut vi- *ctio.*
 veres in monasterio, ut Dei misericordiam jugis
 lacrymis * implorares. At tu bonæ spei columen * *impe-*
 excetræ stimulis inflammatus, factus es mihi in *trares.*
 arcum perversum, & contra me convitiõrum sa- *Ps. 77.*
 gittas jactas. Inimicus tibi factus sum, vera dicens,
 non dolebo de maledictis. Quis enim nesciat, ni-
 hil nisi flagitiosum tuo ore laudari? Hoc plango,
 quod te ipse non plangis, quod te non sentis mor-
 tuum, quod quasi gladiator paratus libitinæ in
 proprium funus ornaris Amiciris linteis, digitos
 annulis oneras, dentes pulvere teris, raros in ru-
 bentis calvaria digeris capillos, taurina cervix tho-
 ris adipeis intumescens, nec quia propter libidi-
 nem fracta est, inclinatur. Super hæc unguentis
 fragras, mutas balneas, & contra renascentes pilos
 pugnas, per forum ac plateas nitidus ac politus * *mere-*
 amator incedis. Facies * *meretricia* facta est tibi *tricus.*
 nescis erubescere. *CONVERTERE* miser ad Do- *Hier. 3.*
 minum, ut ad te Dominus convertatur. Age pœ- *Zach. 1.*
 nitentiam, ut & ille agat pœnitentiam super om- *Hier. 18.*
 nibus quæ locutus est, malis, ut faceret tibi. Quid
 neglecto vulnere proprio alios niteris infamare?
 Quid me benè tibi & sedulò consulentem, quasi
 phreneticus mortu laceras? Esto, ego flagitiosus
 sum, ut vulgò jactitas : saltem mecum age pœni-
 tentiam. Criminosus, ut insimulas : imitare lacry-
 mas criminosi, NUM MEA peccata vîrtutes tuæ
 sunt?

sunt? An malorum tuorum putas solatium, quam T
 multos tui similes habeas? Fluant paululum poluisti
 oculis lacrymæ inter sericum & linteamina, qui te re
 bus tibi videris fulgidus & formosus: intel contra
 te nudum, confisum, sordidatū mendicantem est femi
 Nunquid est sera pœnitentia. Quamvis de Hi seruiæ h
 ierolymis descenderis, & sis in itinere vulnere repositi
 tus, inde te Samaritanus impositum jumentore teritum
 randumque ad stabulum referet. Sed etsi mo hyper, &
 tuus jaces in sepulchro, tamen & scœtentem Di reverit
 minus suscitabit. Imitare saltem cæcos illos ducam
 propter quos Salvator dimittens domum suam diris ei
 & hæreditatem tuam, Hiericho venit. Sedent natus e
 bus in tenebris & umbra mortis lux orta est. nec fili
 Qui postquam præterire Dominum cognov peccav
 sent, cœperunt clamare dicentes: Fili Davi hos, e
 miserere nostri. Poteris & tu videre, si elame post av
 si accitus ab eo, sordida vestimenta projec sanctu
 Cùm conversus ingemueris, tunc salvus eris rum v
 & tunc scies, ubi fueris. Tangat modicè cicat mulier
 ces tuas, pertractet luminum quondam tuorum nem te
 vestigia. Licet ab utero sic genitus sis, & in caban
 licus conceperit te mater tua, asperget te hyisus est
 po, & mundaberis: lavabit te, & super nivem e rium c
 albaberis. Quid incurvus terræ hæres, & totu dum e
 cano jaces? Illa, quam decem & octo annis fath Tan
 nas vinzerat, postquam à Salvatore curata stitia-
 cœlum erecta suspexit. Quod ad Cain dictum solio
 tibi dictum, puta: PECCASTI, quiesce. Quid lo tes, ar
 gius recedis à facie Dei, & habitas in terra Naim quasi
 Num 25. Quid totus in salo fluctuas: nec statuis lupi a Quid
 * sua ha- gram pedē tuum? Cave ne te Phinees cum Ma Dom
 sta, nitide fornicantē * Syromastes, configat, qui Episc
 equi

quàm Thamar virginem frater & consanguineus *Gen 38.*
 polluiti. Versus in Absolon, occidere eum cupis. *2. Reg. 18.*
 qui te rebellantem plangit & mortuum. Clamat
 contra te sanguis Nabuthæ, & vinea Iezrael, hoc *3. Reg. 21.*
 est seminis Dei, quam in hortum voluptatis & la-
 scivie holera convertisti, dignam de te ultionem
 reposit. Mittitur tibi Helias, tormentum & in-
 teritum nuntians. Incurvare & sacco vestire pau-
 lisper, & de te poterit dicere Deus: Vidisti, quia
 reveritus fuerit Achab à facie mea? Non super-
 ducam malitiam in diebus ejus. Sed fortè blan-
 diris tibi, quòd à tali Episcopo Diaconus ordi-
 natus es. Jam superius dixi, nec patrem pro filio, *Eze. 18.*
 nec filium pro patre puniri. Anima enim quæ
 peccaverit, ipsa morietur. Et Samuel habuit fi- *1. Reg. 8.*
 lios, qui recesserunt à timore Dei, & abierunt
 post avaritiam & iniquitatem. Et Heli sacerdos *Heli cum*
 sanctus fuit, sed habuit filios, qui, ut in Hebræo *filijs pu-*
 rum voluminibus legimus, fornicabantur eum *nisus.*
 mulieribus in tabernaculo Dei, & in similitudi- *1. Reg. 2.*
 nem tui impudenter sibi Dei ministerium vendi-
 cabant. Unde & locus tabernaculi ipse subver-
 sus est, & propter vitia sacerdotum Dei sanctua-
 rium destitutum est. Quanquam & ipse Heli,
 dum est nimium lenis in filios, offendit Deum.
 Tantumque abest, ut te valeat Episcopi tui ju-
 stitia liberare, ut timendum sit, ne propter te de *1. Reg. 2.*
 solio suo corruens pereat insanabilis. Oza Levi- *Oza.*
 tes, arcam Domini, quam portare ipse debuerat, *2. Reg. 6.*
 quasi ruentem sustentare voluit, & percussus est.
 Quid de te futurum putas, qui stantem arcam
 Domini præcipitare conatus es? Quanto mihi
 Episcopus, qui te ordinavit, probabilis est, tan-

tò tu amplius detestandus, qui talem hominem
 fefellisti. SOLEMUS mala domus nostra: scire
 viffimi, ac liberorum & conjugum vitia, vic
 canentibus ignorare. Noverat te omnis Italia
 universi te stare ante altare Christi ingemito
 bant. Nec tu tam callidus eras, ut prudenter
 vitia calares. Sic æstuabas, sic subsannantem
 & lascivientem huc atque illuc rapiebat vol
 ptas, ut quasi quosdam triumphos, palmamq
 * ageres, vitiorum de expletis libidinibus * sublevan
 Denique inter gladios barbari mariti, & man
 potentis excubias, impudiciæ flamma te rapuit.
 Non timuisti in illa domo adulterium facere,
 qua sine iudice læsus vir se poterat uleisci. De
 ceris ad hortulos, ad suburbana pertraheris, tam
 liberè & insanè te agis, ut absente marito uxorem
 te putes habere, non adulteram. Unde per quos
 dam cuniculos, dum illa tenetur, erumpis. Ro
 mam occultus ingrederis, latitas inter Samnitarum
 latrones, & ad primum mariti nuntium, quod no
 vus tibi ex alpiibus Hannibal descendisset, navi
 gio te credis incauto. Tanta fugæ celeritas fuit,
 ut tempestatem terrâ duceres tutiorem. Venisti
 utcunque in Syriam: inde te velle Hierosolymam
 transcendere, & servitutum Domino polliceris.
 Quis non susciperet eum, qui se monachum pro
 mittebat, præsertim ignorans tragædias tuas, &
 Episcopi tui commendatitias ad cæteros sacer
 dotes epistolas legens? At tu infelix transfigura
 2. Cor. 11. bas te in angelum lucis, & minister Sathanae, mi
 nistrum justitiæ simulabas. Sub vestitu ovium le
 tebas lupus, & post adulterium hominis, adulter
 Christi esse cupiebas. Hæc idcirco retuli, ut totam
 tibi

tibi scenam operum tuorum quasi in brevi depin-
gerem tabella, & gesta tua ante oculos tuos pone-
rem, ne misericordiam Domini, nimiamque cle-
mentiam materiam existimes delictorum, rursus
crucifigens tibi metipsum filium Dei, & ostentui ha- *Hebr. 6.*
bens, & non legens illud quod sequitur: Terra c-
nim venientem sapè super se bibens imbrem, &
generans herbam opportunam illis, à quibus colit-
tur, accipit benedictionem à Domino Proferens
autem spinas & tribulos, reprobata est, & maledi-
ctio proxima, cujus consummatio fit in combu-
sionem.

*IV. Hieronymus Dominioni. Excusatoria & defen-
soria, contra monachum obtrectatorem, qui libros
Hieronymi adversus Iovinianum scriptos pas-
sim reprehendebat, magis ipse
reprehendendus.*

Litera tuæ & amorem pariter sonant, & que-
relam. Amorem tuum, quo sedulo monens,
etiam quæ tuta sunt, in nobis pertimescis: Que-
relam eorum, qui non amant, & quærentes occa-
sionem in peccatis, garriunt adversus fratrem
suum, & contra filium matris suæ ponunt scanda- *Pf. 49.*
lum. Scribis eos, imò nescio quem de trivio, de
compitis, de plateis, circumforaneum mona-
chum, rumigerulum rabulam, vafrum tantum ad
detrahendum, qui per trabem oculi sui festucam *Matt. 7.*
alterius nitatur eruere, concionari adversum me,
& libros, quos contra Iovinianum scripsi, cani-
no dente rodere, lacerare, convellere. Hunc
Dia-

Dialecticum urbis vestrae, & Plautinae familiae Colu-
 lumen, non legisse quidem *κατηγόριαι* Aristote-
 lis, non *περί ἑρμηνείας*, non *τόπων*, non saltem
 Ciceronis *τόπων*, sed per imperitorum circulos
 muliercularumque *συμπόσια*, syllogismos texe-
 re, & quasi sophismata nostra callidâ argumen-
 tatione dissolvere. Stultus ego, qui me putaverim
 hæc absque philosophis scire non posse, qui me-
 liorem styli partem eam legerim, quæ deleret,
 quàm quæ scriberet. Frustra ergo Alexandri ve-
 ti commentarios: ne quicquam me doctus mi-
 gister per *ἑισαγωγὴν* introduxit ad Logicam: &
 ut humana contemnam, sine causa Gregorium
 Nazianzenum & Didymum in scripturis sanctis
 Catechistas habui: nihil mihi profuit Hebrao-
 rum eruditio, & ab adolescentia usque ad hanc
 ætatem quotidiana in lege, Prophetis, Evange-
 lijs, Apostolisque meditatio. Inventus est homo
 absque præceptore, perfectus *πνευματοφύλακτος*,
ἰνδοκὴ καὶ αὐτοδιδασκόμενος, qui eloquentia Tulle-
 lium, argumentis Aristotelem, prudentiâ Platonem,
 eruditione Aristarchum, multitudinem li-
 brorum Chalcenterum, Didymum scientiâ scri-
 pturarum, omnesque sui temporis vincat tracta-
 tores. Denique dicitur materiam poscere: &
 Carneadæum aliquid referens in utramque par-
 tem, hoc est, & pro iustitia, & contra iustitiam dis-
 sputare. Liberatus est mundus à periculo, &
 hæreditariæ vel centumvirales causæ de bar-
 thro erutæ, quod hic forum negligens, se ad Ec-
 clesiam transtulit. Quis hoc volente fuisset inno-
 xius? Quem criminofum non hujus servasset oc-
 ratio, cum cœpisset in digitis partiri causam, &
 syllo-

*Hierony-
 ni Cate-
 chiste.*

syllogismorum suorum retia tendere? Nam si
apploisset pedem, intendisset oculos, rugasset
frontem, jactasset manum, verba tonasset, te-
nebras illico ob oculos effudisset iudicibus. Nec
mirum si me & absentem, & jam diu absque usu
Latinæ linguæ semigræculum, barbarumque ho-
mo latinissimus & facundissimus superet, cum
præsentem Jovinianum, Jesu bone! qualem &
quantum virum, cujus nemo scripta intelli-
get, dignum quæ sibi caneret tantum, & Mulus,
eloquentiæ suæ mole oppresserit. Quæso igitur,
Pater charissime, ut moneas eum, ne loquatur
contra propositum suum: ne castitatem habitu
pollicens, verbis destruat: ne virgo vel continens
(Ipse enim viderit, quid esse se jactet) maritatas
virginibus comparet, & frustra adversus homi-
num disertissimum tanto tempore digladiatus
sit. Audio præterea eum libenter virgnum & vi-
duarum cellulas circumire, & adducto superci-
lio de sacris inter eas literis philosophari. Quis
in secreto, quid in cubiculo mulierculas docet?
Ut hoc sciant esse virginos, quod maritatas, ut
florem ætatis non negligant, ut comedant & bi-
bant, & balneas adeant, munditias appetant, un-
guenta non spernant? An magis jejunia & pudri-
citiæ, & illuviem corporis. Utique illa præci-
pit, quæ plena virtutis sunt. Fateatur ergo pu-
blice quod domi loquitur: aut si & domi eadem
docet, quæ & publice, à puellarum consortio se-
parandus est. Miror autem, non erubescere ju-
venem & monachum, ut sibi videtur, diser-
tum: cujus de ore Veneres fluunt, qui tantæ in ter-
minando elegantia est, ut comæ sale ac lepore
con-

pugnā.

iacob. 3.

Ihren. 3.

conspersus sit, lustrare nobilium domos, hærere
salutationibus matronarum, religionem nostram
torquere verborum, & fidem Christi contentione
destrahere. Utique si errare me arbitratus est (in
multis enim offendimus omnes; & si quis in ver-
bo non peccat, hic perfectus est vir) debuit vel
arguere, vel interrogare per literas; quod vir
eruditus & nobilis fecit Pammachius, cui ego
respondum dedi, ut potui, & epistolam longiore
differui, quo quidque sensu dixerim. Imitatus
saltem fuisset tuam verecundiam, qui ea loca
quæ scandalum quibusdam facere videbantur,
excerpta de volumine per ordinem digessisti, po-
licens, ut vel emendarem, vel exponerem, & non
tantam me putasti dementiam, ut in uno atque eo-
dem libro, & pro nuptijs, & contra nuptias scriberem.
Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini
Christiano, Monachum se esse non loquendo &
discursando, sed tacendo & sedendo noverit.
Legat Hieremiam dicentem: Bonum est viro,
cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Se-
debit solus & tacebit, quia tulit super se jugum.
Aut si certè in omnes scriptores censoriam acce-
pit virgulam, & idcirco se eruditum putat, quia
Jovinianum solus intelligit (est quippe proverbium:
Balbum melius balbi verba cognoscere) *πάντας συγγραφείς* pellamus Attilio iudice. Ipse
quoque Jovinianus *συγγραφεὺς ἀγράματος*
justissime proclamabit, quod me damnant Epi-
scopi, non est ratio, sed conspiratio. Nolo mihi
ille vel ille respondeat, quorum me auctoritas
opprimere potest, docere non potest. Scribat con-

tra me vir, cuius & ego linguam intelligo, quem
 cum vicerò, omnes homines simul vicerim. Ego
 eum bene novi (experto credite) quantus in cly-
 peum assurgat, quo turbine torqueat hastam. For-
 tis est, & in disputando nodosus & tenax, & qui
 obliquo & acuminato pugnet capite. Sæpè de
 nocte usque ad vesperam contra nos in plateis
 clamavit: habet latera & athletarum robur, & bel-
 le corpulentus est. Videtur mihi occultè mei do-
 gmatibus esse sectator. Præterea nunquam erube-
 scit, nec considerat quid, sed quantum dicat: & in-
 tantam venit opinionem eloquentiæ, ut soleant
 dicta ejus Curatorum esse dictata. Quoties me i-
 ste in circulis stomachati fecit, & adduxit ad cho-
 leram? Quoties conspuat, & consputus abcessit?
 Sed hæc vulgaria sunt, & à quolibet de sectatori-
 bus meis possunt fieri: ad libros provoco, ad me-
 moriam in posteros transmittendam. Loquamur
 scriptis, ut de nobis tacitus lector judicet, ut quo-
 modo eho discipulorum gregem duco, sic ex
 hujus nomine Gnathonici vel Phormionici vo-
 centur. Non est grande mi Domnion, garrere per
 angulos, & medicorum tabernas, ac de mundo
 ferre sententiam: hic bene dixit, ille male: iste scri-
 pturas novit, ille delirat: iste loquax, ille infantis-
 simus est. Ut de omnibus judicet, cuius hoc ju-
 dicio meruit? Contra quemlibet passim intrivis
 strepere & congerere maledicta, non crimina,
 scurrarum est & parasytorum *. Moveat ma-
 num, figat stylum, commoveat se, & quicquid po-
 test scriptis ostendat. Det nobis occasionem re-
 spondendi difertitudini suæ. Possum remordere,
 si velim, possum genuinum dentem læsus infige-
 re.

* parato-
 rum sem-
 per ad
 lites.

Ma. 50.

2. Pet. 2.

Luc. 23.

1. Cor. 7.

re. Et nos didicimus literas, & nos sapè ma-
 ferula subduximus. De nobis quoque dicitur
 test: FOENUM habet in cornu, longè fugi. Sed
 gis volumus esse discipuli ejus, qui ait: Dom-
 meum posui ad flagella, & faciem meam
 averti à confusione sputorum. Qui cum mala-
 ceretur, non remaledixit: & post alapas, cruce-
 flagella, blasphemias, novissimè pro crucifige-
 tibus deprecatus est, dicens: Pater, ignosce
 quod enim faciunt, nesciunt. Et ego igno-
 errori fratris: intelligo, quia diaboli arte de-
 ptus est. Inter mulierculas sciolus sibi & eloqu-
 videbatur. Postquam Romam mea opuscula pe-
 venerunt, quasi æmulum exhorruit, & de me qu-
 que captavit gloriam, ut nullus esset in terris,
 non ejus eloquentiæ displiceret, exceptis hiis
 quorum potentiæ non parcat, sed cedit, imò qui
 non honorat, sed metuit. Voluit scilicet hon-
 peritissimus, ut veteranus miles, uno rotatu
 dij percutere utrumque, & ostendere populo
 quod quicquid ipse vellet, hoc scriptura sentiret.
 Dignetur igitur nobis sermonem suum mittere,
 & non reprehendendo, sed docendo garrulitate
 nostram corrigere. Tunc intelliget aliam vi-
 fori esse, aliam triclinij, non æquè inter fusos
 calathos puellarum, & inter eruditos viros de
 vine legis dogmatibus disputari. Nunc liberè
 impudenter jactat in vulgus & perstrepat, damna
 nuptias, & inter uteros tumentes, infantium vi-
 gitus, & lectulos maritorum, quid Apostolus
 xerit, tacet, ut me solum in invidiam vocet. Cum
 autem ad libros venerit, & pedem pedi contu-
 lerit, & vel proposuerit aliquid de scripturis,

audierit proponentem, tunc sudabit, tunc hæ-
rebit. Procul Epicurus, longè Aristippus, subul-
cinon aderunt, fæta scropha non grunnit. Et
nos tela, Pater, ferrumque laud debile dextrâ
spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
Porro si non vult scribere, & tantam maledictis
agendum putat, audiat tot interjacentibus terris,
fluctibus, populis, saltem & hoc clamoris mei:
NON DAMNO nuptias, non damno conjugium:
& ut certius sententiam meam teneat, volo om-
nes, qui propter nocturnos forsitan metus sol-
cubitare non possunt, uxores ducere.

*V. Hieronymus Pammachio. Purgatoria altera
pro libris aduersus Iovinianum editis. Cupit & in
urbe defendi à Pammachio, cui li-
bros in sacris à se versos multos
commendat.*

Christiani interdum pudoris est, etiã apud
amicos tacere, & humilitatem suam magis
silentiõ consolari, quã detrectando * veteres * *retra-*
amicitias, ambitionis crimen incurrere. Quam- *ctando.*
diu tacuisti, tacui, nec unquam exoptulare
super hac re volui: ne non amicam quærere,
sed potentiorẽ viderer expetere. Nunc autem
provocatus officio literarum, primas partes
semper habere tentabo: & non tam rescribere,
quã scribere, ut & verẽcundè hucusque tacuis-
se, & verẽcundius loqui cœpisse cognoscar. De
opulculis meis contra Iovinianum, quod &
prudenter & amanter feceris exemplaria sub-
trahendo; optime novi. Sed mihi profuit ista
di-

diligentia, cum aliquanti ex urbe venientes in
 eadem lectitarent, quæ se Romæ excepisse refer-
 bant. In hac quoque provincia jam libri fuerunt
 divulgati: & ut ipse legisti, nescit vox missa reve-
 ti. Non sum tantæ felicitatis, quantæ plerique hu-
 jus temporis tractatores, ut nugas meas, quando
 voluerim, emendare possim. Statim ut aliqui
 scripsero, aut amatores mei, aut invidi, divi-
 quidem studio, sed pari certamine, in vulgus
 strâ disseminant: & vel in laude, vel in vituper-
 tione nimij sunt, non meritum styli, sed suum
 machum sequentes. Itaque quod solum face-
 potui, apologeticum ipsius operis tibi misi, quæ
 προσηύχαι, & te poscente edidi. Quem cum
 geris, aut ipse pro nobis cæteris satisfacies, aut
 tu quoque narem contraxeris, illam Apostoli
 εικοπην, in qua de virginitate & nuptijs dis-
 tat, aliter disserere compelleris. Non hoc dico
 quod te ad scribendum provocem, cujus in factis
 literis studium mihi præfero: sed ut alios, qui no-
 lacerant, hoc facere compellas. Norunt literæ
 videntur sibi scioli: possunt me non reprehende-
 re, sed docere. Si quid scripserint, magis ex ope-
 ris eorum comparatione, mea interpretatio ne-
 gligetur. Lege, quæ sote, & diligenter Apostoli
 verba considera: & tunc videbis me propter ce-
 lumniam declinandam multò plus quam ille vo-
 luit, in maritos fuisse clementem. Origenes, Do-
 nysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis. Didymus, &
 pollinaris latissimè hanc epistolam interpretati
 sunt, quorum Pierius cum sensum Apostoli ver-
 tilaret atque edissereret, & proposuisset illud ex-
 ponere: Volo autem omnes esse sicut me ipsum
 adje-

2. Cor. 7.

1. Cor. 7.

adjecit: ταῦτα λέγων ὁ παυλὸς ἀντικρὺς ἀγαμίαν
 Κηρύσει. Quod hic, quæso, peccatum meum est,
 quæ duritia? Univerſa quæ scripsi, huic senten-
 tiæ comparata levissima sunt. Revolve omnium,
 quos supra memoravi, commentarios, & Eccle-
 ſiarum bibliothecis fruire, & magis concito gra-
 du, ad optata cœptaque pervenies. Audio totius
 in te urbis studia concitata: audio Pontificis &
 populi voluntatem pari mente congruere. Minus
 est tenere sacerdotium, quàm mereri. Libros se-
 decum Prophetarum, quos in Latinum de He-
 bræo sermone verti, si legeris, & delectari te hoc
 opere comperero, provocabis nos etiã cætera
 clausa armario non tenere. Transuli nuper Job
 in linguam nostram: cujus exemplar à sancta Mar-
 cella consobrina tua poteris mutuari. Lege eun-
 dem græcum & latinum, & veterem editionem
 nostræ translationi compara: & liquidò pervide-
 bis, quantum distet inter veritatem & menda-
 cium. Miseram quædam τῶν ὑπομνημάτων in
 Prophetas duodecim sancto Patri Domnioni, Sa-
 muelem quoque & Malachim, id est, quatuor Re-
 gum libros: Quæ si legere volueris, probabis
 quantæ difficultatis sit, divinam scripturam, &
 maximè Prophetas intelligere, & interpretum vi-
 tio, quæ apud suos purissimo cursu orationis la-
 buntur, apud nos scaterere vitijs. Porro eloquentiã,
 quam pro Christo in Cicerone contemnis, in par-
 vulis ne requiras. ECCLESIASTICA interpretatio
 etiam si habet eloquij venustatem, dissimulare
 eam debet & fugere, ut non otiosis philoso-
 phorum scholis paucisque discipulis, sed universo
 loquatur hominum generi.

G

VL

*Verſe bi-
 bliorum
 uſitata.*

*¶ Hieronymus Heliodoro. Exhortatoria est,
ganter & artificiosè incisans ad solitaria seu erem
tica vita cultum, ad mundi contemptum, &
amorem Evangelicæ perfectionis.*

QUanto amore & studio contenderim, ut
riter in eremo moraremur, conscientia
tuæ charitatis pedus agnoscit. Quibus lame
quo dolore, quo gemitu te abeuntem prole
tus sim, istæ quoque literæ testes sunt, quas la
mis cernis interlitas. Verum tu quasi parv
delicatus, contemptum rogantis per blandime
fovisti; & ego incautus, quid tunc agerem,
sciebam. Tacerem? Sed quod ardentem
bam, moderatè dissimulare non poteram. Imp
sus obsecrarem? Sed audire volebas, quia
liter non amabas. Quod unum potuit, spe
charitas fecit. Quem præsentem retinere
valuit, quarit absentem. Quoniam igitur
ipse abiens postularas, ut posteaquam ad de
ta migrâssem, invitatoria ad te scripta rran
terem, & ego me facturum promiseram, in
jam propera. Nolo pristinarum necessitudin
recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te
ginq̄ perëgrinationis terreat difficultas. Q
in Christum credis, & ejus crede sermon
Quarite primùm regnum Dei, & hæc omnia
ponentur vobis. Non pera tibi sumenda,
virga est. **AFFATIM** dives est, qui cum C
sto pauper est. Sed quid ago? Rursus impro
obsecro? Abeant preces, blandimenta disced
Debet amor læsus irasci. Qui rogantem

*Matt. 6.
Luc. 9.*

tempferas, forsitan audis objurgantem : Quid De mili
facis in paterna domo, delicate miles? Ubi val- *tia Chri*
lum? ubi fossa? ubi hyems acta sub pellibus? Ec- *stiana.*
ce de cœlo tuba canit; ecce cum nubibus debel- *Apoc. I.*
laturus orbem, Imperator armatus egreditur.
Ecce bis acutus gladius ex Regis ore procedens,
obvia quæque metit : & tu mihi de cubiculo ad
aciem, tu de umbra egrederis ad solem? Corpus
assuetum tunicis loricae onus non fert. Caput o-
pertum linteo, galeam recusat. Mollem osio ma-
num durus exasperat capulus. Audi edictum Re-
gis tui: Qui non est mecum, contra me est: & qui *Matt. 12.*
mecum non colligit, spargit. RECORDARE tyro- *Admone*
cini tui diem, quo Christo in baptismate conse- *de bapti*
pultus, in sacramenti verba jurasti: pro nomine *simo,*
ejus non te patri parciturum esse, non matri. Ec-
ce adversarius in pectore tuo Christum conatur
occidere. Ecce donativum quod militaturus ac-
ceperas, hostilia castra suspirant. LICET parvu-
lus ex collo pendeat nepos: licet sparsa crine &
seisis vestibus ubera, quibus te nutrierat mater
ostendat: licet in limine pater jaceat, per calca-
tum perge patrem, siccis oculis ad vexillū crucis
evola. SOLUM pietatis genus est, in hac re esse
crudelem. Veniet, veniet postea dies, quo victor *Admonet*
revertaris in patriam: quo Hierosolymam cœle- *de judi-*
stem vir fortis coronatus incedas. Tunc muni- *sio ulti-*
cipatum cum Paulo capies. Tunc & parentibus *mo.*
tuis ejusdem civitatis jus petes. Tunc & pro me
rogabis, qui te, ut vinceres, incitavi. Neque ve- *Occupat*
ro nescio, qua te dicas nunc compe de præpedini. *sio.*
Non est nobis ferreum pectus, nec durapræcor-
dia. Non ex silice natos Hyrcanæ nutriere tigri-
des,

* verna-
culi.

des. Et nos per ista transivimus. Nunc tibi blandis
 vidua foror hæret lacertis, nunc illi, cum quibus
 adolesivi * vernula, a jurt, Cui nos servituros re-
 linquis? Nunc & gerula quondam, jam anus, &
 nutritius secundus post naturalem pietatem pa-
 ter, clamat: Cui nos morituros relinquis? expe-
 cta paulisper, & sepeli cras forsitan morituros. Et
 laxis uberum pellibus mater, aratâ rugis fronte,
 antiquum referens mammæ lallare, congeminet.
 Dicant si volunt & grammatici: In te omnis do-
 mus inclinata recumbit. FACILE rumpit hæc vin-
 cula amor Christi, & gehennæ timor. At contra
 scriptura præcipit parentibus obsequendum: sed
 quicumque eos supra Christum amat, perdit ani-
 mam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat
 & ego de matris lacrymis cogitabo? Propter pa-
 trem militiam Christi deseram, cui sepulturam
 Christi causâ non debeo, quam etiam omnibus
 ejus causâ debeo? Domino passuro timide Pe-
 trus consulens scandalum fuit. Paulus retinenti-
 bus se fratribus, ne Hierosolymam pergeret, re-
 spondit: Quid facitis plorantes & conturbantes
 cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mo-
 ri in Hierusalem paratus sum pro nomine Domi-
 ni Jesu Christi. Aries iste pietatis, quo fides quat-
 tur, Evangelij retundendus est muro: Mater mea
 & fratres mei hi sunt, quicumque faciunt volunta-
 tem Patris mei qui in cœlis est. Si credunt in
 Christum, faveant mihi pro ejus nomine pugna-
 turo. Si non credunt, mortui sepeliant mortuos
 suos. Sed hoc ais in martyrio. ERRAS, frater, er-
 ras, si putas unquam Christianum persecutionem
 non pati, Tunc maximè oppugnaris, si te oppu-

Coloss. 3.
 Contra
 carnis.
 & pro-
 pinquitas
 affectus.

Matt. 10.
 Matt. 8.
 Matt. 16.
 Act. 21.

Matt. 12.

Matt. 8.

Perpetua

gnari
 giens
 pacer
 in oc
 paup
 leo in
 & tu
 somn
 sequi
 re,
 Chris
 spirit
 lem.
 na mi
 store
 frate
 mino
 mus.
 enim
 aut i
 idolo
 gno
 adve
 quod
 man
 nomi
 mem
 tes f
 tiam
 sunt
 Dei
 servi
 prest

gnari nescis. Adversarius nolter tanquam leo rugiens, aliquem devorare quærens circumit: & tu pacem putas? Sedet in insidijs cum divitibus, ut in occultis interficiat innocentem. Oculi ejus in pauperem respiciunt: insidiatur in occulto sicut leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem: & tu frondosæ arboris teclus umbraculo, molles somnos * futurus præda carpis? Inde me perlequitur luxuria, inde avaritia conatur irrumperre, inde ventis meus vult mihi Deus esse pro Christo, compellit libido, ut habitantem in me spiritum sanctum fugem, ut templum ejus violem. Persequitur, inquam, me hostis, cui nomina mille, mille nocendi artes: & ego infelix victorem in te putabo, dum capior? Nolo ego te, frater charissime, examinato pondere delictorum minora credas idololatriæ crimina esse quæ diximus, Imò Apostoli discite sententiam, qui ait: Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, aut fraudator, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Et quanquam generaliter adversus Deum sapiat, quicquid diaboli est, & quod diaboli est, idololatria sit, cui omnia idola mancipantur: tamen & in alio loco speciatim nominatimque determinat dicens: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, deponentes fornicationem, immunditiam & concupiscentiam malam, & cupiditatem, & avaritiam, quæ sunt idolorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiae. NON EST tantum in eo servitus idoli, si quis duobus digitulis thura compressa in bustum aræ jaciatur, aut haustum pate-

*Christiana
non pugna
est.*

*1 Pet. 5.
Ps. 9.*

** futura.*

Phil. 3.

1 Cor. 3.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

*idololatria
spiritualis.*

tus inclusos. Intus est periculum, intus est hostis. *planus periculis.*
 Expedite rudentes, vela suspendite: CRUX ante-
 nae figatur in frontibus. Tranquillitas ista tempe-
 stas est. Sed forsitan dicturus es: Quid ergo?
 Quicumque in civitate sunt, Christiabi non sunt?
 Non est tibi eadem causa, quæ cæteris. Domi-
 num sulcata dicentem: Si vis perfectus esse, *Matt. 19.*
 vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni
 sequere me. Tu autem perfectum te fore polli-
 citus es. Nam cum derelictâ domo & militiâ,
 te castrâsti propter regna cælorum, quid aliud
 quàm perfectam sectatus es vitam? PERFECTIUS *Omnia*
 autem servus Christi nihil præter Christum ha- *linquenda*
 bet. Aut si quid præter Christum habet, perfe- *esse stu-*
 ctus non est. Et si perfectus non est, cum se per- *dis per-*
 fectum fore Deo pollicitus sit, Deo antè menti- *fectionis.*
 tus est. Os autem quod mentitur, occidit ani- *Sap. 1.*
 mam. Igitur ut concludam: Si perfectus es, cur
 bona paterna desideras? Si perfectus non es, Do-
 minum sefellisti. Divinis Evangelium vocibus
 cononat: Non potestis duobus Dominis servi-
 re. Non enim potestis Deo servire & Mammo- *Matt. 6.*
 næ. Et audet quisquam mendacem Christum fa-
 cere, Mammonæ & Domino serviendo? Voci-
 feratur ille sæpè: Si quis vult post me venire, *Luc. 9.*
 abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &
 sequatur me. Et ego onustus auro, arbitror me
 Christum sequi? Qui dicit se in Christum cre- *1. Ioan. 2.*
 dere, debet quomodo ille ambulavit, & ipse
 ambulare. Quod si nihil habes (ut te responsu-
 rum scio) cur tam benè paratus ad bella,
 non militas? Nisi fortè in patria tua te arbi- *Matt. 13.*
 traris hoc facere posse, cum in sua Dominus

* summa signa non fecerit, & cur id? cum autoritate
 defen- me rationem. Nemo propheta in patria sua
 nis. norem habet. Non quero, inquires, honorem
 sufficit mihi conscientia mea. Neque Dominus
 Ioan. 6. querebat, quippe qui ne a turbis Rex consti-
 retur, aufugit. Sed ubi honor non est, ibi contem-
 ptus est. Ubi contemptus, ibi frequens injuria.
 * frequen- Ubi autem injuria, ibi & indignatio. Ubi in-
 ter. dignatio, ibi quies nulla. Ubi quies non est,
 mens a proposito sepe deducitur. Ubi autem
 cui per iniquitatem aliquid aufertur ex studio
 minus sit ab eo quod tollitur. Et ubi minus est
 perfectum non potest dici. Ex hac supputatio
 illa summa nascitur, monachum perfectum
 patria sua esse non posse. PERFECTUM autem
 Clericorum non esse, delinquere est. Sed hoc de gradu pulsus
 dignitas provocabis ad Clericos. An de his aliquid
 singularis deam dicere, qui certe in suis viribus commo-
 rantur? ABSIT autem ut de his quicquam
 strum loquar, qui Apostolico gradu succedentes
 Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos
 Matt. 18. nos Christiani sumus: qui claves regni caelorum
 habentes quodammodo ante iudicij diem iudi-
 cant: qui sponsam Domini sobria castitate con-
 Monachi servant. Sed alia, ut ante perstrinxi, monachorum
 causa, alia clericorum. Clerici pascunt oves: ego
 pastorum di- pascor. Illi de altario vivunt: mihi quasi infra
 versa arbori, securis ponitur ad radicem, si mihi
 professio. nus ad altare non defero. Nec possum obtende-
 re paupertatem, cum in Evangelio animum vidua
 Matt. 3. duo, quae sola sibi supererant, ara mittentem
 Luc. 21. gazophylacium laudaverit Dominus. Mihi au-
 te presbyterum sedere non licet: illi, si peccat
 vero;

vero, licet tradere me Sathanæ in interitum car-
 nis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu. ET
 IN veteri quidem lege quicumque sacerdotibus
 non obtemperasset, aut extra castra positus lapi-
 dabatur à populo: aut gladio cervicè subjectâ,
 contemptum expiabat cruore. Nunc verò ino-
 bediens spiritali mucrone truncatur, aut ejectus
 de Ecclesia, rabido dæmonum ore discerpitur.
 Quod si te quoque ad eundem ordinem pia fra-
 trum blandimenta sollicitant, gaudebo de ascen-
 su, sed timebo de lapsu. Qui Episcopatum desi-
 derat, bonum opus desiderat. Scimus ista, sed
 jungo quod sequitur. Oportet autem hujusmodi
 irreprehensibilem esse, unius uxoris virum: so-
 brium, pudicum, prudentem, ornatum, hospita-
 lem, docibilem, non vinolentum, non percusso-
 rem, sed modestum. Et cæteris, quæ de eo se-
 quuntur, explicitis, non minorem in tertio gradu
 adhibuit diligentiam, dicens: Diaconos similiter
 pudicos, non bilingues, non multo vino deditos,
 non turpis lucri appetitores, habentes mysterium
 fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur
 primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes.
 Væ illi homini, qui vestem non habens nu-
 ptialem ingreditur ad cœnam. Nihil superest,
 nisi ut statim audiat: Amice, quomodo huc in-
 trasti, non habens vestem nuptialem? Et illo ob-
 mutescente, dicatur ministris: Tollite illum liga-
 tis manibus & pedibus, & mittite eum in tene-
 bras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium.
 Væ illi qui acceptum talentum in sudario ligans,
 cæteris lucra facientibus, id tantum, quod acce-
 perat, servavit. Illicò indignantis Domini re-
 spon-

1. Cor. 5.

Deut. 17.

Puniuntur
inobediē-
tes sacer-
dotibus.

1. Tim. 3.

Matt. 22.

Luc. 19.

- sponsione ac clamore ferietur : Serve nequam quare non dedisti pecuniam meam ad mensam
id est. & ego veniens cum usuris exegissem eam? *Idem deposuisses ad altare, quod ferre non poterat. Dum enim tu ignavus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupasti. Quamobrem qui bene ministrat bonum sibi *gradum acquirit: ita qui indignè calicem Domini accedit, reus erit Domini corporis & sanguinis. **NON OMNES Episcopi Episcopi sunt.** Attendis Petrum: sed & Judam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum respice, quem Dominus, ut Joannes testatur in Apocalypsi, suam damnat sententiâ: qui tanta turpia & nefanda commentus est, ut Nicolaitarum hæresis ex illa radice nascatur. Probet se unusquisque, & sic accedat. **NON** facit Ecclesiæ illi dignitas Christianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus, dono sancti Spiritus mundatur. Presbyteros Daniel puer judicat. Amos Sycomorum mora dstringens, repente Propheta electus est. David pastor eligitur in Regem. Minimum discipulum Jesus amat plurimum. **INFERIUS** frater accumbe, ut minore adveniente sursum jubeatis ascendere. Super quem Dominus requiescit, nisi super humilem & quietum, & tremementem verba sua? Cui plus committitur, plus ab eo exigetur. Potentes potenter tormenta patientur. **NĒC** sibi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat: cum de omni verbo otioso, quodcunque locuti fuerint homines, redditori sint pro eo rationem in die judicii. **sum** etiam convitium in fratrem homicidij

reatus. Non est facile stare loco Pauli, tenere gra-
 dum Petri, jam cum Christo regnantium: ne for-
 te veniat Angelus, qui scindat velum templi tui, *Matt. 27.*
 & candelabrum tuum de loco moveat. Aedifica- *Apoc. 2.*
 turus turrim, futuri operis sumptus supputa. In- *Luc. 14.*
 fatuatum sal ad nihil est utile, nisi ut projiciatur *Matt. 5.*
 foras, & à porcis conculcetur. Monachus si ceci-
 derit, rogabit pro eo sacerdos: pro sacerdotis *1. Reg. 2.*
 lapsu quis rogaturus est? Sed quoniam è scopu- *Epilogus.*
 losis locis enavigavit oratio, & inter canas spu-
 meis fluctibus cautes, fragilis in altum cymba
 processit, expandenda vela sunt ventis, & qua-
 sitionum scopulis transvadatis, lætantium more
 nautarum, epilogi celeuma cantandum est. O
 desertum Christi floribus vernans! O solitudo,
 in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apoca- *Apoc. 21.*
 lypsi civitas magni Regis extruitur! O cremus
 familiaris Deo gaudens! Quid agis frater in
 sæculo, qui majores mundo? Quamdiu te tecto-
 rum umbræ premunt? Quamdiu fumosarum ur-
 bium carcer includit? Crede mihi, nescio quid
 plus lucis aspicio. Libet sarcinâ corporis abje-
 ctâ, ad purum ætheris evolare fulgorem. Pauper-
 tatem times? sed beatos Christus pauperes ap-
 pellat. Labore terreris? At nemo athleta sine fu- *Matt. 9.*
 doribus coronatur. De cibo cogitas? sed fides fa-
 mem non timet. Saper nudam metuis humum
 exesa jejunijs membra collidere? sed Dominus
 tecum jacet. Squalidi capitis horret inculta ca-
 saries? sed caput tuum Christus est. Infinita ere- *1. Cor. 11.*
 mi vastitas terret? sed tu paradisum mente de-
 ambula. Quotiescunque illic cogitatione ac
 mente conscenderis, toties in eremo non eris,

Scabra sine balneis attrahitur cutis : sed qui Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lavare. Et ut breviter ad cuncta audias Apostolus respondentem: Non sunt, inquit, condignae passionis huius seculi ad superventuram gloriam quae revelabitur in nobis. DELICATUS es, frater, si & hic vis gaudere cum saeculo, & postea cognare cum Christo. Veniet, veniet illa dies, corruptivum hoc & mortale in corruptionem mutuet & immortalitatem. Beatus servus, quando Dominus invenerit vigilantem. Tunc ad vocem tubae pavebit terra cum populis, & tu gaudebis.

*JUDICATURUS Domino, lugubre mundus immigret: tribus ad tribum pectora ferient: potentissimi quondam Reges, nudo latere palpitant. Exhibebitur cum prole sua Veneri tunc ignitur Iuppiter: adducetur & cum suis stultus Plato & scipulis. Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus & pauper exultabis, ridebis & dices: Ecce crucifixus Deus meus: ecce Judex, qui obvolutus pannis in praesepio vagabatur. Hic est ille operarij & quaestuariae filius: hic, qui matris gestatus sinu, hominem Deus fugit in Aegyptum: hic vestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic Magus, daemonium habens & Samaritanus. Cerne manus Judae, quas fixeras: cerne manus Romane, quod foderas. Videte corpus, quod idem sit, quod dicebatis clam nocte sustulisse de discipulis. Ut haec tibi frater dicerem, tua me compungit dilectio, ut his tunc interesse contingat, quibus labor nunc durus est.

1.40.13.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Matt. 24.

*JUDICATURUS
cū
DOMINO

Luc. 2.

Matt. 13.

Matt. 2.

Matt. 27.

Joan. 8.

Joan. 19.

Matt. 28.

VII. Hieronymus Marcella vidua. Hanc invitat, ut
relictâ Româ, in Bethlehem se conferat, &
religiosa visâ se prorsus dedat.

Ambrosius, quo chartas, sumptus, notarios
ministrante, tam innumerabiles libros verè
Adamantius & Chalcenterus noster explicuit, in
quadam epistola, quam ad eundem de Athenis
scripserat, refert, nunquam se cibum Origenè
præsente sine lectione sumpsisse: nunquam inijsse
somnia, nisi unus è fratribus sacris litteris perso-
naret. Hoc diebus egisse vel noctibus, ut & le-
ctio orationem exciperet, & oratio lectionem.
Quid nos ventris animalia tale unquam se cimus?
Quos si vel secunda hora legentes invenerit, osci-
tamus: manu faciem defricantes, continemus sto-
machum: & quasi post multum laborem labimur,
& mundialibus rursus negotijs occupamur.
Prætermitto prandia, quibus mens onerata pre-
mitur. Pudet dicere frequentiam salutandi: quâ
aut ipsi quotidie ad alios pergimus, aut ad nos
venientes, ceteros expectamus. Deincepsitur in
verba, sermoteritur, lacerantur absentes, vita
aliena describitur: & mordentes invicem, con-
sumimur ab invicem. Talis nos cibus occupat
& dimittit. Cum verò amici recesserint, ratioci-
nia supputamus. Nunc ita personam leonis nobis
imponit: nunc cura superflua in annos plurimos
duratura præcogitat. Nec recordamur Evange-
lij dicentis: Stulte, hac nocte auferent animam
tuam à te: quæ autem præparasti, cujus erunt?
Vestis non ad usum tantum, sed ad delicias con-
qui-

Vitia
prandon-
ium.

Galsi

Luc. 12.

G 7

quiruntur. Ubicumque compendium est, velocior pes, citius sermo, auris attentior. Si damnatum (ut sæpè in re familiari accidere solet) fuerit nuntiatum, vultus moerore deprimitur. **L. A. T. A. M. U. R.** ad nummum, amisso obulo contristatur. Unde cum in uno homine animorum tam diversa sit facies, Propheta Dominum deprecatur, dicens: Domine, in civitate tua imaginem eorum dissipata. Cum enim ad imaginem & similitudinem Dei conditi simus, ex vitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. Et quomodo in theatralibus scenis unus atque idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venere frangitur, nunc tremulus in Cybele: ita & nos (qui si de mundo non essemus, od remur a mundo) tot habemus personarum similitudines, quot peccata. Quapropter quia multa jam vita spatia transmisiimus fluctuando, & navis nostrae nunc procellarum concussa turbine, nunc scopulorum illisionibus * perturbata est, cum primo licet, quasi portum quendam secreta ruris intremus. * Ibi cibarius panis, & holus nostris manibus irrigatum, & lac deliciae rusticanae, viles quidem, sed innocentes cibos praebent. Ita viventes non ab oratione somnus, nec saturitas a lectione revocabit. Si aestas est, secretum arboris umbra praebet. Si autumnus, ipsa aeris temperies, & strata subter folia locum quietis ostendunt. Vere ager floribus pingitur, & inter querulas aves Psalmi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit, & brumales nives, ligna non coemam, & calidus vigilabo, vel dormiam. Certè quod sciam, valius non algebo, Habeat tibi Roma suos tu-

Pf. 72.

Gen. 1.

Joan. 15:

* perforata.

* Entibi.

multus, arena sæviat, circus insaniat, theatra
luxurient: & quia de nostris dicendum est, ma-
tronarum quotidie visitetur senatus. Nobis ad-
herere Domino bonum est, & ponere in Domi-
no Deo spem nostram: ut cum paupertatem i-
stam cœlorum regna mutaverint, erumpamus
in vocem: Quid enim mihi est in cœlo, & à ti-
quid volui super terram? Quo scilicet eum tan-
ta reperiamus in cœlo, parva & caduca quæ-
sisse nos doleamus in terra. Verum ut ad vil-
lam, & ad Mariæ diversorium veniamus, (Plus
enim laudat unusquisque quod possidet) quo ser-
mone, quâ voce tibi speluncam Salvatoris expo-
nam? Et illud præsepe, in quo infantulus vagijt,
silentio magis, quàm infimo sermone honoran-
dum est. Ubi sunt latæ porticus? ubi aurata la-
quearia? ubi domus miserorum pœnis, & da-
mnatorum labore vestitæ? ubi instar palatij pri-
vatorum extructæ basilicæ? ut vile corpusculum
hominis pretiosius inambulet, & quasi mundo
quicquam possit esse ornatius, tecta sua magis
velint aspicere, quàm cœlum, Bethlehem ecce
in hoc parvo terræ foramine, cœlorum con-
ditor natus est. Hic involutus pannis, hic vi-
sus à pastoribus, hic demonstratus à stella, hic
adoratus à Magis. Et puto, sanctior locus est ru-
pe Tarpeja, quæ de cœlo lapidibus fulminata,
ostendit quod Deo displiceat. Est ibi quidem
sancta Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum,
& Martyrum: est Christi vera confessio, est
Apostolorum predicata fides: & gentilitate
calcata in sublime quotidie erigitur voca-
bulum Christianum. Sed ambitio, potentia,

*Pf. 72,**1014**Comen-
datio**Bethleem**Collatio
Bethleem
& Romæ**ma-*

magnitudo urbis, videri & videre, salutari & lutare, laudare & detrahere, vel audire, vel proloqui, & tantam hominum frequentiam videre, proposito monachorum, & à quiete aliena. Aut enim videmus ad nos venientes, & silentio perdimus; aut si non videmus, superbiæ arguimus. Interdum ut visitantibus reddamus vicem, ad perbas fores pergimus. Inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredimur deauratos. Christi ergo villa, ut supra diximus, tota rusticitas est. Extra Psalmos silentium est. Quocumque verteris, arator litivam tenens, alleluja decantat. Sudans messor Psalmis se advocat: & curvâ attolens vites falce vinitor, aliquid Davidicum canit. Hæc sunt in hac provincia carmina, (ut vulgò dicitur) amatoriarum cantiones, Vale.

VIII. Paula & Eustochium Marcella nobilioribus. Quam hortantur, ut relicta Roma, ad illam terra sancta invisenda se conferat. Stylus autem est planè Hieronymi.

Mensuram charitas non habet, & impatientia nescit modum, & desiderium non sustinet. Undè & nos oblita virium nostrarum, & non quid possumus, sed quid velimus tantum cogitantes, magistram cupimus docere discipulæ, & ut est vulgare proverbium: Sus artium reperit cem. Tu, quæ primam scintillam fomiti nostro subiecisti, quæ ad hoc studium nos & sermone *Matt, 23,* hortata es & exemplo, & quasi gallina congrega-

filiub alas pullostuos : nunc nos liberè absque
 matre volitare pateris , & accipitris pavere for-
 midinem , & ad omnem umbram prætervolantiū
 ayium formidare ? Igitur quod solum absentes fa-
 cere possumus , querulas fundimus preces : & de-
 siderium nostrum non tam fletibus , quàm eulati-
 bus contestamur , ut Marcellam nostram nobis
 reddas , & illam mitem , illam suavem , illam omni
 melle & dulcedine dulciorem non patiaris apud
 eas esse rigidam , & tristem rugare frontem , quas
 affabilitate suâ ad simile vitæ studium provocavit.
 Certè si sunt meliora quæ poscimus , non est im-
 pudens desiderium . Si cunctæ scripturarum vo-
 ces nostra sententiæ congruunt , non facimus au-
 dacter , ad ea te provocantes , ad quæ tu nos sapi-
 simè cohortata es . Prima Dei vox ad Abrahami
 Exi , inquit , de terra tua , & de cognatione tua , & *Gen. 12:*
 vade in terram , quam monstravero tibi . Jubetur *Gen. 22:*
 Patriarcha , ad quem primum de Christo facta est
 re promissio , ut relinquat Chaldaeos , relinquat
 confusionis urbem , & Rohoboth , id est , latitudi-
 nes ejus : relinquat campum Sennaar , in quo su-
 perbiæ usque ad cælum erecta turris est : & post *Gen. 11:*
 fluctus hujus sæculi , post flumina , super quæ sede-
 rant sancti , & fleverunt , cùm recordarentur Syon , *Pf. 136.*
 post gurgitem gravem Cobar , de quo Ezechiel *Ezech. 8:*
 capillo verticis sublevatus , Hierusalem usque
 transfertur : habitet terram re promissionis , quæ
 non rigatur ut Ægyptus deorsum , sed deorsum : *Gen. 13.*
 nec facit holera * languentium cibos , sed tempo- ** lan-*
 raneum & ferotinum de cælo expectat imbrem . *guenti-*
 Hæc terra montuosa , & in sublimi sita , quantum *bus.*
 à delicijs sæculi vacat , tantò majores habet deli-
 cias

Luc. 1. tias spirituales. Denique & Maria Mater Domini postquam ad eam Angeli facta est promissio, & uterum suum intellexit esse domum Dei, derelictis campestribus ad montana perrexit. De hac urbe Allophylo quondam hoste superato & diabolica percussâ frontis audaciâ, postquam ille in faciem corruit, exultantium animarum turba processit: & concinens chorus decem milium, David nostri victoriam prædicavit. In Angelus gladium tenens, & totam impietatis vastans urbem, in Orna Jebusæorum Regis templam Domini designavit: jam tunc incensans Ecclesiam Christi non in Israël, sed in gentibus consurgentem. Recurre ad Genesim, Melchisedech Regem Salem, hujus principem venies civitatis: qui jam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Salvatoris sanguine & corpore dedicavit. Turba forsitan mente reprehendas, cur non sequamur ordinem scripturarum, sed passim, & quicquid obviam venerit, turbidus sermo stringat. Et in principio testata sumus, dilectionem ordinem non habere, & impatientiam nescire menturam. Unde & in Cantico tantorum quasi difficile præcipitur: Ordinate in me charitatem: & nunc eadem dicimus, nos non adulatione vel ignoratione, sed affectu labi. Denique multo ordinatius aliquid proferamus, antiquiora repetenda sunt. In hac urbe, imò in hoc loco & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam. Unde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur, scilicet quòd ibidem antiqui hominis calvaria condita, ut secundum

*Laus**Hierusalem.**1. Reg. 17.**2. Reg. 18.**2. Reg. 24.**Melchisedech.**Gen. 14.**Eccl. 2.**Adam ubi mortuus.**Calvaria.*

Adam

er D. Adam, & sanguis Christi de cruce stillans, primi
 promissio Adam & jacentis protoplasti peccata dilueret :
 num. & tunc sermo ille Apostoli completeretur: Excita- *Ephes. 3.*
 erretur qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit
 per te Christus. Quantos hæc urbs Prophetas, quan-
 ostendit quos emisit sanctos viros, longum est recensere.
 man. Totum mysterium nostrum istius provincie ur-
 em m. bisque vernaculum est. In tribus nominibus Tri- *Hierusalē*
 In h. nitatis demonstrat fidem : Iebus, Salem, & Hie- *nominā*
 aris de- rusalem appellatur. Primum nomen calcata, se- *diversa.*
 gis ar- cundum pax, tertium visio pacis. Paulatim quip-
 signi- pe per venimus ad finem, & post concalcationem
 in gen- ad pacis visionem erigimur : ex quo Salem,
 fin. ad est, pacificus in ea natus est, & factus est in *Pf 79.*
 demin- pace locus ejus. Et in figura Christi sub etymo-
 illi po- logia urbis, Dominus Dominantium, & Rex re-
 tianum- gum nomen accepit. Quid referemus de David,
 it. Ta- & tota progenie ejus, qua in hac civitate regna-
 sequi- vit? Quanto enim Judæa ceteris provincijs,
 & ut- tanto hæc urbs cunctâ sublimior est Judæâ. Et (ut
 no pe- coactius differamus) totius provincie gloria *Metropo-*
 lectio- metropoli vindicatur, & quicquid in membris *lis Judææ.*
 am ne- laudis est, omne refertur ad caput. Jam dudum
 eorum- te cupientem in verba prorumpere; ipsi litera-
 chatu- rum apices sentiunt, & venientem contra char-
 ulatio- tam intelligunt quæstionem Respondeas quip-
 que ut- pe, & dicas, hoc olim fuisse, quando dilexit Do- *Pf 86.*
 iquo- minus portas Sion super omnia tabernacula Ja-
 cunc- cob, & fuerunt fundamenta ejus in montibus
 Adam- sanctis: licet & hæc possint alius interpretari.
 us nos- Postquam verò consurgentis Domini vox illa *Matt. 23.*
 demis- pertonuit: Relinquetur vobis domus vestra *In v. 34.*
 undu- deserta; & ruinam ejus flebiliter propnetavit: *perationē*
 Adam- dicens:

*Ephes. 3.**Hierusalē
nominā
diversa.**Pf 79.**Metropo-
lis Judææ.**Pf 86.**Matt. 23.**In v. 34.
perationē*

*urbis**Hierusa-
lem.**Matt. 27.**Luc. 21.**Josephi**testimo-
nium:**Rom. 5.**Matt. 28.**Act. 13.**Ioan. 11.*

dicens: Hierusalem Hierusalem quæ occidisti Ven-
 phetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quomodo quia
 volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat
 pullos suos sub alis, & noluisti? Ecce dimittetur
 vobis domus vestra deserta: & postquam pulchrum
 lum templi scissum est, & circumdata ab exteris muribus,
 Hierusalem, & Dominico cruore violata, tunc oremus
 ea Angelorum præsidia, & Christi gratiam respiciemus
 sisse cognoscimus. Denique & Josephum, qui iuda-
 vernaculus & scriptor est Iudæorum, asserere etiam mul-
 lo tempore, quo crucifixus est Dominus, eximus Elai-
 tis templi virtutum cælestium erupisse voces. Et erit re-
 centium: Transmigremus ex his sedibus. Erunt Domi-
 bus & alijs appareat, ubi abundavit gratia. Et quid
 superabundasse peccatum: & postquam a passione
 runt Apostoli: Euntes docete omnes gentes. Evangelium
 ipsi Apostoli dixerunt: Oportebat quidem vobis sepulch-
 primum annuntiare verbum Dei: quoniam in Ierusalem
 tem noluistis, ecce transimus ad gentes: tunc sepulch-
 rine sacramentum Iudææ & antiquam Dei sanctam
 liaritatem per Apostolos in nationes fuisse translatam
 latam. Valida quidem quæstio, & quæ post seculum
 iam eos, qui scripturarum aliquid attigerunt, non
 concutere; sed facile solvitur. Nunquam enim resur-
 flet Dominus corruentem, nisi diligeret. Flet Hierusa-
 & Lazarum, quia amabat eum. Et hoc tamen & omne
 mâ fronte cognoscito, non loci, sed hominum mentes
 fuisse peccatum. Verum quia interfectio populi remus
 captivitas civitatis est, propterea urbem deus non
 tam, ut populus puniretur: ideo templum subvertit. Domini
 tum, ut typicæ hostiæ tollerentur. Cateris Magis Ma-
 quantum ad populum pertinet, per profectum Domini
 temporum multo nunc augustior est, quam antea putant.

cidit. Venerabantur quondam Judæi sancta sancto
 t: quoniam, quia ibi erant Cherubin & propitiatorium,
 a conæ arca testamenti, manna & virga Aaron, & alta-
 e digne aureum. Nonne tibi venerabilius videtur se-
 quam pulchrum Domini? Quod quotiescunque ingre-
 o exerimur, toties jacere in syndone cernimus Salva-
 a, tumorem: & paululum ibidem commorantes, rursus
 am redidemus Angelum sedere ad pedes ejus, & ad ca-
 um, quod sudarium convolutum. Cujus sepulchri glo-
 Jerere, nam multo antè, quàm excideretur à Joseph, sci-
 s, ex amos Elaiæ vaticinio prophetatam esse, dicentis:
 voces. Et erit requies ejus honor: quòd scilicet sepultus
 s Exatæ Domini locus esset ab omnibus honorandus.
 ratia. Et quid necesse est plura conquirere, cum post
 in a passionem & resurrectionem Domini Matthæus
 gentes Evangelista commemoret: Et petra scissæ sunt,
 em vo & sepulchra aperta, & plurima corpora dormien-
 niam a tum sanctorum surrexerunt: & egredientes de
 t: tum sepulchris post resurrectionem suam ingressi sunt
 Dei sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Nec
 sic tractam Hierosolyma cœlestis, sicut plerique rudi-
 possent, eule arbitrantur, in hoc loco intelligitur: cum si-
 tigenum nullum esse potuerit apud homines Domi-
 uam in resurgentis, si corpora sanctorum in cœlesti
 et. Fl. Hierusalem visi sunt. Cum ergo & Evangelistæ,
 amer & omnes scripturæ Hierosolymam sanctam no-
 nomim ment civitatem, & Psalmista præcipiat, ut ado-
 io por remus in loco, ubi steterunt pedes ejus, ne patia-
 em de ris appellare Sodomam & Ægyptum, per quam
 m sobi Dominus jurare vetat, quia sit civitas magni Re-
 Ceteris gis Maledictam terram nominat, quòd cruorem
 profec Domini hauserit. Et quomodo benedicta loca
 uam m putant, in quibus Petrus & Paulus Christiani
 exer-

*Sancta
 sanctorum.*

Heb. 9.

*Sepul-
 chrum Do-
 mini ve-
 nerabile.*

Matt. 27.

Ioan. 20.

Matt. 27.

Esai. 11.

Matt. 27.

*Hierusa-
 lem civi-
 tas san-
 cta.*

Psal. 131.

Matt. 5.

Christia- exercitūs Duceſ, ſanguinem fudere pro Ch
ni exer- Si ſervorum & hominum glorioſa profeſſio
cius Du- cur Domini & Dei non ſit glorioſa confeſſio
ces. Martyrum ubique ſepulchra veneramur, &
Cultus ſtam favillam oculis apponentes, ſi liceat, ex
Sanctorū ore contingimus: & monumentum, in quo
& reli- minus conditus eſt, quidam exiſtimant neg
quarū. dum? Si nobis non credimus, credamus in
Miracu- Diabolo & Angelis ejus: qui quotieſcumque
la circa te illud de obſeſſis corporibus expelluntur,
Domini in conſpectu tribunalis Chriſti ſtantes contem
ſepul- ſcunt, rugiunt, & ſe dolent crucifixiſſe, quere
chrum. meant. Si poſt paſſionem Chriſti (ut ſceles
Act. 20. vox concrepat) hic deteſtabilis locus eſt: ſi
Act. 21. ſibi voluit Paulus Hieroſolymam feſtinare, ut
Act. 11. faceret Pentecoſten? Qui retinentibus ſe locum
 eſt dicens: Quid facitis ſtentes & conturbatis
 cor meum? Ego enim non ſolum ligari, ſed & tra
 ri in Hieruſalem paratus ſum pro nomine Do
 ni Jeſu. Quid ceteri ſancti & illuſtres viri, quorum
 vota & oblationes poſt prædicationem Chriſti
 ſt ad fratres, qui erant Hieroſolymis, deferre
 tur? Longum eſt nunc ab aſcenſu Domini
Sepul- que ad præſentem diem per ſingulas ætates
chrum rere, qui Episcoporum, qui martyrum, qui
Domini quentium doctrinā Eccleſiaſtica virorum ve
olim à rant Hieroſolymam, putantes minus ſe religio
plur. mis minus habere ſcientiæ, nec ſummam (ut dicitur)
viſitatu. manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſti
 adorâſſent locis, de quibus primū Evangelium
 de patibulo conuſcaverat. Certè etiam ſi præ
 ror Orator reprehendendum neſcio quem præ
 quòd literas Græcas non Athenis, ſed Lilyba

admiratione. Utcunque placuerit incedere, nec
traditionis est, nec laudis. Ieiunia quoque neminem sublevant, nec defertur inedia, nec mor-

Rom. 14. rata saturitas condemnatur. Suo Domino unusquisque, aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne à Domino iudicetur. Et quod in plerisque provincijs familiare est, ut genuino dente se lacere hic penitus non habetur, Procul luxuria, procul voluptas : tanta in ipsa urbe orationum loca

Hac quoque scribuntur in epistola praecedente. ad peragrandum ea dies sufficere non possit. Verum ut ad villulam Christi & Mariæ diverforam veniamus (Plus enim laudat unusquisque quod possidet) quo sermone, quâ voce tibi speluncam possumus Salvatoris exponere? Et illud praesepit in quo infantulus vagijit, silentio magis, quam in sermone honorandum est. Ubi sunt loci porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miserorum poenâ & damnatorum labore vestita? ubi instar palatij opibus privatorum extructa? ubi filicæ, ut vile corpusculum hominis pretiosius in ambulet, & quasi mundo quicquam possit esse ornatus, tecta magis sua velint aspicere, quam celum? Ecce in hoc parvo terræ foramine caelorum conditor natus est: hic involutus pannis: hic visus à pastoribus: hic demonstratus à stella: hic adoratus à Magis. Et hic puto locus sanctior Tarpeiâ rupe, quæ de cælo sapius fulminator ostendit, quod Domino displiceret. Lege Apocalypsin Joannis, & quid de muliere purpurata scripta in eius fronte blasphemia, & septem montibus, & aquis multis, & Babylonis cantetur exitu contuere. Exite de illo, inquit Dominus, populus meus, & ne participes sitis delictorum eius.

Luc 2.

Matt. 2.

Apoc. 17.

Apoc. 18.

de plagis ejus ne accipiatis. Fugite de medio
Babylonis, & saluate unusquisque animam suam.
Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta
est habitatio dæmonum, & custodia spiritûs im-
mundi. Est quidem ibi sancta Ecclesia, sunt tro-
phæa Apostolorum & Martyrum: est Christi ve-
ra confessio, & ab Apostolis prædicata fides, &
gentilitate calcata, in sublime se quotidie erigens
vocabulû Christianum: sed ipsa ambitio, potentia
magnitudo urbis, videri & videre, saluari & sa-
lutare, laudare & detrahere, audire vel pro-
loqui, & tantam frequentiam hominum videre, à
proposito monachorum, & quiete aliena sunt.
Aut enim videmus venientes ad nos, & silentium
perdimus: aut non videmus, & superbiam arguimus.
Interdumq; ut visitantib⁹ reddamus vicem, ad su-
perbas fores pergimus. Inter linguas rodentium
ministrorum, postea ingredimur deauratos. In
Christi verò villula (ut supra diximus) tota rustici-
tas est, & extra Psalmos silentium est. Quocunq; te-
verteris, arator siliam tenens, alleluja decantat.
Sudans messor Psalmis se avocat: & curvâ atton-
dens vitem falce vinitor, aliquid Davidicum deca-
nit. Hæc sunt in hac provincia carmina, hæc
(ut vulgò dicitur) amatoriam cantiones, hic pa-
storum sibilus, hæc arma culturæ. Verùm quid
agimus? nec quid deceat cogitantes. solam quod
cupimus, hoc videmus. O quando illud tempus
adveniet, cum anhelus nuntium viator apporet,
Marcellam nostram ad Palæstinam littus depulsam:
& toti Monachorum chori, tota virginum agmi-
na concrepabunt. Obviam jam gestimus occur-
tere; & non expectato vehiculo, concitum pe-
dibus

H

dibus

dibus ferre corpus. Tenebimus manus, cernemus: & à desiderato vix avellemur amplexu. Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Salvatoris intrare, in sepulchro Domini flere cum sorore, flere cum matre Crucis deinde lambere lignum, & in Olivete monte cum ascendente Domino voto & anime sublevati? Videre exire Lazarum fascijs colligatum, & fluenta Jordanis ad lavacrum Domini puriora: inde ad pastorum caulas pergere, in David orare mausoleo? Amos Prophetam eam nunc buccinâ pastoralis in sua conspiceret pe clangentem? Ad Abraham, Isaac, & Jacob, trium quoque illustrium teeminarum vel tabernacula properare, vel memorias? Videre fontem, in quo à Philippo Eunuchus est tinctus? Samaritiam pergere, & Joannis Baptistæ, Helias quoque & Abdijæ pariter cineres adorare? Ingressi speluncas, in quibus persecutionis & famis tempore Prophetarum agmina sunt nutrita? Iherosolymus Nazareth, & juxta interpretationem nominis ejus, florem videbimus Galilææ. Haud procul inde cernitur Cana, in qua aquæ in vinum versa sunt. Pergemus ad Tabirium & tabernacula Salvatoris, non ut Petrus quondam voluit cum Moyse & Helia: sed cum Patre cernemus & Spiritu sancto. Inde ad mare veniemus Genesareth, & de quinque & septem panibus videbimus in deserto quinque & quatuor hominum millia saturata. Apparebit oppidum Naim, in cujus portis viduæ filius suscitatus est. Videbitur & Hermonim, & torrens Endor, in quo superatur Sisara. Capharnaum quoque signorum Domini familiaris, & cernimus

*Loca Pa-
lestina
varia in
Scriptu-
ris nobis
litata.*

Ab. 8.

2. Cor. 18.

Joan. 2.

Matt. 17.

Matt. 14.

G. 15.

Luc. 7.

Jedic. 4.

mnis pariter Galilæa cernetur. Et tunc comitan-
te Christo, cum per Silo & Bethel, & cætera loca,
in quibus Ecclesiæ quasi quædam victoriarum
Domini sunt erecta vexilla, ad nostram spelun-
cam redierimus, canemus jugiter, crebro flebi-
mus, indefinenter orabimus, & vulneratæ jaculo
Salvatoris, in commune dicemus: Inveni quem *Causa 3.*
quæsit anima mea: tenebo eum, & non dimit-
tam illum.

IX. Hieronymus ad matrem quandam viduam, &
filiam ejus virginem, que se à matre disjunxerat.
Epistola suasoria est, quæ filia cum matre in gratiam
redeat: simulque exhortatoria, de vitanda dome-
stica consuetudine eorum, à quibus pericu-
lum pudicitia vel fama time-
ri potest.

Retulit mihi quidam frater à Gallia, se habe- *Causa*
re sororem virginem, matremque viduam, *epistola*
quæ in eadem urbe divisim habitarent cellulis: & *scribenda.*
vel ob hospitij solitudinem, vel ob custodiendas
facultatulas, præfules sibi quosdam clericos as-
sumpissent, ut majore dedecore jungerentur
alienis, quam à se fuerant separatæ. Cumque ego
ingemiscerem, & multò plura tacendo, quam
loquendo significarem. Quæso te, inquit, cor-
ripias eas literis tuis, & ad concordiam revo-
ces, ut mater filiam, & filia matrem agnoscat. Cui
ego: Optimam, inquam, mihi injungis provin-
ciam, ut alienus conciliem, quas filius fraterque
non potuit. Quasi verò Episcopalem cathedram
teneam, & non clausus cellulâ, ac procul à tur-

bis remotus, vel praterita plangam vitia, vel vitare nitar presentia. Sed & incongruum est latere corpore, & linguâ per totum orbem vagari. Et ille: Nimium, ait, formidolosus es. Ubi illa quondam constantia, in qua multo sale orbem defricans, Lucilianum quippiam retulisti? Hoc est, ajo, quod me fugiat, & labra dividere non sinit. Postquam enim arguendo crimina, factus sum criminofus, & juxta tritum vulgi sermone proverbium, jurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tactum: ipsique parietes in me maledicta resonarunt, & in me psalebant qui bibebant vinum: coactus malo tacere, didici: rectius esse arbitrans, ponere custodiam ori meo, & ostium munitum labijs meis, quam declinare cor meum in verba malitiæ: & dum carpo vitia, in vitium detractionis incurrere. Quod cum dixissem, NON EST, inquit, detrahere, verum dicere: nec privata correptio generalem facit doctrinam: cum aut rarus, aut nullus sit, qui sub hujus culpæ reatum non cadat. Quælo ergo, te, ne me tanto itinere vexatum, frustra venisse patiaris. Scit enim Dominus, quod post visionem locorum sanctorum hanc vel maxime causam habui, ut cum tuis literis sorori mederer ac matri. Et ego, jam jam, inquam, quod vis, faciam. nam & epistolæ transmarinæ sunt, & specialiter sermo dictatus raro potest invenire, quos mordeat. Te autem obsecro, ut clam sermonem hunc habeas. Cumque portaveris eum pro viatico, si auditus fuerit, lætemur pariter: sin autem contemptus fuerit, quod & magis reor, ego verba perdiderim, tu itineris longitudinem. Primum

Ps. 6

Ps. 38.

Ps. 140.

vos scire cupio, soror & filia, me non idcirco scribere, quia aliquid de vobis sinisterum suspicer, sed ne ceteri suspicentur, vestram orare concordiam. Alioquin (quod absit) si peccatorum vos existimarem glutino *cohæsisse, nunquam scribere *cessissem.

rem, sciremque me surdis narrare fabulam Deinde hoc obsecro, ut si mordacius quippiam scripsero, non tam meæ putetis austeritatis esse, quam morbi. PUTRIDAE carnes ferro curantur & cauterio: venena serpentina pelluntur antidoto. Quod satis dolet, majori dolore expellitur. Ad extremum hoc dico, quod si etiam hæc conscientia criminis vulnus non habeat, habet tamen famam ignominiam. Mater & filia nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ, secunda post Deum fœderatio. NON EST laus, si vos diligatis, scelus est, quod odistis. Dominus Jesus subjectus erat parentibus suis: venerabatur matrem, cujus ipse erat pater. Colebat nutritium, quem nutritiverat: gestatumque se meminerat alterius utero, alterius brachijs. Unde & in cruce pendens commendat parentem discipulo, quam nunquam ante crucem dimiserat. Tu vero filia (jam enim desino ad matrem loqui, quam forsitan ætas vel imbecillitas ac solitudo excusabilem faciunt) tu, inquam filia, ejus domum angustam judicas, cujus non tibi fuit venter angustus? Decem mensibus utero clausa vixisti, & uno die in uno cubiculo cum matre non duras? An oculos ejus ferre non potes? Et quæ omnes motus tuos, utpote illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc adduxit ætatem, facilius intelligit, testem domesticam fugis? Si virgo es, quid times diligentem custodiam? Si

*Christi
exemplū.*

Luc. 2.

Ioan. 19.

corrupta, cur non palam nubis? SECUNDO post naufragium tabula est, quod malè cœperit, saltem hoc remedio temperare. Neque verò hoc dico, quòd post peccatum tollam pœnitentiã, ut quod malè cœpit, malè perseveret: sed quòd desperem in istiusmodi copula divulsionem. Alioqui si ad matrem migraveris post ruinam, facilius poteris cum ea plangere, quod per illius absentiã perdidisti. Quòd si adhuc integra es, & non perdidisti, serva ne perdas. Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habet quotidie aut perire, aut vincere? Quis unquam mortalium juxta viperam securos lomnos capiti? Quæ etsi non percutiat, certè sollicitat. Securitas est perire non posse, quàm juxta periculum non perijisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio. Ibi gaudemus, hic evadimus. Sed forte respondeas: non benè morata mater est, res seculari cupit, amat divitias, ignorat jejunium, oculos sibi linit, vult compta procedere, & nocet proposito meo, nec possum cum hujusmodi vivere. Primum quidem etiam si talis est, ut caularis, minus habebis præmium, si talem non deseras. Illa te diu portavit in utero, diu aluit: & difficiliore infantia mores blandã pietate sustinuit. Lavit patrum sordes, & immundo sæpè scædata est stercore. Assedit ægrotanti, & quæ pro te sua fastidia sustinuit, tua quoque passa est. Ad hanc perduxit ætatem; ut Christum amares, docuit. Non tibi displiceat ejus conversatio, quæ te sponso tuo virginem consecravit. Quod si ferre non potes, & delicias ejus fugis, atque (ut hoc vulgò solet dici) secularis est mater, habes alias virgines, ha-

*Merita
matris in
liberos.*

bes sanctum pudicitiae chorum. Quid matrem
deserens, cum eligis, qui forsitan suam reliquit
uxorem & matrem? Illa difficilis, sed ista faci-
lis. Illa jurgatrix, iste placabilis. Quæro utrum
virum sequuta sis, an postea inveneris? Si eum
sequuta es, manifestum est, cur matrem reli-
queris. Si postea reperisti, ostendis quid in ma-
tris hospitio non potueris invenire. Durus do-
lor, & meo mucrone me vulnerans. QUI AM-
BULAT (inquit) simpliciter, ambulat confi-
denter. Tacerem, si me non morderet consci-
entia, & in alijs meum crimen non reprehende-
rem: nec per trabem oculi mei alterius festucam
viderem. Nunc autem cum inter fratres proci
habitans, eorumque fruens contubernio, ho-
netè sub arbitris & videam rarè, & videar:
impudentissimum est ejus te verecundiam non
sequi, cujus sequeris exemplum. Quod si di-
xeris: Et mihi sufficit conscientia mea: ha-
beo Deum judicem, qui meae vitæ est testis:
non curo quid loquantur homines. Audi Apo-
stolum scribentem: Providentes bona non so-
lum coram Deo, sed etiam coram omnibus ho-
minibus. Si quis te carpit quod sis Christiana,
quod virgo, non cures: quod ideo dimiseris ma-
trem, ut in monasterio inter virgines viveres:
talis detractio laus tua est. Ubi non luxuria in
puella Dei, sed duritia carpitur, crudelitas ista
pietas est. Illum enim præfers matri, quem præ-
ferre jaberis & animæ tuæ. Quem si & ipsa prætu-
lerit, & filiam te sentiet, & sororem. Quid igitur?
scelus est sancti viri habere contuberniū? Obtor-
to collo me in jus trahis, ut aut probè quod nolo.

H 4

aut

*Prov. 19.**Matt. 7.**Rom. 12.**Matt. 10.*

aut multorum invidiam subeam. Sanctus vir non
 quam à matre filiam sejungit : utramque susce-
 pit, & utramque veneratur. Sit quamlibet sancta
 filia, mater vidua, indicium castitatis est.
 coavustus est ille, nescio quis, matrem tuam
 honoret ut suam : si senior te, ut filiam diligat
 & parentis subjiciat disciplinæ. Non expectat
 amborum famæ, plus te illum amare, quam ma-
 trem : ne non videatur in te affectum eligere, sed
 ætatem. Et hoc dicerem, si fratrem monachum
 non haberes, si domesticis careres praesidiis.
 Nunc verò, robor dolor, inter matrem atque ger-
 manum, & matrem viduam, fratremque mona-
 chum cur se alienus interserit? Bonum quidem
 est, ut te & filiam noveris & sororem. Sin autem
 utrumque non potes, & mater quasi dura respici-
 tur, saltem frater placeat. Si frater asperior est,
 mollior sit illa, quæ genuit. Quid palles? quid
 æstuas? quid vultum infamiae rubore suffundis
 & tremantibus labijs impatientiam pectoris con-
 testaris? Non superat amorem matris & fratris,
 nisi solius affectus uxoris. Audio præteres te
 suburbana rura, villarum amœnitates cum affi-
 nibus atque cognatis, & istiusmodi generis ho-
 minibus circumire. Nec dubito, quin vel conle-
 brina sit, vel soror : in quarum solatium, novi
 generis ducaris affecla. Absit quippe, ut quam-
 vis proximi sint & cognati, virorum te suspiciet
 captare consortia. Obsecro ergo te virgo, ut mi-
 hi respondeas. Sola vadis in comitatu propin-
 quorum, an cum amasio tuo? Quamvis sis impu-
 dens, secularium oculis eum ingerere non aude-
 bis. Si enim hoc feceris, & te, & illum familia uni-

ver-

versa cantabit, vos cunctorum digiti denotabunt. *Virgines*
 Ipsa quoque soror, aut affinis aut cogaata, quæ *in convi-*
 in adulationem tui sanctum & Nonnum coram te *ctu vul-*
 vocant, cum se paululum averterint, portentuo- *gari male*
 sum ridebunt maritum. Sin autem sola ieris *secura.*
 (quod & magis existimo) utique inter servos
 adolescentes, inter maritatas foeminas atque
 nupturas, inter lascivas puellas, & comatos lin-
 teatosque juvenes, furvarum vestium puella gra-
 dieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum,
 sustentabit lassam: & pressis digitis aut tentabi-
 tur, aut tentabit. Erit tibi inter viros matronas-
 que convivium: spectabis aliena pocula ac præ-
 gustatos cibos. Et non absque scandalotuo in a-
 liis sericas vestes, auratasque miraberis. In ipso
 quoque convivio ut vescaris carnibus, quasi in-
 vita cogeris. Ut vinum bibas, Dei laudatur crea-
 tura. Ut laves balneis, sordibus detrahitur. Et o-
 mnes, te cum aliquid eorum quæ suadent, retre-
 dians vi feceris, puram, simplicem Dominam, &
 verè ingenuam conclamabunt. Personabit in-
 terim aliquis cantor ad mensam, & inter Psalmos
 dulci modulamine currentes, quoniam alienas
 non audebit uxores, te, quæ custodem non ha-
 bes, sapius respectabit. Loquetur nutibus: &
 quicquid metuit dicere, significabit affectibus.
 Inter has & tantas illecebras voluptatum, etiam *Inter se-*
 ferreas mentes libido domat: quæ majorem in *culares.*
 virginibus patitur famem, dum dulcius putat o- *puccitia*
 mne quod nescit. Narrant gentilium fabulæ, can- *difficile*
 tibus Sirenarum nautas in saxa ruisse præcipes, *conser-*
 & ad Orphei citharam arbores bestiasque, ac si *vatur.*
 licum dura mollita cessisse. DIFFICILE inter epu-
 las

las servatur pudicitia. Nitens cutis sordidum fla-
 stentat animum. Legimus in scholis pueri, & ipse
 rantia in plateis æra perspeximus aliquem ossibus
 vix hærentem, illicitis arsisse amoribus, & ante
 vitã caruisse, quàm peste. Quid tu facis puella
 sani corporis, delicata, pinguis, rubens, æstuans
 inter carnes, inter vina & balneas, juxta maria
 tas, juxta adolescentulas? Quæ et si rogata non fe-
 ceris, tamen deforme putes testimonium, si roge-
 ris. Libidinosa mens ardentius honesta persequi-
 tur: & quod non licet, dulcius suspicatur. Vellit
 ipsa vilis & pulla animi tacentis indicium est. Si
 rugam non habeat, si per terram ut altior vide-
 ris, trahatur, si de industria dissuta sit tunica, ut
 aliquid intus appareat, operiat quod formolum
 ista omnia juvenes ardentius ad tuum armabunt
 stuprum. Caliga quoque ambulantis nigella ar-
 nitens, stridore ad se juvenes vocat. Papillæ fe-
 sciolis comprimuntur, & crispanti cingulo angu-
 stius pectus arctatur. Capilli vel in frontem, vel
 in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, ut
 candidos nudet humeros, & quasi videri nolue-
 rit, celare festinat, quod volens detexerat. Et
 quando in publico quasi per verecundiam operit
 faciem, lupanarum arte id solum ostendit,
 quod ostensum magis placere potest. Responde-
 bis: Unde me nosti? Et quomodo tam longe
 positus jactas in me oculos tuos? Fratris hoc tui
 mihi narraverunt lacrymæ, & intolerabiles per
 momenta singultus. Atque utinam ille mentitus
 sit, & magis timens hoc, quàm arguens dixerit.
 Sed mihi crede, nemo mentiens plorat. Dolet
 sibi prælatum juvenem, non quidem comatum,

*Peccant
 virgini
 in vesti-
 tis.*

non vestium sericarum, sed * torosulum, & in for- * trossu-
 dibus delicatum : qui ipse sacculum signet, tex- lum.
 trinum teneat, pensa distribuat, regat familiam,
 emat quicquid de publico necessarium est : di-
 spensator & dominus, & praeueniens officia
 serulorum, quem omnes rodant famuli, &
 quicquid domina non dederit, illum clamitent
 subtraxisse. **Q**UERULUM serulorum genus est,
 & quantumcunque dederis, semper eis minus est.
 Non enim considerant de quanto, sed quantum *ingenium*
 detur, doloremque suum solis, quod possunt, ob- *servorū.*
 trectationibus consolantur. Ille parasitum, iste
 impostorem : hic haeredipedam, alius novo quo-
 libet appellat vocabulo. Ipsum jactant assidere
 lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare
 matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas. **F**A-
 CILLIUS mala credunt homines, & quodcun-
 que domi fingitur, rumor in publico fit. Nec mi-
 reris, si de vobis seruli & ancillae ista constringant,
 cum mater quoque id ipsum queratur & frater.
 Fac igitur quod moneo, quod precor, ut primum
 matri, dehinc, si id fieri non potest, saltem fra-
 tri reconcilieris. Aut si ista tam chara nomina
 hostiliter detestaris, vel dividere ab eo, quem
 tuus diceris pretulisse. Si autem & hoc non po-
 tes, revertere certe ad tuos. Si non potes desere-
 re alienum, vel honestius sodali tuo utere. Se-
 parentur domus vestrae, deviteturque convi-
 vium, ne maledici homines sub uno lectulo vos
 manentes, lectulum quoque criminantur habere
 communem. Potes & ad necessitates tuas quale
 voluisti, habere solatium, & aliqua ex parte publi-
 ca carere infamia. Quamquam cavenda sit macula,

Hiere.

quæ nullo nitro secundum Hieremiam, nullâ ful-
 lonum herbâ abluj potest. Quando vis ut te ve-
 deat & invisat, adhibe arbitros, amicos, libertos,
 servulos. Bona conscientia nullius oculos fugit.
 Intret intrepidus, securus exeat. Tacentes oculi
 illi, & sermo silens, & totius corporis habitus ve-
 trepidationem interdum, vel securitatem lo-
 quuntur. Aperi quæso aures tuas, & clamorem
 totius civitatis exaudi. Jam perdidistis vestra
 vocabula, mutuo ex vobis cognomina suscep-
 stis: tu illius diceris, & ille tuus. Hæc mater au-
 dit & frater: paratique sunt & precantur vos sibi
 dividere, & privatam vestræ conjunctionis in-
 famiam, laudem facere communem. Tu esto cum
 matre, sit ille cum fratre. Audentius diliges sode-
 lem fratris tui, honestius amabit mater amicum
 filij, quàm filia suæ. Quod si nolueris, si mea mo-
 nita rugatâ fronte contempseris, epistola tibi hæc
 voce liberâ proclamabit: Quid alienum servum
 obfides? quid ministrum Christi tuum famulum
 facis? Respice ad populum: singulorum facies
 intuere. Ille in Ecclesia legit, & te aspiciunt uni-
 versi: nisi quod penè licentiâ conjugali de tua in-
 famia gloriaris. Nec jam secreto dedecore potes
 esse contenta. Procacitatem vocas. Facies mere-
 tricis facta est tibi: neicis erubescere. Iterum tu-
 spiciolum & rumigerulum: iterum me malignum
 clamitas. Egone suspiciosus? egone malevolus?
 qui, ut in principio epistolæ præfatus sum, ideo
 præscripsi, non quia suspicabar. An tu negligens,
 dissoluta, contemptrix: quæ annos nata viginti-
 quinque, adolescentem necdum benè barbatus-
 lum ita brachiis tuis quasi cassibus inclusisti? O-

Hiere. 3.

pti

ptimum revera pædagogum, qui te moneat, qui asperitate frontis te terreat. Et quanquam in nullis aetatibus libido sit tuta: tamen vel cano capite ab aperta defendat ignominia Veniet, veniet tempus (dies enim allabitur dum ignoras) & iste formosulus tuus, quia citò senescunt mulieres, maximè quæ juxta viros sunt, vel ditiores reperiet, vel juniorem. Tunc te pœnitebit consilij tui, & tædebit pertinaciæ, quando & rem & famam amiseris, quando quod malè junctum fuerat, dividetur bene. Nisi fortè secuta es, & coalescent tantæ temporis charitate, dissidium non vereris. Tu quoque mater, quæ propter aetatem maledicta non metuis, noli sic vindicare, ut pecces. Magis à te discat filia separari, quàm tu ab illa se jungi. Habes filium & filiam, & generum, imò & contubernalem filia tuæ. Quid quæris aliena solatia, & ignes jam sopitos suscitās? Honestius est tibi saltem culpam filia sustentare, quàm occasionem tuæ quærere. Sit tecum filius monachus, pietatis viduitatisque præsidium: quid tibi alienum hominem quæris, in ea præsertim domo, quæ filium & filiam capere non potuit? Ejus jam ætatis es, ut possis jam nepotes habere ex filia: invita ad te utrumque. Revertatur cum viro, quæ sola exierat. Virum dixi, non maritum: nemo calumnietur. Sexum significare volui, non conjugium. At si erubescit & retractat, & domum, in qua nata est, arbitratu angustiam, vos ad ejus hospitium pergite. Quamvis arctum sit, facilius matrem & fratrem capere potest, quàm hominem alienum, cum quo certè in domo una sive cubiculo, casta manere non poterat. Sint in una do-

*Libido
nunquã
tuta in
ætatibus.*

*Ad ma-
trem hor-
tatio.*

* Hoc
est, qui
senilem
ætatem
parentis
vel ami-
ci fovet
ac susti-
net.

Epilogus,

mo duæ scēminæ, & duo masculi. Si autem & tuus abire non vult, & conditiones ac turbas concitat, sit biga, sit triga, ter vester ac filius, & sororem illius exhibebit matrem. Alij vitricum & generum vocent: le nutricium appellet & fratrem. Hæc ad brevem lucubratiunculam celeri sermone dictavi volens desiderio postulantis satisfacere, & quæ ad scholasticam materiam me exercens. Eadem enim die manè pulsabat ostium, quæ profectus erat. Simulque ut ostenderem obtrektoribus meis, quod & ego possem, quicquid veniret in buccam, dicere. Unde & de scripturis paucè perstrinxi. Nec orationem meam, ut in cæteris libris facere solitus sum, illarum floribus tenui. Hæc extemporalis dictatio est, & tantâ ad luminis lucernulæ facilitate profusa, ut notariorum manus lingua præcurreret, & signa ac furta verborum volubilitas sermonum obrueret. Quod idcirco dixi, ut qui non ignoscit ingenio, ignoscere vel temporis.

X. Hieronymus Rustico, qui promissam uxoris continentiam violaverat. Hunc revocat in vitam tractans communem locum de poenitentia, & ad sacra invitans eum loca, in quibus uxor poenitentiam agebat.

Quod ignotus ad ignotum audeo scribere sanctæ ancillæ Christi Hedibæ, & filiæ meæ conjugis tuæ Artemiæ, imò sororis ex conjugate, que conservæ fecit deprecatio, Quæ nequaquam

propriâ salute contenta, tuam & antè quæsit
 in patria, & nunc in sanctis locis quærit salutem,
 imitari cupiens Andree & Philippi Apostolorum
 benevolentiam, quorum uterque inventus à
 Christo, fratrem Simonem, & amicum Nathanael
 invenire desiderat, ut alter eorum mereatur
 audire: Tu es Simon filius Bar * Iona, tu
 vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: * Joan-
 alter donum Dei (hoc enim in lingua nostra so-
 nat Nathanael) Christi ad se loquentis testimo-
 nio sublevetur: Ecce verè Israelita, in quo dolus
 non est. Optaverat quondam & Loth cum filia-
 bus salvare conjugem suam, & de incendio So-
 domæ & Gomorrhæ penè semiustus erumpens,
 educere eam, quæ pristinis vitijs tenebatur altri-
 ta, sed ea desperatione trepida, respiciensq; post
 tergum, æterno infidelitatis titulo condemnatur.
 Et ardens fides pro una muliere perditâ, totam Se-
 gor liberat civitatem. Denique postquam Sodo-
 miticas valles ac tenebras derelinquens, ad mon-
 tana conscendit ortus ei Sol in Segor, quæ inter-
 pretatur parvula: ut parva fides Loth, quia ma-
 jora non poterat, saltem minora servaret. Ne-
 que enim Gomorrhæ quondam & erroris habi-
 tator, statim ad meridiem poterat pervenire, in
 qua Abraham amicus Dei cum Angelis suscipit
 Deum. Et Joseph pascit fratres in Ægypto, spon-
 susque audit à sponsa: Ubi cubas? ubi pascis in
 meridie? Samuel quondam plangebatur Saulem,
 quia superbix vulnera pœnitentiæ medicamine
 non curabat. Et Paulus lugebat Corinthios, qui
 fornicationis maculas lacrymis delere vole-
 bant, Unde & Ezechiel librum devorat, scri-
 ptum.

*Joan. 18.*** Joan-
nis.**Vxor**Loth**perijt.**Gen. 19.**Fides**Loth li-**berat ci-**vitatem.**Gen. 18.**Gen. 47.**Cant. 1.**1. Reg. 15.**2. Cor. 12.**Ezech. 32.**Et 21.**ptum.*

ab iniquitatibus vestris domus Israel, & non erunt vobis in tormentum impietates. Projecite omnes impietates vestras, quibus impiè egistis adversum me: & facite vobis cor novum & spiritum novum. Et quare moriemini domus Israel? Nolo enim mortem peccatoris, dicit Dominus. Unde & in consequentibus loquitur: Vivo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris sed ut convertatur à via sua mala, & vivat, ne mens incredula bonorum promissionem desperet; & semel perditioni animus destinatus, non adhibeat vulnèi curationem, quod nequaquam existimat posse curari. Idcirco jurare se dicit, ut si non credimus promissioni Deo, credamus saltem; ro nostra salute juranti. Quam ob causam Jesus precatur, & dicit: Convertite nos Deus salutaris noster, & avertete furorè tuum à nobis. Et iterum: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo fortitudinem; avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Postquam enim fortitatem delictorum meorum virtutum decore mutavi, infirmitatem meam tuâ gratiâ roborasti. Ecce audio pollicentem: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non revertar, donec deficient; ut qui te ante laudabam, & inimicus eram, tuâ comprehendar manu. Ne cessas à persequendo, donec deficiam à via mea pessima, & revertar ad virum meum pristinum: qui mihi dabat linteamina mea, & oleum, & similam, & cibabat me pinguis cibus. Qui idcirco obsepit atque præcluserit vias meas pessimas, ut eam invenirem viam, quæ dicit in Evangelio: Ego sum via, veritas, & vita. Audiat prophetam loquentem: Qui seminant in lacry-

Cur jurat
Deus etc

Pf. 84.

Pf. 29.

Pf. 17.

Ioan. 14.

Pf. 125.

crymis, in gaudio metent. Euntes ibant & quibus
 bant, mittentes femina sua. Venientes autem re mor
 venient in exultatione, portantes manipe peccata
 suos. Et loquere cum eo: **Lavabo** per frons reverti
 noctes lectum meum, lacrymis meis stram viros E
 meum rigabo. Et iterum: Sicut desiderat nunciu
 vus ad fontes aquarum, ita desiderat anima cens
 ad te Deus. Sitivit anima mea ad te Deum illud Ap
 tem vivum. Factæ sunt mihi lacrymæ meæ cum fle
 per diem & noctem. Et in alio loco: Deus De stris lac
 meus, ad te de luce vigilo. Sitivit anima me rantes i
 quam multipliciter tibi caro mea. In terra neam fr
 ferta & in via & iniquosa, sic in sancto appo conver
 tibi. Quamquam enim sitierit te anima mea, rum: L
 men multo te carnis meæ labore quæsi, & tu me g
 in sancto apparere non potui: nisi prius in tu facies lu
 deserta à vitijs, & in via adversarijs potestatis verti, u
 & absque humore & rheumate ullius libit in injur
 commorarer. **FLEVIT** & Dominus super cor rem De
 tatem Hierusalem, quia non egisset pœnitent quæ fec
 tiam: & Petrus trinam negationem amaritud per om
 ne abluit lacrymarum, implevitque illud in quum si
 pheticum: Exitus aquarum deduxerunt oc quam se
 mei. Plangit & Hieremias populum non ager vertere
 tem pœnitentiam, dicens: Quis dabit car o nostra
 meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum provoc
 & plorabo populum istum per diem & noctem ad mel
 Cur autem plangat & desleat, sequenti ferm virum
 ne demonstrat: Nolite flere mortuum, neq; eà reve
 plangatis eum. Flete planctu qui egreditur non de
 quia non revertetur ultra. Nequaquam igitur Hebrai
 gentilis plangendus est & Judæus, qui in nis cod
 clesia non fuerunt, & semel mortui sunt tamen

P̄s. 6.

P̄s. 41.

P̄s. 62.

*Piorum
 est plora-
 re.*

Luc. 19.

Matt. 26.

P̄s. 118.

Hier. 9.

quibus Salvator dicit : Dimitte mortuos sepeli-
 re mortuos suos : sed hi , qui per scelera atque
 peccata egrediuntur de Ecclesia , & nolunt ultra
 reverti ad eam damnatione vitiorum Unde & ad
 viros Ecclesiasticos , qui muri & turres Ecclesie
 nuncupantur , loquitur sermo Propheticus , di-
 cens : Muri Syon , proferte lacrymas , implentes
 illud Apostoli : Gaudete cum gaudentibus , flete
 cum flentibus : ut dura corda peccantium ve-
 stris lacrymis provocetis ad fletum , ne perseve-
 rantes in malitia , audiant : Ego plantavi te vi-
 neam frugiferam , omne semen verum , quomodo
 conversa es in amaritudinem vitis alienae ? Et iterum :
 Ligno dixerunt Pater meus es tu : & lapidi ,
 tu me genuisti : & verterunt ad me dorsa sua , & non
 facies suas . Et est sensus . Noluerunt ad me con-
 verti , ut agerent poenitentiam , sed duritia cordis
 injuriam meam sua terga verterunt . Quamob-
 rem Dominus loquitur ad Hieremiam : Vidisti
 qua fecerunt mihi habitatio Israel ? Abierunt su-
 per omnem montem excelsum , subter omne li-
 gnum frondosum , & fornicati sunt , & dixi : Post-
 quam fornicata est , & fecit haec omnia , ad me re-
 vertere , & non est reversa . O clementia Dei :
 nostra duritia , dum & post tanta scelera nos
 provocat ad salutem : & ne sic quidem volens
 ad meliora converti . Si reliquerit , inquit , uxor
 virum suum , & alij nupserit , & voluerit post-
 ea reverti ad eum , nunquid suscipiet eam , &
 non detestabitur ? Pro quo scriptum est juxta
 Hebraicam veritatem , quod in Graecis & Lati-
 nis codicibus non habetur : Et tu reliquisti me ,
 tamen convertere , & suscipiam te , dicit
 Do-

*Qui moro-
 tus plan-
 gent.*

Matt. 8.

*Muri &
 turres*

Ecclesia.

Thren. 2.

Rom. 12.

Hier. 1.

Ibidem.

Hier. 38.

Hier. 38.

Dominus. Esaias quoque in eundem sensum
dem penè loquitur sermonibus : Convertimini
qui profundum consilium cogitatis , & iniqui
filij Israel : revertere ad me , & redimam te.
Deus , & non est alius præter me , justus & S.
tor non est absque me. Revertimini ad me , &
veneritis , qui estis in extremis terræ. Recordamini
horum , & ingemiscite , & agite pœnitentiam
erratis. Convertimini corde , & mementote
rum à seculo : quoniam ego sum Deus , & non
alius absque me. Scribit & Joel : Converti
ni ad me extoto corde vestro , in jejuniis
crymæ , & planctu : scindite corda vestra , &
vestimenta vestra. Misericors enim & misericors
est Dominus , & agens pœnitentiam super
lit js. Quantæ autem sit misericordiæ , &
(uti a loquar) nimia ineffabilisque clemens
Osee Propheta nos doceat , per quem loquitur
Deus : Quid tibi faciam Ephraim ? quoniam
te protegam Israel ? quid tibi , inquam , faciam ?
Sicut Adama ponam te , & sicut Seboim.
versum est cor meum in me , & conturbata est
nitudo mea. Nequaquam faciam tibi securam
iram furoris mei. Unde & David loquitur
Psalmis : Non est in morte qui memor sit tui
in inferno autem quis confitebitur tibi ? Et in
loco : Peccatum meum notum tibi feci , & iniqui
tiam meam non abscondi. Dixi , pronuntia
contra me iniquitatem meam Domino , &
peccati dimisisti impietatem * cordis mei ; Pro hac
ante te omnis sanctus in tempore oportuno
runtamen in diluvio aquarum multarum ad te
non approximabunt. VIDE quanta magna

Joel 2.

Osee 11.

Ps 6.

Ps 31.

* peccati

fletum, ut aquarum diluvis comparatur.
 quos qui habuerit, & dixerit cum Hieremia; *Thren. 2.*
 non fileat pupilla oculi mei, statim in illo com-
 bitur: misericordia & veritas obviaverunt *Pf. 84.*
 iustitia & pax deosculatæ sunt: ut si te iustitia
 eritasque servaverint, misericordia & pax pro-
 ceant ad salutem. Totam pœnitentiam pec- *Davidis*
 toris ostendit quinquagesimus Psalmus, quan- *pœniten-*
 ingressus est David ad Bersabee uxorem Uria *tia.*
 huius, & à Nathan Propheta correptus respondit *2. Reg. 11.*
 dicens: Peccavi: statimque meruit audire: Et *Ps. 12.*
 Dominus abstulit peccatum à te. Adulterio e-
 am junxerat homicidium, & tamen conversus *Pf. 50.*
 lacrymas: Misere, ait, mei Deus secundum
 magnam misericordiam tuam. Et secundum
 multitudinem miserationum tuarum, dele ini-
 quitatem meam. Magnum enim peccatum ma-
 gna indiget misericordia. Unde jungit, & di-
 cit: Multum lava me ab iniquitate mea, & à
 peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem
 meam ego cognosco, & peccatum meum con-
 tra me est semper. Tibi soli peccavi (Rex enim
 eram, alium non timebam) & malum coram te
 feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas
 cum iudicaris. Concluserunt enim Deus omnia sub *Gal. 3.*
 peccato, ut omnium misereatur. Tantumque
 profecit, ut dudum peccator & pœnitens trans-
 ferretur in magistrum, & dicat: Docebo iniquos *Pf. 50.*
 vias tuas, & impij ad te convertentur. Con- *Pf. 95*
 fessio enim & pulchritudo coram eo, ut qui sua
 peccata confessus, & dixerit: Putruerunt *Pf. 37.*
 & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipien-
 tiæ meæ; fœditatem vulnerum in sanitatis de-
 corem

Prov. 28. corem commutet. Qui enim abscondit inie-
 tem suam, non prosperabitur. Achab Re-
Achab pijsimus, vineam Nabuthæ cruore possedit
pœnitentia. cum Hiezabel non tam conjugio sibi, quam
3. Reg. 21 delitate conjuncta, Heliæ increpatione con-
 tur, Hæc dicit Dominus: Occidisti & posses-
 Et iterum In loco, in quo lixerunt canes
 guinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum
 & carnes Hiezabel canes comedent ante me
 Jezaël. Quod cum audisset Achab, scidit
 menta sua, & posuit saccum super carnem suam
 jejunavitque & dormivit in cilicio. Factusque
 sermo Domini ad Heliam, dicens: Quoniam
 * rever- veritus * est Achab faciem meam non indu-
 sus est ad malum in diebus ejus. Unum scelus Achab
 humili- Hiezabel, & tamen conversi ad pœnitentiam
 tatæ mei Achab pœna diffunditur in posteros, & Hiezabel
 causâ. in scelere perseverans præsentis judicio con-
 damnatur. Loquitur & Dominus in Evangelio
Matt. 12. Viri Ninivitarum surgent in judicium cum genera-
 tione hac, & condemnabunt eam, quia egerunt
Matt. 9 pœnitentiam in prædicatione Jonæ. Nonne
Luc 15 veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.
Ibidem. Drachma perit, & tamen invenitur in
 core. Nonaginta novem oves relinquuntur
 solitudine, & una ovis, quæ aberraverat, per
 humeris reportatur. Unde & lætitia Angelorum
Pœnitentia lætifi- est super uno peccatore pœnitentiam agentem.
cat cœlum Quanta felicitas, ut de salute nostra exultent
 lætitia? De quibus dicitur: Pœnitentiam agentem
Matt. 3. appropinquabit enim regnum cœlorum. Nonne
Et 4. in medio spatium. Mors & vita sibi contraria
Pœnitentia & tamen pœnitentiâ copulantur. Luxuria
 filius to
 pace
 Reverti
 natus:
 cipiat v
 audire
 menta
 ad Don
 te: & re
 tum est
 stitia ju
 peccav
 quacun
 que ju
 rita cor
 crimina
 cedit ju
 stus? S
 bulum
 resurgit
 septies
 tiam,
 plus dili
 lavat, &
 gentibu
 tuntur
 perbiâ
 tur. P
 summa
 eradice
 Si pœn
 quod lo
 ego pe

filius totam prodegerat substantiam : & procul à
 patre , vix porcorum cibus in ediam sustentabat.
 Revertitur ad patrem, immolatur ei vitulus sagi-
 natus : stolam accipit & annulum, ut Christi re-
 cipiat vestimentum, quod dudum polluerat, &
 audire mereatur : Candida sint semper vesti-
 menta tua : receptoque signaculo Dei proclamet
 ad Dominum: Pater, peccavi in cœlum & coram
 te : & reconciliatus osculo dicat ad eum : Signa-
 tum est super nos lumen vultus tui Domine. Ju-
 stitia iusti non liberabit eum in quacunque die
 peccaverit : & iniquitas iniqui non nocebit ei,
 quâcunque die conversus fuerit. **UNUMQUE**
QUE iudicat Deus sicut invenerit : nec præte-
 rita considerat, sed præsentia : si tamen vetera
 crimina novellâ conversione mutantur. Septies
 cadit iustus, & resurgit. Si cadit, quomodo ju-
 stus? Si iustus, quomodo cadit? Sed iusti voca-
 bulum non amittit, qui per pœnitentiam semper
 resurgit: Et non solum septies, sed septuagies
 septies delinquenti, si convertatur ad pœniten-
 tiam, peccata donantur. Cui plus dimittitur,
 plus diligit. Meretrix lacrymis pedes Salvatoris
 lavat, & crine detergit : & in typum Ecclesiæ de-
 gentibus congregatæ, meretur audire : Dimit-
 tuntur tibi peccata tua. Pharisæi iustitia perit su-
 perbiâ & publicani humilitas confessione salva-
 tur. Per Hieremiam contestatur Deus : Ad
 summam loquar contra gentem & regnum, ut
 eradicem, & destruam, & disperdam illud.
 Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo,
 quod locutus sum adversus eam : agam &
 ego pœnitentiam super malo, quod co-
 gita-

tia filij
 prodigi.

Luc. 15.

Eccle. 9.

Luc. 15.

Pf. 4.

Exec. 33.

Iudicium
 Dei.

Prov. 24.

Matt. 18.

Iustus ca-

dit & re-

surgit.

Luc. 7.

Magda-

lena &

publicani

pœniten-

tia.

Luc. 18.

Hier. 18.

gitavi ut facerem ei. Et ad summam loquar
per gente & regno, ut ædificem & plantem illud.
Si fecerit malum in conspectu meo, ut non au
diat vocem meam, pœnitentiam agam super bo
no, quod locutus sum, ut facerem ei. Statimque
infert: Ecce ego fingo coram vos malum, & cogi
to contra vos cogitationes. Revertatur unus
quisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, &
studia vestra. Qui dixerunt: Desperavimus: pœ
nitentiam enim nostras ibimus, & unusquisque
pravitatem cordis sui mali faciemus. Similiter
justus in Evangelio loquitur: Ecce hic positus est
in ruinam, & in resurrectionem multorum: in
ruinam scilicet peccatorum, & resurrectionem
eorum qui agunt pœnitentiam. Apostolus scribit
ad Corinthios: Auditur inter vos fornicatio
talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem
ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et vos impii
estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur
de medio vestrum, qui hoc opus fecit? Et in se
cunda ad eosdem epistola, ne abundantiori tribu
tiâ pereat qui ejusmodi est, revocat eum, & oblo
crat, ut confirmet super illum charitatem, ut qui
in cœstu perierat, pœnitentiâ conservetur. Nota
Lus enim mundus à peccato, nec si unius qu
dem diei fuerit vita ejus, innumerabiles autem
anni vitæ illius sine peccato transibunt? Alia
quoque ipsa non sunt munda in conspectu
jus, & adversus Angelos suos perversum qui
excogitavit. Si in cœlo peccatum, quanto ma
gis in terra? Si delictum in his, qui carere
tentatione corporeâ, quanto magis in nobis, qui
fragili carne circumdamur, ut cum Apostolo
carnis

Luc. 2.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

*Homo
nullus
absque
peccato.
Job. 25.*

Rom. 7.

cimus: Miser ego, quis me liberabit de corpore *Rom. 7.*
 mortis hujus? Non enim habitat in carne nostra
 bonum, nec agimus, quod volumus, sed quod no-
 lumus, ut aliud anima desideret, aliud facere caro
 cogatur. Quod si quidam justi appellantur in
 scripturis, & non solum justi, sed justus in conspe-
 ctu Dei, juxta illam appellantur justus justitiam,
 juxta quam supra dictum est: Septies cadit justus, *Prov. 2.*
 & resurget, & juxta quod iniquitas iniqui non *Ezec. 33.*
 nocebit ei, in quacunquē die conversus fuerit.
 Denique & Zacharias pater Joannis, qui scribi-
 tur justus, peccavit in eo, quod non credidit, &
 statim silentio condemnatur. Et Job, qui justus *Iob. 1.*
 & immaculatus, ac sine querela in principio vo-
 luminis sui scribitur, postea & Dei sermone & *Iob. 38.*
 confessione sui peccator arguitur. Si Abraham, *Gen. 42.*
 Isaac, & Jacob, Propheta quoque & Apostoli ne-
 quaquam caruere peccato, si purissimum triti-
 cum habuit mixtas paleas, quid de nobis dici po-
 test, de quibus illud scriptum est: Quid paleis
 ad frumentum, dicit Dominus? Et tamen paleæ
 futuro reservantur incendio: & zizania hoc tem-
 pore mixta sunt segetibus frumentorum, do-
 nec veniat, qui habet ventilabrum in manu sua, *Matt. 13.*
 & purgabit aream: ut congreget triticum in
 horrea, & quisquilias gehennæ igni combu-
 rat. *Matt. 3.*

Hæc omnia quasi per pulcherrima scriptura-
 rum prata discurrens, in unum locum volui con-
 gregare, & de speciosissimis floribus coronam ti-
 bitextere poenitentiae, quam imponas capiti tuo: *Pf. 54.*
 & allumas pennas columbæ, & voles, & requie-
 scas, & clementissimo reconcilieris patri. *Narra- Causa*

I

vic

scribenda
hujus e-
pistola.

vit mihi uxor quondam tua , nunc soror at-
conserua , quod iuxta præceptum Apostoli
consensu abstinueritis vos ab opere nuptiarum
ut vacaretis orationi : tuaque rursus vestigi-
1. Cor. 7. quasi in fallo posita fluctuasse, imò (ut apertius lo-
quar) esse prolapsa. Illa autem audisc à Domi-
Ezo. 34. cum Moyse : Tu verò hîc sta mecum, & dixit
Ps. 39. de Domino : Statuit supra petram pedes meos
Mat. 7. tuam domum , quæ fundamenta fidei solida non
habebat, postea diaboli turbine concidisse : porro
illius perstare in Domino, & suum tibi hospitium
non negare , ut cui prius conjunctus fueras cor-
1. Cor. 6. pore, nunc spiritu copuleris. Qui enim adhuc
Domino, unus spiritus est cum eo. Cùmque ve-
rabies barbarorum, & imminens captivitas terro-
raret, sub jurisjurandi testificatione pollicitus
ut ad sancta transeuntem loca vel statim, vel post
ea sequereris, & seruares animam tuam, quam
visus fueras negligentia perdidisse. Redde igitur
quod presente Domino spondidisti. Incerta est
vita mortalium : nec antè rapiaris, quam tuam
impleas sponsonem. Imitare eam, quam docere
debueras. Proh pudor, fragilior sexus vincit
3. Cor. 14. seculum, & robustior superatur à seculo. Tanti-
dux scemina facti est : & non sequeris eam, in cu-
jus salute candidatus es fidei ? Quod si te rei sa-
miliaris tenent reliquæ, ut scilicet mortes am-
icorum & civium videas, & ruinas urbium atque
villarum : saltem inter captivitatis mala, & terro-
res hostium vultus, & provinciæ tuæ infinita
naufragia teneto tabulam pœnitentiæ, & memem-
to conservæ tuæ, quæ tuam quotidie suspirat,
nec desperat salutem. Tu vagaris in patria, imò

non patria, quia patriam perdidisti: ista pro te in locis venerabilibus resurrectionis, & crucis, & incunabulorum Domini Salvatoris, in quibus parvulus vagijt, tui nominis recordatur, teque ad se orationibus trahit: ut si non tuo merito, saltem hujus fide salveris. Jacebat quondam paralyticus *Paralyti-* in lecto, & sic erat cunctis artubus dissolutus, ut *cus.* nec pedes ad ingrediendum, nec manus movere *Mar. 2.* posset ad precandum: & tamen profertur ab alijs, & restituitur pristinae saluti, ut portaret lectulum, qui dudum à lectulo portabatur. Et te igitur absentem corpore, presentem fide offert conserva tuo Domino Salvatori, & dic cum Cananæ: *Ma. 15.* *Filia mea malè à dæmonio vexatur.* Rectè enim animam tuam appellabo filiam animæ ejus, quæ sexus nescit diversitatem: quia te quasi parvulum atque lactentem, & necdum valentem sumere solidos cibos, invitat ad lac infantia, & nutricis tibi alimenta demonstrat: ut possis dicere cum Propheta: Erravi sicut ovis perdita: quære ser- *Ps. 118.* vum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus.

XI. Hieronymus Ruffino singulari. Quem de statu suo & familiarium, præsertim autem Bonost, certiore reddit.

Plus Deum tribuere, quàm rogatur, & ea sæpè concedere, quæ nec oculus vidit, nec auris *Ephes. 3.* audivit, nec in cor hominis ascenderunt, licet ex *1. Cor. 2.* sacrorum ministerio voluminum antè cognoverim, tamen in causa propria nunc probavi, Ruffine charissime. Ego enim qui audaci fieri satis

As 2.
Dan. 14.

Heliodo.
116.

voto credebam, si vicissitudine literarum imaginem nobis præsentia mentiremur: audite Ægypti secreta penetrare, monachorum invisere choros, & cœlestem interjis circumire familiam. O si mihi nunc Dominus Jesus Christus, vel Philippi ad Eunuchum, vel Abacuc ad Daniele translationem repente concederet, quam ego nunc tua arcus stringerem colla complexibus, quamque illud os, quod mecum vel erravit aliquando, vel sapuit, impressis figerem labijs. Verum quia non tam ad te sic venire, quam ad te sic ire non mereor, & invalidum etiam, cum sanum est corpusculum, crebri fregere morbi: has me vicarias, & tibi obvias mitto, quæ te copulâ amoris innexum ad me usque perducant. Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi est felicitas nuntiata. Non credebam certum, quod certum esse cupiebam, præsertim cum & ille ab alio audisse se diceret, & rei novitas fidem sermonis auferret. Rursum suspendam voto nutante mentem, quidam Alexandrinus monachus, qui ad Ægyptios confessores, & voluntate jam martyres, pio plebis jam fuerat transmissus obsequio, manifestus ad credulitatem nuntij autor impulerat. Fateor & in hoc meam labasse sententiam. Nam cum & patriam tuam ignoraret & nomen, in eo plus tum videbatur asserre, quod eadem assererat quæ jam alius indicaverat. Tandem plenum veritatis pondus erupit. Rufinum enim Nitriæ esse, & ad beatum perrexisse Macarium, crebra comitantium multitudo referebat. Hoc vero tota credulitatis fræna laxavi, & tunc vere ægotum me esse dolui. Et nisi me attenuatæ corporis

portis vires quādam compede præpedissent, i
 mediz fervor æstatis, nec navigantibus semp
 incertum mare pia cum festinatione gradie
 valuisset obsistere. Credas mihi frater, non
 tempestate jactatus portum nauta prospicit, n
 sic patientia imbres arva desiderant, non sic curv
 assidens littori anxia mater filium expectat. Post
 quam me à tuo latere subitus turbo convulsit,
 postquam glutino charitatis hærentem impia di
 straxit avulsio, tunc mihi cæruleus supra caput
 astutit imber, tunc maria undique, & undique cœ
 lum. Tandem in incerto peregrinationis erian
 ti, cum me Thracia, Pontus, atque Bithynia, to
 tūque Galatiæ & Capadociæ iter, & fervido
 Cilicum terra siegisset astu, Syria in hunc veluti
 fidissimus naufragio portus occurrit. Ubi ego
 quicquid morborum esse poterat, expertus, è duo
 bus oculis, unum perdidit. Innocentium enim
 partem animæ meæ, repentinis febrium ardor
 abstraxit. Nunc uno & toto mihi charissimo lu
 mine Evagrio nostro fruor, cui ego semper infir
 mus ad laborem cumulus accessi. Erat & nobil
 cum Hylas sancti Melanij famulus, qui puritate
 morum maculam servitutis abluerat, & hic nec
 dum obductam rescidit cicatricem. Verum quia
 de dormientibus contristari Apostoli voce prohi
 bēmur, & nimia vis mœroris læto superveniente
 nuntio temperata est, indicamus tibi, ut si necis,
 discas: si antè cognovisti, pariter gaudeamus.
 Bonosus tuus, imo meus, & (ut verius dicam) no
 ster, scalam præfagatam Jacob somniantē jam
 scandit, portat crucem suam: nec de crastino co
 gitat, nec post tergum respicit: seminat in lacry
 mis.

*Innocen-
tius EVA-
grius.*

*Hylas
alias
Helias.*

1. Thes. 4.

*Bonosus
mona-
chus lau-
datur.*

Pf. 129.

Numb. 21. mis, ut in gaudio metat, & sacramento Moyse sepentem in eremo suspendit Cedant huic veritati tam Græco, quàm Romano stylo mendacis facta miracula. Ecce puer honestis seculi nobiscum artibus institutus: cui opes affatim, dignitas apprimè inter æquales erat: contempta matre, seronibus, & charissimo sibi germano. Insulam per lago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes & nuda saxa, & solitudo terrori est, quasi quidam novus paradisi colonus infedit. Nullus ibi agricolarum, nullus monachorum, ne parvulus quidem, quem nosti, Onesimus, quo velut fratre in osculo fruebatur, in tanta vastitate adhæret lateri comes. Solus ibi, imò jam Christo comitante non solus, videt gloriam Dei, quam etiam Apostoli nisi in deserto non viderant. Non quidem conspiciunt turritas turres, sed in novæ civitatis censis dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformi: sed sic melius obviam Christo rapietur in nubibus. Nulla riparum amœnitate perfruitur, sed de latere Domini aquam vitæ bibit. Proponet tibi ante oculos amice dulcissime, & in præsentiam rei totus animo ac mente convertere. Tunc poteris laudare victoriam, cum laborem præliantis agnoveris. Totam circa Insulam fremmit insanum mare, & sinuosis montibus illi sumis scopulis æquor reclamat. Nullo terra germine viret, nullis vernans campus densatur umbraculis. Abruptæ rupes, quasi quendam horrois carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus, & totus de Apostolo armatus, nunc Deum audit, dum divina re legit: nunc cum Deo loquitur, cum Dominum rogat; & fortasse ad exemplum Joannis aliquid

Matt. 17.

1. Thes. 4.

quid videt, dum in Insula commoratur. Quas
 nunc diabolum necere credis tricas? quas para-
 re arbitraris insidias? Forſitan antiquæ fraudis
 memor, famem ſuadere tentabit. Sed jam illi re-
 ſponſum eſt: Non in ſolo pane vivit homo. Opes
 forſitan & gloriam proponet, Sed dicetur illi: Qui
 cupiunt divites fieri, incidunt in muſcipulam &
 tentationes. Et: Mihi omnis gloriatio in Chriſto
 eſt. Feſſa membra jejunijs morbo gravante con-
 cutiet, ſed Apoſtoli repercutietur eloquio: Quan-
 do infirmor tunc fortior ſum: & virtus in infirmi-
 tate perſcitur. Minabitur mortem, ſed audiet:
 Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Ignita jacu-
 la librabit, ſed excipientur ſcuto fidei. Et ne mul-
 ta, impugnabit Sathanas; ſed tutabitur Chriſtus.
 GRATIA tibi Domine Jeſu, quod in die tua
 habeo, qui pro me te poſſit rogare. Scis ipſe (ti-
 bi enim patent peſtora ſingulorum, qui cordis
 arcana rimaris: qui tantæ beſtiæ alvo incluſum
 Prophetam in profundo vides) ut ego & ille à
 tenera infantia pariter ad florentem uſque ado-
 leverimus ætatem: ut ijdem nos nutricum ſinus,
 ijdem amplexus ſoverint bajulorum. Et cum poſt
 Romanæ ſtudia ad Rheni ſemibarbaras ripas eo-
 dem cibo, pari fruermur hoſpicio, ut ego primus
 ceperim velle te colere, memento quæſo hunc
 bellatorem tuum, mecum quondam fuiſſe tyro-
 nem. Habeo promiſſum majeſtatis tuæ. Qui do-
 cuerit, & non fecerit, minimus vocabitur in re-
 gno cœlorum. Qui autem docuerit & fecerit,
 maximus vocabitur in regno cœlorum. Fruatur
 ille virtutis coronâ, & ob quotidiana martyria
 ſtolatus agnum ſequatur. Multæ ſunt manſio-

*Matt. 4.**1. Tim. 6.**Vincenda**tentatio-**nes da-**monis est**verbo.**Dei.**2. Cor. 12.**Phil. 1.**Ephes. 6.**Agit Deo**gratias**de Bono-**ſo.**Pſ. 7.**Ion. 2.**Matt. 5.**Ioan. 14.*

1. Cor. 13. nes apud patrem. Et stella à stella differt in claritate. Mihi concede, ut inter sanctorum caput possim levare calcanea: ut cum ego voluerim, ille perfecerit: mihi ignoscas, quia implere non potui: illi tribuas præmium, quod meretur. Plura fortasse, quam epistolæ brevitatis patiebatur, longo sermone protraxerim: quod mihi semper accidere consuevit, quando aliquid de Bonis nostri laudè dicendum fuit. Sed ut ad illud rediream, unde discesseram. *OR SECRE* te, ne amicum, qui diu quæritur, vix invenitur, difficile servatur, pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat quilibet auro, & pompaticis ferculis coruscet ex sarcinis metalla radiens. Caritas non potest comparari: Dilectio pretium non habet. Amicitia, quæ desinere potest, vera nunquam est. Vale in Christo.

*Amicus
i. d. u.*

Charitas

XIV. *Heronymus Nepotiano. Huic petenti præsentibus modum vivendi: simulq; tradit præclara & avaræ usæ præcepta clericis, sacerdotibus, monachis, & Ecclesiasticis omnibus observanda.*

Petis à me, Nepotiane charissime, literis transmarinis, & crebrò petis: ut tibi brevi volumine digeram præcepta vivendi, & quâ ratione qui seculi militiâ derelictâ, vel monachus esse coeperit, vel clericus, rectum Christi tramitem teneat, ne ad diversa vitiorum diverticula rapiatur. Dum essem adolescens, imò penè puer, & primos impetus lascivientis ætatis eremi duritiâ refrenarem, scripsi ad avunculum tuum sanctum Helio-

Helioc
lacrym
monstr
tunc lu
dij's at
depinx
gis fr
learibu
gus:
mnia f
cum: M
Marin
corpor
sapient
elemo
sus, per
standi
guenti
molyne
cuncta
re min
& adhi
re & a
niâ, &
sunt, fr
atate
poris b
& carr
suffoe
rem. S
tiam se
ge Do
doctio

Heliodorum epistolam exhortatoriam plenam
 lacrymis querimonijsque, & quæ deserti sodalis
 monstraret affectum. Sed in illo opere pro ætate
 tunc lusimus: & calentibus adhuc Rhetorum stu-
 dijs atque doctrinis, quædam scholastico flore
 depinximus. Nunc jam cano capite, & arata ru-
 gis fronte, instar boum pendentibus à mento pa-
 learibus: Frigidus obsistit circum præcordia san-
 guis. Unde & in alio loco idem Poëta canit: O-
 mnia fert ætas, animum quoque. Et post modicum:
 Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque
 Martini Jam lugit ipsa: OMNES penè virtutes
 corporis mutantur in senibus, & crescente solâ
 sapientiâ decrescunt ceteræ, jejania, vigiliæ, &
 elemosinæ, chameuniæ, * huc illuc que discursus,
 peregrinorum susceptio, defensio pauperum,
 stanti in oratione perseverantia, visitatio lan-
 guentium, labor manuum, unde præbeantur elec-
 mosinæ. Et, ne sermonem longius protraham,
 cuncta, quæ per corpus exercentur, fracto corpore
 minora fiunt, Nec hoc dico, quod in juvenibus
 & adhuc solidioris ætatis, his duntaxat, qui labore
 & ardentissimo studio, vitæ quoque sanctissimo-
 niâ, & orationis frequentia, scientiam consequuti
 sunt, frigeat sapientiâ, quæ in plerisque senibus
 atate marcescit: sed quod adolescentia multa cor-
 poris bella sustineat, & inter incentiva vitiatorum,
 & carnis titillationes, quasi ignis in lignis viridibus
 suffocetur, ut suum non possit explicare fulgo-
 rem. Senectus verò rursus eorum, qui adolescentiam
 suam honestis artibus instruxerunt, & in lege
 Domini meditati sunt die ac nocte, atate fit
 doctior, * usu tritior, processu temporis sapien-
 tior.

*Senam
 conditio.
 Virgil.*

* humili
 dormi-
 tiones,

*Senectus
 comen-
 da
 laudos.
 * rigi-
 dior,*

I s

*Themi-
stocles
Pindarus.*

uor, & veterum studiorum dulcissimos fructus
metit. Unde sapiens ille vir Græciæ Themistocles, cum expletis centum & septem annis se mori cerneret, dixisse fertur: dolere se, quod tunc egrederetur è vita, quando sapere cœpisset, Plato octogesimo primo anno scribens, mortuus est. Iſocrates nonaginta novem annos in docendi scribendique labore complevit. Taceo cæteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem & Cleanthem: qui jam ætate longævâ in sapientiæ studijs floruerunt. Ad Poetas venio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum: qui grandes ætate, cygneum nescio quid, & solito dulcius, vicinâ morte ceciderunt. Sophocles cum propter nimiam senectutem & rei familiaris negligentiam à filijs accusaretur amentitiæ; Oedipi fabulam, quam nuper scripserat, recitavit iudicibus, & tantum sapientiæ in ætate jam fracta specimen dedit, ut severitatem tribunalium in theatri favorem converteret. Nec mirum, cum etiam Cato Censorius & Romanæ generis disertissimus jam & senex, Græcæ literas discere nec erubuerit, nec desperaverit. Certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris jam vetuli, & penè decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.

Sophocles.

Cato senex Græcæ didicit.

Quorsum hæc tam longo repetita principio? Ne à me quæras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, verborum lenocinia, & per fines capitulorum singulorum acuta quædam breviterq; conclusa, quæ plausus & clamores excitant audientium. Audi igitur ut beatus Cyprianus ait, non diserta, sed fortia, Audi fratrem collegio patrem

trem senio, qui te ab incunabilis fidei, usque ad
 provectam ducat ætatem, & per singulos gradus
 præcepta vivendi constituens, in te ceteros eru-
 diat. Scio quidem ab avunculo tuo beato Helio-
 doro, qui nunc Pontifex Christi est, te & didicif-
 se quæ sancta sunt, & quotidie discere, normam-
 que vitæ ejus, exemplum habere virtutum. Sed
 & nostra, qualiacunque sunt, suscipe, & libellum
 hunc libello illius copulato, ut cum ille te mona-
 chum erudierit, hic clericum doceat te esse per-
 fectum. Igitur Clericus, qui Christi servit Eccle-
 sia, interpretetur primò vocabulum suum, & no-
 minis definitione prolata, nitatur esse quod dici-
 tur. Si enim eleros Græcè, fors Latinè appella-
 tur, propterea vocantur Clerici, vel quia de forte
 sunt Domini, vel quia Dominus ipse fors, id est,
 pars Clericorum est. Qui autem vel ipse pars Do-
 mini est, vel Dominum partem habet, talem se
 exhibere debet, ut & possideat Dominum, & ipse
 possideatur à Domino. Qui Dominum possidet,
 & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus: ni-
 hil extra Dominum habere potest. Si autem ego
 pars Domini sum, & funiculus hereditatis ejus,
 nec accipio partem inter ceteras tribus, sed qua-
 si Levita & sacerdos vivo de decimis, & altari
 serviens, altaris oblatione sustentor, habens vi-
 stum & vestitum, his contentus ero: & erucem
 nudam nudus sequar. Obsecro itaque te, & repe-
 tens iterumque iterumque monebo, ne officium
 clericatus genus antiquæ militiæ putes, id est, ne
 lucra seculi in Christi quæras militia. MENSU-
 RAM tuam pauperes & peregrini, & cum illis
 Christus conviva noverit. Negotiatorem cle-
 ricum,

*Heliodo-
rus.*

*Clerici
nomen
quia sibi
velit.*

Thren. 3.

Num. 18.

1. Tim. 6.

*Mensa
clerici.*

ricum, & ex inope divitem, & ex ignobili gloria
 sum, quasi quandam pestem fuge. Corrupti sunt
 mores bonos confabulationes pessima. Tu uerum
 contemnis, alius diligit: tu calcas opes, alius
 sectatur: tibi est cordi silentium, mansuetudo, se-
 cretum, illi verboritas, atrita frons, fora platearum
 & platearum, ac medicorum tabernarum. In tanta
 discordia, quæ potest esse concordia? Hospitium
 tuum aut raro, aut nunquam mulierum
 pedes terant. OMNES puellas & virgines Christi
 aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne
 sub eodem testamento mansites: nec in præterita cal-
 tate confidas. Nec Samfone fortior, nec Davi-
 dæ sanctior, nec Salomone potes esse sapientior.
 MEMENTO semper, quod paradisi colonum de
 possessione sua mulier eiecit: Ægrotanti tibi
 sanctus quilibet frater assistat, & germana, vel
 mater, aut probata quælibet apud homines fide-
 lis. Quod si huiusmodi non fuerint consanguinitatis
 castimoniarumque personarum, multas anus nutu
 Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficium
 accipiant ministrando: ut infirmitas quoque tua
 fructum habeat elemosynarum. Scio quosdam co-
 valuisse corpore, & animo ægrotare cepisse. Pe-
 riculosè tibi ministrat, cujus vultum frequenter
 attendis. Si propter officium clericatus aut vidua
 à te visitatur, aut virgo, nunquam domum solus
 introeas. Talesque habeto socios, quorum contum-
 bernio non infameris. Si lector, si acolytus, si psal-
 mista te sequitur, non ornentur veste, sed mori-
 bus: nec calamistro crispent comas, sed pudicitia
 habitu polliceantur. Solus cum sola, secreto
 absque arbitris ne se deas. Si familiaris est aliquis

*Mulierum
 familia-
 ritas cle-
 rico ca-
 venda.*

Gen. 3.

loquendum, habet nutricem majorem domus :
 virginem, viduam, vel maritatam; non est tam in-
 humana, ut nullam præter te habeat, cui se audeat
 credere. Cave omnes suspiciones : & quicquid
 probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante devita.
 Crebra munuscula & sudariola, & fasciolas, & ve-
 stes ori applicatas, & degustatos cibos, blandasque
 & dulces literas sanctus amor non habet. Mel
 meum, lumen meum, meumque desiderium Chri-
 stus est. Omnes delicias & lepores, & risu dignas
 urbanitates, & cæteras ineptias amatorum in co-
 mædijs erubescimus, in seculi hominibus dete-
 stamur : quanto magis in monachis & clericis,
 quorum & sacerdotium proposito, & propositum
 ornatur sacerdotio? Nec hoc dico, quod aut in te,
 aut in sanctis viris ista formidem, sed quod in o-
 mni proposito, in omni gradu & sexu & boni &
 mali reperiantur: malorumque condemnatio, laus
 bonorum sit. Pudet dicere, sacerdotes idolorum,
 mimi, aurigæ, & scorta hæreditates capiunt : solis
 clericis & monachis hoc lege prohibetur, & non
 à persecutoribus prohibetur, sed à principibus
 Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo, tur-
 meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est :
 sed quò mihi vulnus, ut indigeam cauterio? Pro-
 vida severaq; legis est cautio: & tamen nec sic re-
 franatur avaritia. Per fidei commissa legibus illu-
 dimus. Et Quasi majora sint Imperatorum scita
 quam Christi, leges timemus, & Evangelia con-
 temnimus. Sit hæres & mater filiorum, id est, gre-
 gis sui, Ecclesia : quæ illos genuit, nutrit, & pa-
 vit. Quid nos inferimus in matrem & liberos?
 Gloria Episcopi est, pauperum opibus providere.

De sper- IENOMINIA omnium sacerdotum, proprijs su-
 nentis fa- dere divitijs. Natus in paupere domo, & in tugurio
 cultati- rustico : qui vix milio & cibario pane in-
 bus, gientem ventrem saturare poteram: nunc similia
 & mella fastidio. Novi & genera & nomina pro-
 scium: in quo littore concha lecta fit, calleo: saporibus
 & viam discerno provincias, & ciborum me-
 pretiosorum raritas, ac novissime damna ipsa de-
 lectant. Audio praterea in senes & anus absque
 liberis quorundam turpe servitium. Ipsi apponunt
 matulam, obsident lectum, & purulentiam stoma-
 echi, & phlegmata pulmonis manu propria susci-
 piunt. Pavent ad introitum medicis: tremantibus
 que labijs, an commodius habeant, sciscitantur:
 & si paululum senex vegetior fuerit, periclitantur:
 simulatque latentiam mens intrinsecus avata
 torquetur. Timent enim, ne perdant ministerium,
 & vivacem senem Mathusalem annis com-
 parant. O QUANTA apud Deum merces, si unquam
 quisque in presenti pretium non speraret. Quantis
 sudoribus hereditas casta expetitur? Minoris la-
 bore margaritum Christi emi poterat. DIVINAS
 scripturas sapius lege, imò nunquam de manibus
 tuis sacra lectio deponatur. Disce quod doceas:
 obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem
 sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana,
 & contradicentes revincere. Permane in his,
 quæ didicisti, & credita sunt tibi. sciens à quo di-
 diceris: paratus semper ad satisfactionem omni-
 poscenti te rationem, de ea, quæ in te est, spe-
 NO N confundant opera tua sermonem tuum: ne-
 cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respon-
 deat: cur ergo hæc dicis, ipse non facis? Delicatus

Matth. 13.

*De studio
 scriptu-
 rarum.*

Tit. 1.

2. Tim. 3.

1. Pet. 3.

*Clericus
 vitam do-
 ctrinam
 suam cõ-
 probat.*

magister est, qui pleno ventre de jeunijs disputat
 Accusare avaritiam & latro potest. SACERDOTIS *De obe-*
 Christi mens, vita, osq; concordet. *Esto subiectus*
 pontifici tuo, & quasi anima tua parente suscipe. *Malac. 1.*
 Amare filiorum, timere servorum est. Si pater sum, *Loquitur*
 inquit, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi *de Helio-*
 est timor meus? Plura tibi in eodem viro observan- *doro Epi-*
 da sunt nomina: Monachus, pontifex, avunculus *scopo, cir-*
 tatus, qui te in omnibus, quae sancta sunt, docuit. *Il-*
 lud etiam dico, quod Episcopi Sacerdotes se esse *hic Ne-*
 noverint, non Dominos: honorent clericos, quasi cle- *potianus,*
 ricos, ut & ipsis a clericis quasi Episcopis honor de- *Episcopo-*
 feratur. Scitum illud est oratoris Domitij: Cur ego, *rum effi-*
 inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas *si iuriga*
 ut senatorem? Quod Aaron & filios eius, hoc esse *clericos.*
 Episcopum & presbyteros noverimus: unus Dominus, *Dicitur*
 unum templum, unum sic etiam & ministerium. Re- *Domitij*
 cordamur semper quid Apostolus Petr^{us} praecipiat *Casaris.*
 sacerdotibus: Pascite eum, qui in vobis est, gregem *1. Pet. 2.*
 Domini, providentes non coacti, sed spontaneum secun-
 dum Deum: neque ut turpis lucri gratia, sed volun-
 tate: neque ut dominantes in clerum, sed forma
 facti gregis & ex animo: ut cum apparuerit princeps
 pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriae co-
 ronam. **DOCENTE** te in Ecclesia, non clamor po-
 puli, sed gemitus suscitetur. Lacrymae auditorum
 laudes tuae sint. Sermo presbyteri scripturarum
 lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse,
 & rabulam, garrulumque sine ratione, sed myste-
 riorum peritum, & sacramentorum Dei tui eru-
 ditissimum. Verba volvere, & celeritate dicendi
 apud imperitum vulgus admirationem sui face-
 re, **indoctorum hominum est.** **Attrita** frons in-
 ter-

Concio-
natori
obser-
vanda.

*Præceptor
Hierony-
mi,
Luce. 6.*

terpretatur sapè quod nescit : & cum alijs suale
rit , sibi quoque usurpat scientiam. Præceptor
quondam meus Gregorius Nazianzenus , roga-
tus à me ut exponeret , quid sibi vellet in Luce
sabbathum *divte gèw gawoy*, eleganter lusit : Doce-
bote, inquit, super hac re in Ecclesia, in qua
mibi omni populo acclamante, cogaris invitus
scire, quæ nescis : aut certè si solus tacueris, solus
ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nil tam fa-
cile, quàm vilem plebeculam, & indoctam con-
cionem linguæ volubilitate decipere : quæ quic-
quid non intelligit, plus miratur. M. Tullius, apud
quem pulcherrimum illud elogium est, Demo-
sthenes tibi praripuit, ne esses primus orator : tu
illi, ne solus in oratione pro Quinto Ligario Gal-
lo, quid de favore vulgi, & de imperitis concio-
natoribus loquatur, attende, ne his fraudibus il-
ludaris. Loquor enim, quæ sum ipse nuper exper-
tus. Uaus quidam Poëta nominatus, homo pe-
ligeratus, cujus sunt illa colloquia poëtarum et
philosophorum, cum faceret Euripidem & Me-
nandrum inter se, & alio loco Socratem atque Ep-
picurum differentes : quorum ætates non annis,
sed seculis scimus fuisse disjungas : atque is quan-
tos plausus & clamores movet ? Multos enim
condiscipulos habuit in Theatro, qui literas si-
mul didicerunt. Vestes pullas æquè de vita, ut
candidas. ORNATUS & sordes pari modo fugi-
enda : quia alterum delicias, alterum gloriam
redolet. Non absque amictu lineo incedere, sed
pretium vestium linearum non habere, laudabile
est. Alioquin ridiculum & plenum de decoris, re-
serto marsupio, quod sudarium orariumque non

*In vesti-
bus obsco-
randa
Clavico.*

habeas, gloriari. Sunt qui pauperibus paulim tribuunt, ut amplius accipiant, & sub prætenu elemosynæ querunt divitias, quæ magis venatio appellanda est, quàm elemosyna. Sic bestia, sic aves, sic capiuntur & pisces. Modica in hamo esca ponitur, ut matronarum in eo lacchi protrahantur. Sciat Episcopus, cui commissæ est Ecclesia, quem dispensationi pauperum curaque præficiat. Melius est non habere quod tribuas, quàm impudenter petere quod recondas. Sed & genus arrogantia est, clementeremte videri velle, quàm pontifex Christi est. Non omnia possumus omnes. Alius in Ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, alius venter, & cætera. Lege Pauli epistolam ad Corinthios, ubi diversa membra unum corpus efficiunt. Nec rusticus tamen & simplex frater ideo se sanctum putet, si nihil nocuerit: nec parvus & eloquens linguâ æstimet sanctitatem. **MULTO QUÆ** melius est è duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam, quàm eloquentiam peccatricem. Convivia tibi vitanda sunt *De consularium*, maximè horum, qui honoribus *vivijs nõ* tument. Turpe est ante fores sacerdotem Christi *instruen-* crucifixi & pauperis, & qui cibo quoque *dis,* seebatur alieno; inter lictores consulum, & milites excubare: judicemque provincie melius est apud te prandere, quàm te in palatio. Quod si obrenderis te facere hæc, ut roges pro miseris atque subjectis: iudex seculi plus desert clerico continenti, quàm diviti: & magis sanctitatem tuam veneratur, quàm opes. Aut si talis est, qui non audiat clericos, nisi inter calices & phialas.

las, libenter carebo hujuscemodi beneficio, Christum rogabo pro iudice, qui magis subvenire potest, quàm iudex. Melius est enim confidere in Domino, quàm confidere in homine. Melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. NUMQUAM vinum redoleas, ne audias illud. Philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Vinolentos sacerdotes & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Qui altaria deferviunt, vinum & siceram non bibant. Siceram Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest, sive illa quæ frumento conficitur, sive pomorum succo, aut favi decoquantur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisquæ frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & statum mentis evertit, fugè similiter vitium. Nec hoc dico, quòd Dei à nobis creatura damnetur (siquidem & Dominus vini potator appellatus est: & Timotheo dolenti stomachum, modica vini sorbitio relaxata est) sed modum pro ætatis & valetudinis, pro corporum qualitate exigimus in potando. Quòd si absque vino ardeo, & ardeo adolescentiâ, & inflammor calore sanguinis, & succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. Pulchrè dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos aequè resonet: PINGUIS venter non gignit * sensum tenuem. Tantum tibi jejuniorum modò impone, quantum ferre potes. Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa jejunia. Quid prodest oleo non vesci, & molestias quasdam, difficultatesque ciborum querere,

Ps. 117.

*De usu
vini.*

1. Tim. 3.

Lev. 10.

Siceram.

Poculus

clericorū.

Matt. 11.

1. Tim. 5.

** mentē.*

De jeju-

nijs.

ere, caricas, piper, nuces, palmarum fructus, similam, mel, pistacia? Tota hortorum cultura vexatur, ut cibario non vescamur pane, & dum delicias sectamur, à regno cœlorum retrahimur.

Audior præterea, quosdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere: nec vesci pane, sed sorbitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumque succum non calice sorbere, sed conchâ. Prò pudor, non erubescimus hujusmodi ineptijs: nec tædet superstitionis? Insuper etiam famam abstinentiæ in delicijs quærimus.

FORTISSIMUM jejunium est aqua & panis Sed quia gloriam non habet, & omnes pane & aquâ vivimus, quasi publicum & commune jejunium non putatur. Cave ne hominum rumusclos aucuperis: ne in offensam Dei populorum laude commutes. Si adhuc (inquit Apostolus) hominibus placere, Christi servus non essem. Desijt placere hominibus, servus factus est Christi PER bonam & malam famam, à dextris & à sinistris Christi miles graditur: nec laude extollitur: nec vituperatione frangitur: non divitijs tumer, non contrahitur paupertate, & læta contemnit & tristia. Nolo te orare in angulis platearum, ne re-

rum iter precum tuarum frangat aura popularis. Vis scire quales Dominus quærat ornatus? Habeto prudentiam, justitiam, temperantiam, fortitudinem. His cœli plagis includere: hæc te quædriga in altum, velut aurigam Christi, ad metam concitum ferat. Nihil hoc monili pretiosius, nihil hæc gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atque protegeris: & hæc ornamento tibi sunt & munimini, & tutamini: gemmæ

VER-

*Hic dicitur
innatur
luxus,
& crapa-
pula huius
jussu rem-
pore.*

*De fugi-
do vulgi
aplausu.*

Gal. 1.

2. Cor. 6.

Matt. 6.

*De vir-
tutibus
cardina-
libus.*

*Contra
detrac-
tionem.
Ps. 49.*

** con-
scientiã.*

Pro v. 2.

** non ig-
norare.*

*Castitas
clericorũ.*

vertuntur in scuta. CAVE quoque, ne aut
guam, aut aures habeas prurientes, id est, ne
ipse alijs detrahas, aut alios audias detrahen-
Sedens, inquit, adversus fratrem tuum detra-
bas: & adversus filium matris tuæ ponebas
dalum. Parce à detractiõne linguæ: custodi
monestuos, & scito, quia cuncta, quæ de alijs
queris, tuâ * sententiã judicaris: in his
deprehendendas eris, quæ in alijs arguebas.
que vero justa est illa excusatio: Referen-
alijs, injuriam facere non possunt. Nemo in
auditori libenter refert. Sagitta in lapidem
quam sigitur; interdum rebiliens percutit d-
tem. DISCAT detractor, dum te videt non
* erandire, non facile detrahere. Cum detra-
ribus (ait Salomon) ne commiscearis: quoniam
repentẽ veniet perditio eorum, & ruinam
que quis novit? tam videlicet ejus qui detrahit
quàm illius, qui aurem accommodat detractori.
Officij tui est visitare languentes, non
matronarum ac liberos earum, & nobilium
rum * custodire secreta. Officij tui est non
lum oculos castos servare, sed & linguam.
quam de formis mulierum disputès: nec quid
cujusquam domo agatur, alia domus per te no-
rit. HIPPOCRATES adjurat discipulos
antequam doceat, & in verba sua jurare com-
lit: extorquet sacramento silentium, sermone
incessum, non a suetudinem, habitum moreseque
scribit. Quanto magis nos, quibus animarum
dicina commissã est, omnium Christianorum
mos quasi proprias amare debemus? Conso-
lari potius nos in maceribus suis, quàm con-

vas in prosperis noverint. FACILE contemhi-
 tur clericus, qui sapè vocatus ad prandium, ve-
 nire non recusat. Nunquam petentes, raro acci-
 piamus rogati. Nescio quo enim modo etiam i-
 ple, qui deprecatur ut tribuat, cum acceperis, vi-
 sionem te iudicat: & mirum in modum si rogan-
 tem contempseris, plus te posterius venera-
 tur. Prædicator continentia nuptias ne concii-
 liet. Qui Apostolum legit: Superest, ut qui ha-
 bent uxores, sic sint quasi non habentes: cur vir-
 ginem cogit ut nubat? Qui de monogamia sa-
 cerdos est, quare viduam hortatur, ut digama sit?
 Procuratores & dispensatores domorum aliena-
 rum atque villarum, quomodo possunt esse cleri-
 ci, qui proprias iubentur contemnere facultates?
 Amico quippiam rapere, furtum est, ECCLESIAM
 fraudare, sacrilegium est. Accepisse pauperibus
 erogandum, & esurientibus plurimis, vel cautum
 esse velle, vel timidum: aut (quod apertissimi-
 sceleris est) aliquid exinde subtrahere, omnium
 prædonum crudelitatem superat. Ego alter fame
 torqueor, & tu iudicas, quantum ventri meo sa-
 tis sit: aut divide statim quod acceperis, aut, si ti-
 midus dispensator es, dimitte largitorem, ut sua
 sponte ipse distribuat. Nolo sub occasione mea
 sacculus tuus plenus sit. Nemo me melius mea
 servare potest. OPTIMUS dispensator est, qui sibi
 nihil reservat. Coegisti me, Nepotiane charissi-
 me, lapidato jam virginitatis libello, quem sanctæ
 Eustochio Romæ scripseram, post annos de-
 cem rursus Bethleem ora referare, &
 confodiendum me linguis o-
 mnium prodere.

*Abstinentia
 dicitur à
 convivio.*

**miratur*

1. Cor. 7.

*De dispē-
 sandis
 bonis a-
 liorum
 Ecclesie.*

ut ostendam tibi variorum pulchritudinem florum: quid in se lilia habeant puritatis: quid rosa verecundiæ possideat: quid violæ purpura promittat in regno: quid rutilantium spondeat pictura gemmarum. Jam enim propitio Deo, *Luc. 9.* *Matt. 24.* iam tenes: jam in tectum atque solarium cum Petro Apostolo conscendisti. Totum quod apprehensâ manu insinuare tibi cupio, quod quasi doctus nauta post multa naufragia, rudem conor instruere vectorem, illud est, ut in quo litore pudicitia pirata sit noveris, ubi charybdis & *In medijs* radix omnium malorum avaritia, ubi Scyllæi *hostium* obtretratorum canes, de quibus Apostolus loquitur: *periculis* Ne mordentes invicem, mutuo consumamini: *visitur.* quomodo in media tranquillitate securi, Lybicis interdum vitiorum syrtribus obruamur: *Gal. 5.* quid venenatorum animantium, desertum hujus seculi nutriat. NAVIGANTES rubrum mare, in quo optandum nobis, ut verus Pharao cum *Exod. 14.* suo mergatur exercitu, multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximam perveniunt. Utroque in litore gentes vagæ, imò belluæ habitant ferocissimæ. Semper solliciti, semper armati totius anni vehunt cibaria. Latentibus saxis vadisque durissimis plena sunt omnia, ita ut speculator & doctor in summa mali arbore sedeat, & inde regendæ & circumflectendæ navis dictata prædicet. Felix cursus est, si post sex menses supradictæ urbis portum teneant, à quo se aperire incipit Oceanus, per quem vix anno perpetuo ad Indiam pervenitur, & ad Gangem fluvium *Ges. 2.* (quem Phison sancta scriptura commemorat) qui circuit totam terram Evilath, & multa genera pigmen-

pigmentorum de paradisi dicitur fonte evehere. Ubi nascitur carbunculus & smaragdus, & margarita candentia, & uniones, quibus nobilium geminarum ardet ambitio, montesque aurei, quos adire propter gryphas & dracones, & immensarum corporum monstra hominibus impossibilia est, ut ostendatur nobis, quales custodes habet avaritia. Quorsum ista? Perspicuum est, sine negotiatores seculi tanta sustinent, ut ad incerta perveniant perituraeque divitias, & servant cum animae discrimine quae multis periculis quaeque runc: quid Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus, quaerit pretiosissimam margaritam: qui totis substantiae suae opibus emit agrum, in quo reperiat thesaurum, quem necesse est effodere, nec latro possit auferre? Tu Vnao monachus esse vis, non videri, habeto curam non rei familiaris, cui renuntiando hoc esse ceperis, sed animae tuae. Sordes vestium, candida mentis indicia sint: vilis tunica contemptum seculi probet, ita duntaxat, ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissentiant. Balnearum fomenta non quaeras, qui calorem corporis jejuniorum refrigerare cupis extinguere. Quae & ipsa moderata sunt, ne nimia debilitent stomachum, & majorem perfectionem poscentia erumpant in cruditatem, quae parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibis & carni & animae utilis est. Matrem ita vitade, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo haereant, & tacitum vivat subpectore vulnus. Ancillas, quae illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidijs: quanto vilior earum conditio, tanto facilior ruina est. Et Joannes Baptista

Matt. 13.

Ibidem.

Matth. 6.

Primum

praesepit

monachis

observandum.

Vestes.

Balnea.

Jejunia.

Cruditudo.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

Eccl. 31.

matrem sanctam habuit, pontificisque filius erat: *vitanda*
 & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vin- *Ioannes*
 cebatur, ut in domo parentum cum periculo vi- *Baptista.*
 veret castitatis. Vivebat in eremo, & oculis de- *Luc. 1.*
 siderantibus Christum, nihil aliud dignabatur as- *Matt. 3.*
 piciere. Vestis aspera, zona pellicea, cibus locu- *Filij Pro-*
 sta, melque sylvestre: omnia virtuti & continen- *phetarū.*
 tiæ preparata. Filij prophetarum (quos mona- *4. Reg. 6.*
 chos in veteri legimus testamento) ædificabant *4. Reg. 4.*
 sibi casulas prope fluentia Jordanis, & turbis ur- *Cellula.*
 bium derelictis, polentâ & herbis a grestibus victi- *Studia.*
 tabant. Quamdiu in patria tua es habeto cellulam *Matt. 5.*
 pro paradiso, varia scripturarum poma decerpe: *Ibidem.*
 his utere delicijs, harum fruiere complexu. Si *Iob. 25.*
 scandalizat te oculus, pes, manus tua, projice ea. *Iob. 7.*
 NULLI parcas, ut soli parcas animæ. Qui viderit *Esa. 34.*
 (inquit Dominus) mulierem ad concupiscendum *Ge. 3.*
 eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Quis *Pauli cō*
 gloriabitur castum se habere cor? Astra non sunt *carne pis-*
 munda in conspectu Domini: quanto minus ho- *gna.*
 mines, quorum vita tentatio est? Væ nobis, qui *1. Cor. 9.*
 quoties concupiscimus, toties fornicamur. In- *Rom 7.*
 ebriatus est, inquit, gladius meus in cælo, mul- *Prov.*
 to amplius in terra, quæ spinas & tribulos gene-
 rat. Vas electionis, in cujus ore Christus reso-
 nat, macerat corpus suum, & subjicit servituti?
 & tamen cernit naturalem carnis ardorem suæ
 repugnare sententiæ, ut quod non vult, hoc age-
 re compellatur: & quasi vim patiens, vociferatur
 & dixit: Miser ego homo, quis me liberabit de
 corpore mortis hujus? Et tu te arbitraris absq; la-
 plu & vulnere posse transire: nisi omni custodiâ
 servaveris cor tuum, & cum Salvatore dixeris:

K

Ma-

ne currens lasseris, moramque faciens obdormias. In solitudine cito subrepat superbia. Et si parumper jejuna verit, hominemque non viderit, putat se alicujus esse momenti: oblitusque sui, unde quò venerit, intus corde, lingua fors vagatur. Judicat contra Apostoli voluntatem alienos *Rom. 14o* seruos: quò gula poposcerit, porrigit manum: dormit quantum voluerit, facit quod voluerit, nullum veretur, omnes se inferiores putat, crebrisque in urbibus, quàm in cellula est: & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur. Quid igitur? Solitariam vitam reprehendimus? Minime quippe quam sæpè laudavimus. Sed de ludo monasteriorum hujuscemodii volumus egredi milites, quo eremi dura rudimenta non terreant, qui specimen conversationis suæ multo tempore dederint, qui omnium fuerint minimi, ut primi omnium fierent, quos nec esuries *Linc. 22o* aliquando, nec saturitas superavit, qui paupertate latantur: quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est: qui nesciunt secundum quosdam ineptos homines demonum pugnantium contra se portenta confingere, ut apud imperitos & vulgi homines, miraculum sui faciant, & exinde lucra sectentur. Vidimus nuper, & planximus, Cæsi opes unius morte deprehensas, urbisque stipes, quasi in usus pauperum congregatas, stirpi & posteris derelictas. Tunc ferum, quod *4. Reg. 6o* latebat in profundo, supernata vit aqua, & inter palmarum arbores myrrha amaritudo monstrata est. Nec mirum: talem & socium & magistrum habuit, qui egentium famem suas fecit esse divitias, & miseris derelicta, in suam reservavit miseriam.

*I Reg. 25.
Luc. 12.*

Pio.

*Pertur-
bationes
mentis,*

*Vicandū
operi, non
otandū
monacho.
I. Cor. 9.*

*Ex. 1.
Georg.
Virgil.*

Quorum clamor tandem pervenit ad cœlum, & patientissimas Dei vicit aures: ut missus Angelus pessimus Nabal Carmelio diceret: Scilicet, hac nocte auferent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cujus erunt? Volo ergo te & propter causas, quas supra exposui, non habitare cum matre, & præcipue ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contristes, aut si acceperis, oleum igni adjicias: & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod noctibus cogites. Nunquam de manu & oculis tuis recedat liber: psalterium discatur ad verbum. oratio sine intermissione vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Ira vince patientiâ. A M A scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Nec yacet mentis tua varijs perturbationibus. Quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducunt ad delictum maximum. FACITO aliquid operis, ut semper diabolus inveniatur occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent: & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in usus tuos cultura non præpares? Vel fiscellam texe junco, vel canistrū lentis plecte viminibus: sarriatur humus, areolæ a quo limite dividantur. In quibus cum olerum jacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irrigua, ut pulcherrimorum versuum spectator assistas. Ecce supercilio clivoli tramitis undam elicit, illa cadens riuicula per lævia murmur saxa ciet, scatebrisque avertentia temperat arva. Inferantur ergo instructio

sa arbores vel gemmis, vel furculis, ut parvo post
 tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum
 fabricare alvearia, ad quas te mittunt Salomonis
 proverbia, & monasteriorum ordinem ac regiam
 disciplinam in parvis dice corporibus. Texantur
 & lina capiendis piscibus: scribantur & libri, ut &
 manus operetur cibos, & anima lectione sature-
 tur. In desiderijs est omnis otiosus. **ÆGYPTIO-**
RUM monasteria hunc morem tenent, ut nullum
 absque opere ac labore suscipiant, non tam pro-
 pter victus necessitatem, quam propter animæ
 salutem. Ne vagetur perniciosis cogitationibus
 mens, & instar fornicantis Hierusalem, omni
 transeunti divaricet pedes suos. Cum essim ju-
 venis, & solitudinis me deserta vallarent, incen-
 tiva vitiorum ardoremque naturæ ferre non po-
 teram: quem cum crebris jejunijs frangerem,
 mens tamen his cogitationibus æstuabat. Ad
 quædam edomandam eisdem fratri, qui ex Hebrais
 crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quin-
 tiliani acumina, Ciceronis fluxuos, gravitatem-
 que Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum di-
 scerem, & stridentia anhelantiaque verba medi-
 tarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid susti-
 nuerim difficultatis: quoties desperaverim,
 quotiesque cessaverim, & contentione di-
 scendi rursus inceperim, testis est conscientia
 tam mea, qui passus sum, quam eorum,
 qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Do-
 mino, quod de amaro semine literarum dulces
 fructus *carpo. Dicam & aliud, quod in Ægy-
 pto viderim. Græcus adolescens erat in cæno-
 bio, qui nullâ abstinentiâ, nullâ operis magnitu-
 dine

Ezec. 16
 Prima
 tentatio-
 nes Hie-
 ron. in
 eremo.

* capio.
 Exemplū
 de vineæ.

*in carnis
stidine.*

dine flammam poterat carnis extinguere. Hinc
periclitantem pater monasterij hâc arte servavit.
Imperat cuidam viro gravi, ut iurgiis atque con-
vitijs infectaretur hominem, & post irrogatas in-
urias primus veniret ad querimoniam. Vocati
testes pro eo loquebantur, qui contumeliam fece-
rat. Flere ille contra mendacium. Nulhus alius
credere veritati: solus pater defensionem suam
callidè opponere: ne abundantiori absorberetur
tristitiâ. Quid multa? Ita annus ductus est. Quo
expleto interrogatus adolescens super cogitatio-
nibus pristinis. an adhuc aliquid molestiæ sustine-
ret. PAPA, inquit: vivere mihi non licet, & for-
nicari libeat? Hic si solus fuisset, quo ad iutores su-
perasset? Philosophi seculi solent amorem vete-
rem amore novo, quasi clavum clavo expellere.
Quod & Assæro Regi septem Principes fecere
Persarum, ut Vasthi Reginae desiderium, aliarum
puellarum amore compescerent. Illi vitium vitio
peccatum peccato medicantur: nos amore virtu-
tum vitia superemus. Declina, ait, à malo, & fac
bonum: inquire pacem, & persequere eam. Nisi
oderimus malum, bonum amare non possumus.
Quin potius faciendum est bonum, ut decline-
mus à malo. Pax quærenda, ut bella fugiamus.
Nec sufficit eam quærere, nisi inventam fugien-
temque omni studio persequamur, quæ exuperat
omnem sensum: in qua habitatio Dei est, dicente
Propheta: Et factus est in pace locus ejus. Pulchre-
que pacis persequutio dicitur, juxta illud Aposto-
li: Hospitalitatem persequentes. ut non levi cita-
toque sermone, & (ut ita loquar) summis labijs
hospites invitemus: sed toto mentis ardore tenea-
mus,

*Philoso-
phi.*

Esth. 2.

Herodotus

Josephus

antiq. lu-

dan. lib.

vnd.

cap. 6.

Ps. 33.

Phil. 4.

Ps. 75.

Rom. 12.

mus, quasi afferentes secum de lucro nostro atque compendio. NULLA ars absque magistro discitur. Etiam muta animalia & ferarum greges duces sequuntur suos. In * avibus principes sunt. Grues unam sequuntur ordine literato. Imperator unus. Judex unus provinciae. Roma ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca utero, Esau & Jacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In navi unus gubernator: in domo unus dominus: in quovis grandi exercitu unus signum expectatur: & ne plura replicando fastidium legenti faciam, per haec omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed vivere in monasterio sub unius disciplina patris consortioq; multorum: ut ab illo discas humilitatem, ab alio patientiam: hic te silentium, ille doceat mansuetudinem. NON FACIAS quod vis, comedas quod juberis, habeas quantum acceperis, vestiarius quod acceperis, operis tui pensum persolvas: subiciaris cui non vis, lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, & necdum expleto somno surgere compellaris. Dicas tu plalum in ordine, in quo non dulcedo vocis, sed mentis affectus quaeritur, dicente Apostolo: Psallam spiritu, psallam & mente. Et: Cantantes in cordibus vestris. Legerat enim esse praecipuum. Psallite sapienter. Servias fratribus, hospitem laevos pedes, passus injuriam taceas: PRAEPOSITUM monasterij, timeas ut dominum, diligas ut patrem. Credas tibi salutare quicquid ille

K 4

præ-

Monachus vivat sub obedientia.

**api bus. Opus rectoris principis in omni societate. Gen. 29.*

Propriam voluntatem abneganda Monacho.

1. Cor. 4. Ephes. 5. Ps. 46.

Simplex obedientiam

*via ser-
vanda.*

præceperit: nec de majoris sententia iudices, e-
jus officij est obedire, & implere quæ iussa sunt.
dicente Moyse: Audi Israel, & tace. Tantis oc-
cupatus negotijs, nullis vacabis cogitationibus.
& dum ab alio transis ad aliud, opusque succo-
dit operi, illud solum mente retinebis, quod age-
re compelleris. Vidi ego quosdam, qui postquam
renuntiavere seculo, vestimentis duntaxat & vo-
cis professione, non rebus, nihil de pristina con-
versatione mutarunt. Res familiaris magis aucta,
quàm imminuta. Tibi, cum in monasterio sus-
ciperis, hæc facere non licebit: & inolescente paulu-
tim consuetudine, quod primum cogebaris, ve-
le incipies: & delectabit te labor tuus, oblitusque
præteritorum, semper priora sectaberis, neque
quam considerans, quid alij mali faciant; sed
boni ta facere debeas. NE QUÆ vero peccati-
um ducaris multitudo, & te pereuntium tur-
ba sollicitè, ut tacitus cogites: Quid ergo om-
nes peribunt, qui in urbibus habitant? Ecce
illi fruuntur suis rebus, ministrant Ecclesijs, ac-
cunt balneas, unguenta non spernunt: & tamen
in omni flore versantur. Ad quod & ante respondi,
& nunc breviter respondebo, me in presenti
opusculo non de clericis disputare, sed mona-
chum instituere. Sancti sunt clerici, & omnium
vita laudabilis. Ita ergo age, & vive in monaste-
rio, ut clericus esse merearis, & adolescentiam
tuam nullâ sordè commacules, ut ad altare Chri-
sti quasi de thalamo virgo procedas, & habeas de-
foris bonum testimonium, fœminaque nomen
tuum non noverint, & vulgum nesciant. Cùm ad

Phil. 3.

*Non cu-
rasti
peccati-
um
multitu-
dine.*

perfectam ætatem veneris (si tamen vita comes fuerit) & te vel populus, vel pontifex civitatis in clericum elegerit, agito quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores : QUIA in omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima. Ne ad scribendum citò proficias, & levi ducaris infantiâ. Multo tempore discere quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis : imò irrisoribus aurem ne libenter accomodes : qui cum te adulationibus foverint, & quodammodo impotem mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curvari, aut manu aunculas agitari a fini, aut æstuantem canis proterendi linguam. NULLI detrahas, nec in eo te sanctum putes, si cæteros laceres. Accusamus sæpè quod facimus, & contra nosmetipsos disertî, in nostra vitia invehimur, muti de eloquentibus judicantes. Nunquam ergo tales videas, nec hujusmodi hominibus appliceris : nec declines cor tuum in verba malitiæ, & audias. Sedens adversus statem tuam loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et iterum. Filij hominum : dentes eorum arma & sagittæ. Et alibi : Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula. Et apertius in Ecclesiaste : Sicut mordet serpens in silentio, sic qui fratri suo occultò detrahit. Sed dices : Ipse non detraho, alijs loquentibus facere quid possum ? Ad excusandas excusationes in peccatis ista præ tendimus. Christus arte non deluditur Nequaquã mea, sed Apostoli sententia est : Nolite errare Deus non irridetur. Ille in corde, nos videmus in facie. Salo-

L 5

mon

Non ambrosianum munus docendi vel scribendi.

Contra detractionem.

Pf. 49.

Pf. 56.

Pf. 54.

Ecc. 10.

Non multum di obrectatores.

Gal. 6.

1. Reg. 16.

- Prov. 25.* non loquitur in Proverbijs: Ventus aquilo dissipat nubes, & vultus tristis linguas detrahentium. Sicut enim sagitta si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem revertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur: *Faciunt in arcum pravum.* Et alibi: Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius: ita detractor cum tristem faciem viderit audientis, imò ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illicò conticescit, pallent vultus, hærent labia, saliva siccatur. Unde idem *Prov. 24.* vir sapiens: Cum detractoribus, inquit, ne miscearis, quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam utriusque quis novit? tam scilicet eius qui loquitur, quam illius qui audit loquentem. **VERITAS** angulos non amat, nec querit susurrone. *1. Tim. 5.* Adversum presbyterum accusationem citò ne receperis. Peccantem autem coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant. Non est facile de peccata ætate credendum, quam & vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. Verum quia homines sumus, & interdum contra annorum maturitatem puerorum vitijs labimur, si me vis corrigi delinquentem, aperte increpa: tantum ne occultè mordeas. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Præcepit Dominus peccantes in os argui debere secreto, & adhibito teste: & si audire noluerint, referri ad Ecclesiam, habendosque in malum quasi pertinaces, ethnicos & publicanos. Hæc expressius lo-

quor, ut adolescentem meum & iniquum & au-
 rium prurigne liberent: & renatum in Christo, *Ephes. 5.*
 sine ruga & macula quasi pudicam virginem ex- *2 Cor. 11.*
 hibeam, sanctumque tam mente, quam corpore. *1 Cor. 7.*
 ne solo nomine gloriatur, & absque oleo bono-
 rum operum, extincta lampade, excludatur a *Matt. 25.*
 sponso. Habes ibi sanctum doctissimumque Pon-
 tificem Proculum, qui viva & presenti voce no- *Proculus*
 stras schedulas superet, quotidianisque tractati-
 bus iter tuum dirigat: nec patiat te in partem
 alteram declinando, viam relinquere regiam.
 UTINAM quod renuntiamus seculo, volunta- *Renuntia-*
 tis sit, non necessitatis: & paupertas habeat expe- *tio volu-*
 dita gloriam, non illata cruciatum. Caterum jux- *taria.*
 ta miseria hujus temporis, & ubique gladios
 ferientes, satis dives est qui pane non indiget:
 nimium potens, qui servire non cogitur. San-
 ctus Exuperius Tolosæ Episcopus, vidua Sarc- *Exuperij*
 pentis imitator, esuriens pascit alios: & ore pal- *hospitabi-*
 lente jejunijs fame torquetur aliena omnemque *tas.*
 substantiam Christi visceribus erogavit. Hujus è *3. Reg. 17.*
 vicino sectare vettigia: aut si perfecta desideras,
 cum Abraham de patria tua, & cognatione *Gen. 12.*
 tua, & perge quò nescis. Si habes substantiam, *Heb. 11.*
 vende, & da pauperibus. Si non habes, grandi *Pauper-*
 onere liberatus es. NUDUM Christum nu- *tatis con-*
 dus sequere. Durum, grande, diffi- *siliam.*
 cile, sed magna sunt præmia. *Matt. 19.*

XVI. Hieronymus Paulino monacho, & juveni eloquenti, postea Nolano Episcopo. Respondet ab eodem antè laudatus, & sicut rogatus erat, præsertim illi formam vivendi, talemque monachi institutionem, quæ omnibus vera pietatis studiosis egregiè quadrat.

- Matt. 12.** **B**onus homo de bono cordis thesauro profert ea quæ bona sunt: & ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos virtutibus tuis, & parvo magnus extollis: ultimamque partem contrivis occupas, ut patrisfamilias iudicio proveharis. Quid enim in nobis, aut quantum est, in doctrinæ vocis mereamur præconium? ut illo ore quo religiosissimus princeps defenditur, humiles modicique laudemur? Noli igitur frater charissime, annorum nos aestimare numero: nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiæ, Solomon testante: Cani hominis prudentia est.
- Sap. 4.** Nam & Moyses septuaginta presbyteros jubetur eligere, quos ipse sciret esse presbyteros: utique non ævo, sed prudentiâ judicandos. Et
- Dan. 13.** Daniel adhuc puer longævus iudicat, atque impudicos senes ætas lasciva condemnat. Noli, inquam, fidem pensare temporibus, nec me idcirco meliorem putes, quod prior in Christi exercitu cœperim militare. Paulus Apostolus, vas electionis de persecutore mutatus, novissimus in ordine, primus in meritis est: quia extremus licet, us omnibus laboravit. Judas proditor amici magistri Salvatoris arguitur voce, & Virgil, nodum informis lætæ, trabe necit ab alta. At e-

contrario latro crucem mutat paradiso, & factus homicidij pœna martyrium. Subitus calor longum vincit teporem. Denique & tu auditâ sententiâ Salvatoris: Si vis perfectus esse, vade, vende cuncta quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: verba vertis in opera, & nudam crucem nudus sequens, expeditior & levior scandis scalam Jacob. Tunicam mutas cum animo, nec pleno marsupio gloriosas sordes appetis: sed puris manibus, & candido pectore pauperem te & spiritu & operibus gloriaris. CRATES ille Thebanus homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnam auri pondus abjecit: ne putavit se posse simul & virtutes & divitias possidere. Nos suffarinati auro Christum pauperem sequimur: & sub prætextu elemosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timidè reservamus? PLENIUS venter faciliè de jejunijs disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bonè vixisse, laudandum est.

Quia igitur fraternè interrogas, per quam viam incedere debeas, revelatâ tecum facie loquar. Si officium vis exercere presbyteri, si Episcopatus te vel opus, vel honor fortè delectat, vive in urbibus & castellis, & aliorum salutem fac lucrum animæ tuæ. Sin autem cupis esse, quod diceris, monachus, id est solus, quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? HABET unumquodque propositum principes suos: Romani principes imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones: Philosophi

*Paulinus
se pauperem
fecit.
Matt. 19.*

Gen. 28.

*Crates
opes abiecit.*

proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem: Poetae amulentur Homerum, Vergilium, Menandrum, Terentium: Historici, Thucydidem, Salustium, Herodotum, Livium: Oratores, Lyfiam, Gracchos, Demosthenem, Tullium. Et ut ad nostra veniamus, Episcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros: quorum honorem possidentes,

Clericorum principes. habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes, Paulos, Antonios, Julianos, Hilariones, Macarios. Et ut ad auctoritatem scripturarum redeam, noster princeps Helias, noster Helisæus, nostri duces filij prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluentia Jordani-

Filij Rechab. nis. De his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & ficeram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudantur, & promittitur eis,

Filij Ionadab. quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram Domino. Et Jonadab filij sunt, qui in tabernaculo semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hierosolymam intrare compulsi, hanc primam captivatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, urbe quasi carcere sunt reclusi.

Secessus quarendus monacho. Obsecro itaque te, ut quoniam sanctæ fororis tuæ ligatus es vinculo & non peritus expedito petgis gradu, sive hic, sive ibi, multitudines hominum, & officia, & salutationes, & convivium veluti quasdam cathenas fugias voluptatum. Si t

Vita monachi. vilis vespertinus cibus, holera & legumina interdumque pisciculos pro summis ducas delicijs. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur non qua-

qua-

quærit magnoperè, de quàm pretiosis cibus stercus conficiat. Quicquid post gulam non sentitur, idem tibi sit quod panis & legumina. Habes adversus Jovinianum libros de contemptu ventris & gutturis plenius differentes. SEMPER in manu tua sacra lectio. Frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum. Crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpius dormiendum. Rumusculos, & gloriolas, & palpantes adulatores quasi hostes fuge. Pauperibus & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. RARA est in hominibus fides. Non credis verum esse quod dico? Cogita Judæ loculos. Humilitatem vestium tumentis animo non appetas. SECLARUM & maximè potentum consortium devita: Quid tibi necesse est ea videre crebrius, quorum contemptu monachus esse cœpisti? Soror præcipue tua matronarum declinet consortia. Nec inter sericas vestes & gemmas circumfudentium feminarum se sordidatam aut doleat, aut miretur: quia alterum propositi pœnitentia, alterum jactantiæ seminarium est. Cave, ne quasi fidelis & famulus tuorum quondam dispensator, alienam pecuniam distribuendam accipias. Intelligis quid loquar. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. HABETO simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos; & astutiam serpentis, ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi Christianum. Quem senseris tibi aut semper, aut crebrò de nummis loquentem, exceptâ elemosynâ, quæ indifferenter omnibus patet, institorem potius habeto, quàm monachum.

Præ

Lectio.

Oratio.

Vigilia.

Jejunia.

Adulatores.

Elemo-

syna.

Joan. 12.

Vestes.

Fugienda:

consortia.

2. Tim. 2.

Simplici-

tas cum

pruden-

tia con-

jungenda.

Matt. 10.

Præter victum & vestitum, & manifestas necessitates nihil unquam cuiuslibet tribuas, ne sibi panem canes comedant. Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, offer donaria, in illa Christum suscipe. Quæ utilitas est parietes fulgere gemmis, & Christum paupere fame periclitari? Jam non sunt tua, quæ possides, dispensatio tibi credita est. Memento Ananiæ & Sapphiræ: illi sua timide servaverunt. Tu considera, ne Christi substantiam imprudenter effundas, id est, ne immoderato iudicio recte pauperem tribuas non pauperibus, & secundum dictum prudentissimi viri liberalitate liberalitas pereat. Noli respicere ad phaleras, & nomina vetera Catonum: Ego te, inquit, intus & in cute novi: ESSE Christianum grande est, non videri. Et nescio quomodo plus placet mundo, qui Christo displicet. Hæc non, sicut ajunt, sus minervam, sed ingredientem pelagus, amicus amicum monui, quæri meam à te facultatem malens, quam voluntatem: ut in quo ego lapsus sum, tu firmo pergeres gradu. Accingere quæso te, accingere. Nihil sine magno vita labore dedit mortalibus. Nobilem te Ecclesia habeat, ut prius habuit senatus. PRÆPARA divitias tibi, quas quotidie eroges, & nunquam deficient, dum viget ætas, dum nondum canis spargitur caput, antequam subeant morbi tristisque senectus. Et labor & diræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre esse contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero.

Matth. 15.

Quæ & quibus donanda elemosina. Act. 5.

Epilogus.

Horat.

Virgil.

XVII. Hieronymus Letæ, qua Toxotij conjux, & Paula puella mater erat campia, ut filiam ab initio Christo & virginitati consecraverit. Hac docetur filiam inde ab incunabulis instituere ad Christianam pietatem.

Propositum mihi est, sanctæ Marcellæ & tuis precibus invitatum, ad matrem, id est, ad te sermonem dirigere, & docere, quomodo institueres Paulam nostram debeas, quæ prius Christo consecrata est, quàm genita: quam ante vovisti, quàm utero concepisti. Igitur quæ de repromissiononata est, dignam habeat ortu tuo institutionem parentum. Samuel nutritur in templo Joannes in solitudine præparatur. Ille sacro crine venerabilis est, vinum & siceram non bibit, adhuc parvulus cum Domino sermocinatur: hic fugit urbes, zonâ pelliceâ cingitur, locustis alitur, & melle sylvestri: & in typum pœnitentiæ prædicatæ tortuosissimi animalis vestitur exuvijs. Si cœrudienda est anima, quæ futura est templum Dei: nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intellegat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua Psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciva puerorum: ipsæ puellæ & pedisequæ à secularibus consortijs arceantur, ne quod malè didicerint, pejus doceant. Fiant ei literæ vel buxæ vel eburnæ, & suis nominibus appellentur. Ludent in eis, ut & lusus ipse eruditio sit. Et non solum ordinem teneat literarum, ut memoria nominum

Samuelis
& Joannes
us can-
catio.

1 Reg 30
Luc. 1.
Matth. 30

id
primò dis-
secundum

Quomo-
do ad li-
teras an-
manda
juvèntus.

ia

in canticum transeat : sed & ipse inter se creb-
 ordo turbetur, & medijs ultima, primis media
 sceantur : ut eas non sono tantum, sed & visu no-
 verit. Syllabas jungat ad præmium; & quibus
 ætas deliniti potest, munusculis invitetur. *Hæc*
 & in discendo socias, quibus invideat, quarum
 laudibus mordeatur. Non objurganda est si ra-
 dior sit : sed laudibus excitandum est ingenium
 ut & vicisse gaudeat, & victa doleat. Cavendum
 in primis, ne oderit studia : ne amaritudo eorum
 præcepta in infantia, ultra rudes annos transeat.
 Ipsa nomina, per quæ consuevit paulatim verba
 contexere, non sint fortuita, sed certa & coacer-
 vata de industria, Prophetarum videlicet atque
 Apostolorum. Magister probæ ætatis & viræ
 que eruditionis est eligendus: nec puto erubescit
 vir doctus id facere in propinqua vel nobili vir-
 gine, quod Aristoteles fecit in Philippi filio, ut ipse
 librariorum utilitate in ista traderet literarum.
 Non sunt contemnenda quasi parva, sine quibus
 magna constare non possunt. Ipse elementorum
 sonus & prima institutio præceptorum, aliter de
 erudito, aliter de rustico ore profertur. Unde &
 tibi est providendum, ne ineptis blanditijs scemi-
 narum, dimidiata dicere verba sibi consuescat, &
 in auro atque purpura ludere : quorum alterum
 linguæ, alterum moribus officit: ne discat in tene-
 ro, quod er postea dediscendum est. Grachorum
 eloquentiæ multum ab infantia sermo matris
 contulisse scribitur. Hortensij oratio inter pater-
 nos sinus coaluit. **DIFFICULTER** eraditur
 quod rudes animi perbiberunt. Lanarum con-
 chyliam quis in pristinum candorem revocet? Re-
 cen-

*Magister
 eligendus.*

*Ne discat
 infantes,
 quod de-
 discen-
 sibus sit.*

cens testa diu & saporem retinet, & odorem, quo
 primū imbuita est Græca narrat historia, Ale-
 xandrum potentissimum Regem, orbisque domi-
 torem, & in moribus, & in incessu, Leonidis pæ-
 dagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus ad-
 huc parvulus fuit infectus. PROCLIVIS est e-
 nim malorum æmulatio: & quorum virtutes af-
 sequi nequeas, citò imitaris vitia. Nutrix ipsa
 non sit temulenta, non lasciva, non garrula: ha-
 beat modestam gerulam, nutricium gravem. Sic
 omnibus amabilis, & universa propinquitas ro-
 sam ex se natam gaudeat. Ipse habitus & vesti-
 tus doceat eam, cui promissa sit. Cave ne aures
 ejus perforas, ne cerusâ & purpurissâ consecra-
 ta Christo ora depingas, nec collum auro & mar-
 garitis premas, nec caput gemmis oneres, nec
 capillum irrufes. & ei aliquid de gehennæ igni-
 bus auspiceris. Habeat alias margaritas, quibus
 postea venditis, emptura est pretiosissimum mar-
 garitum. Prætexata nobilissima quondam scæ-
 mina, jubente viro Hymetio, qui patruus Eusto-
 chij virginis fuit, habitum ejus cultumque muta-
 vit: & neglectum crinem mundano more pexuit,
 vincere cupiens & virginis propositum, & ma-
 tris propositum: & ecce tibi eadem nocte cer-
 nit in somnis venisse ad se Angelum terribili vo-
 ce minitantem pœnas, & hæc verba frangen-
 tem: Tu ne ausa es viri impetium præferre
 Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis
 attridare manibus, quæ jam nunc arefcent, ut
 sentias excruciatâ quid feceris: & finito mense
 quæto ad inferna duceris. Sin autem persevera-
 veris in scelere, & marito simul orbaberis, & filijs.

Omnia

Horat.

*Alexan-
der.*

Nutrix.

Habitus.

Fugienda.

mundi

ornamē-

ta.

Exempl.

de Præ-

texata.

Omnia per ordinem expleta sunt, & seram mitem
 penitentiam, velox signavit interitus. Sic ubi
 1. Cor. 3. scitur Christus violatores templi sui, sic gemitus
 & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc re-
 li non quod insultare velim calamitatibus inie-
 cium: sed ut moneam, cum quanto metu & ca-
 1. Reg. 2. tione servare debeas, quod Deo spondisti. Ha-
 1. Tim. 3. 2. 1 sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum.
 Tit. 1. Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit
 1. Tim. 2. xuriosos, non subditos. At e contrario de muliere
 scribitur, quod salva fiet per filiorum generatio-
 nem, si permanserit in fide & charitate, & sanctifi-
 catione cum pudicitia. Si perfecta aetas & sui po-
 ris imputatur parentibus, quanto magis laetitia
 & fragilis, quae juxta sententiam Domini ignorat
 dextram & sinistram, id est, boni & mali differen-
 tiam? Si sollicita provides, ne filia percussoria
 vipera, cur non eadem curam provideas, ne feriat
 Cur a pa- tur a mallo universa terra? ne bibat de aureo
 tentis in calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, & ve-
 aducan- lit videre filias regionis alienae? ne ludat pedibus
 da prole ne trahat tunicas? **VENENA** non dantur, nisi
 si. melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub
 specie umbraeque virtutum. Offerre nec ne fi-
 liam, potestatis tuae fuit (quanquam alia sit tua
 conditio, quae prius eam vovisti, quam concipe-
 res) ut autem oblatam non negligas, ad pericu-
 lum tuum pertinet. Qui claudam & mutilam, &
 Lev. 22. quolibet sorde maculatam obtulerit hostiam la-
 Malac. 1. crilegij reus est: quanto magis, qui partem cor-
 poris sui, & illibatae animae puritatem Regis am-
 Quid fa- plexibus parat, si negligens fuerit, punietur? Post-
 sionum quam grandiuscula esse coeperit, in exemplum
 spon-
 homi-
 zentib-
 plo.
 & fre-
 per-
 Apoc-
 Imite-
 bicul-
 rita e-
 Emu-
 filiae
 ratis
 bicul-
 tur in
 vide-
 rent
 volu-
 tine
 dam-
 finis
 bibe-
 ata
 ulq-
 bal-
 ston-
 pi-
 hoc
 riu-
 Ali-
 in r-
 tur

sponsi sui crescere sapientiã, ætate apud Deum & homines, pergat ad templum veri patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur è templo. Quærant eam in itinere seculi inter turbas & frequentiam populorum, & nusquam alibi reperiant, nisi in adyto scripturarum, Prophetas & Apostolos de spiritualibus nuptijs sciscitantem. Imitetur Mariam, quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit: & idedò forsitan timore perterrita est, quia virum, quem non solebat, aspexit. Emuletur eam, de qua dicitur: Omnis gloria ejus filie regis ab intus. Loquatur & ipsa electo, charitatis jaculo vulnerata. Introduxit me Rex in cubiculum suum. Nunquam exeat foras: non vescatur in publico, id est, in parentum convivio, ne videat cibos quos desideret. Et licet quidam putent majoris esse virtutis præsentem contemnere voluptatem: tamen ego arbitror securioris continentie esse, nescire quod quæras. Legi quondam in scholis puer: **ÆGR** reprehendas, quod finis consuescere. Discat jam nunc & vinum non bibere, in quo est luxuria. Ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris & gravis abstinencia, usque ad id tempus, si necessitas postulaverit, & balneas adeat, & vino utatur modico propter stomachum, & carniæ edulio sustentetur, ne prius deficient pedes, quàm currere incipiant. Et hoc dico juxta indulgentiam, non juxta imperium, timens debilitatem, non docens luxuriam. Alioqui quod Judaica supersticio ex parte facit in rejectione quorundam animalium atque escarum, quod & Indorum Brachmani; & Ægyptio-

*puella
grande-
scenti.*

Luc. 2.

*Maria
exemplã*

Luc. 1.

Ps. 44.

Cant. 2.

Vitanda

mundi

contagia.

*Vini ab-
stinencia.*

rum

*Tertul-
lianus.*

rum Gymnosophista in polentæ & scorizæ & ps-
morum solo observant cibo, cur virgo Christi
non faciat in toto? Sitanti vitrum, quare non
majoris sit pretij margaritum? Quæ nata est
promissione, sic vivat, ut illi vixerunt, qui de re-
promissione generati sunt. Æqua gratia æquum
habeat & laborem. Surda sit ad organa Tibia, ly-
ra, cythara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi pen-
sum quotidie de scripturarum floribus carptum.
Disca Græcorum versuum numerum. Sequatur
statim & Latina eruditio: qua si non ab initio co-
tinerem composuerit, in peregrinum sonum lin-
gua corrumpitur, & externis vitijs sermo pa-
trius sordidatur. Te habeat magistram, te rudis
miretur infantia. NIHIL in te & in parte suo
videat, quod si fecerit, peccet. Mementote vos
parentes virginis, magis eam exemplis doceri
posse, quàm voce. Cito flores pereunt: cito vio-
las, & lilium, & crocum pestilens aura corrumpit.
Nusquam absque te procedat in publicum, Basili-
cas martyrum & Ecclesias sine matre non ad-
eat. Nullus ei juvenis: nullus cincinnatus arti-
deat. Vigiliarum dies & solennes pernoctationes
sic virguncula nostra celebret, ut ne tranversum
quidem unguem à matre discedat. Nolo de an-
cillulis suis aliquam plus diligat, cujus crebro au-
ribus infusurret. Quicquid uni loquitur, hoc om-
nes sciant. Placeat ei comes, non compta, acque
formosa atque lasciva, quæ liquido gutture car-
men dulce moduletur: sed gravis, pallens, sordi-
data subtristis. Præponatur ei probæ fidei ac mo-
rum & pudicitæ virgo veterana, quæ illam do-
ceat & assuescat exemplo ad orationes & psalmos

*Virgo ve-
terana
puella
magistra.*

nocte
TIA,
tricum
erit
inveni
tion
quod
sear &
gremi
ce duc
lera &
ta pare
ta cor
& lino
longiu
sum lo
statim
splicer
ga & i
hebd
Exper
fuerit
res lli
fides a
cet co
jeuni
petes
in me
In C
dend
quis
lia

nocte confurgere, manè hymnos canere. TER-
 TIA, sexta, nonâ horâ stare in acie quasi bella-
 tricem Christi, accensâque lucernâ reddere sa-
 crificium vespertinum. Sic dies teanseat, sic nox
 inveniatur labori. ORATIONI lectio, le-
 ctioni succedat oratio. Breve videbitur tempus,
 quod tantis operum varietatibus occupatur. Di-
 scat & lanam facere, texere colum, ponere in
 gremio calathum, rotare fufum, stamina polli-
 ce ducere. Spernat bombycum telas, serum vel-
 lera & aurum in fila lentescens. Talia vestimen-
 ta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vesti-
 ta corpora nudentur. Cibus ejus olusculum sit,
 & similia, raroque pisciculi. Et ne gula præcepta
 longius traham, de quibus in alio loco plenius
 sum locutus, sic comedat, ut semper efuriat: ut
 statim post cibum possit legere & psallere. Di-
 splicent mihi, in teneris maximè ætatibus, lon-
 ga & immoderata jejunia, in quibus junguntur
 hebdomades, oleum in cibo, ac poma vetantur.
 Experimento didici, a sellum in via cum lassus
 fuerit, diverticula querere. Faciant hoc cultor-
 es Iudis & Cybeles, qui gulosâ abstinentiâ Pha-
 sidis aves, ac fumantes turtures vorant, ne scili-
 cet cerealia dona contaminent. Hoc in perpetuo
 jejunio sit præceptum, ut longo itineri vires per-
 petues superent: ne in prima mansione currentes,
 in medijs corruamus. Cæterum ut antè scripsi,
 IN QUADRAGESIMA continentis vela pan-
 denda sunt, & tota aurigæ retinacula e-
 quis laxanda properantibus. Quamquam a
 lia sit conditio secularium, alia virginum.

*Vestes.**Cibus.**Jejunia**immoderata.**Quadragesima**Jejuniis.*

¶

& monachorum. Secularis homo in quadragima ventris ingluviem decoquit, & in coclearum morem succo vicitans suo, futuris dapibus achingæ aqualiculum parat. Virgo & monachus in quadragesima suos admittat equos, ut sibi minuerint semper esse currendum. Finitus labor major, infinitus moderatior est. Ibi enim respiramus, hic perpetuo incedimus. Si quando ad urbana pergis, domi filiam non relinquis: nescis sine te nec possit vivere: & cum sola fueris, pertimescat. Non habeat colloquia secularium, non malarum virginum contubernia. Non inter nuptijs servulorum, neque familiæ pestilentibus miscatur. Mihi omnino in adulta virgine lavacra displicent, quæ seipsam debet erubescere, & nudam videre non posse. Si enim vigilijs & jejunijs macerat corpus suum, & in servitutem redigit: si flammam libidinis, & incensus ferventis ætatis extinguere cupit continentia frigore: si appetitis sordibus turbare festinat naturalem pulchritudinem; cur è contrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitatur? Pro gemmis & serico divinos codices amet, in quibus non aurum & pellis Babylonicæ vermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata & erudita distinctio. Discat primò Psalterium, his se canticis avocet, & in proverbij Salomonis erudiat, ad vitam. In Ecclesiaste consuecat, quæ mundi sunt calcet. Iob Virtutis & patientiæ exempla sectetur. Ad Evangelia transeat, nunquam ea postura de manibus: Apostolorum acta & epistolas totâ cordis imbibat voluntate. Cùmque pectoris sui cellularium

*Lavacra
improbatur.*

1 Cor. 9.

*Quæ di-
scenda pia
juvænti.*

larium his opibus locupletaverit, mandet memoria Prophetas, Pentateuchum, & Regum, & Paralipomenon libros, Esdra quoque & Heliae volumina. Ad ultimum sine periculo discat Canticum Canticorum; ne si in exordio legerit, sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens vulneretur. Caveat omnia apocrypha. Et si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reverentiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum titulis prænoscuntur, multaque his admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ aurum in luto quærere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolas, & Hilarij libros inoffenso decurrat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillet. Cæteros sic legat, ut magis iudicet, quàm sequatur. Nutriatur in monasterio: sit inter virginum choros, jurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, vivat angelicè, sit in carne sine carne, omne hominum genus sui simile putet. Melius tibi est desiderare absentem, quàm pavere ad singula, quid loquatur, cum quo loquatur, cui annuat, quem libenter aspiciat. Trade

Apocrypha fugienda.

Qui Patres legendi.

In Bethleem cupis mitti puellam.

L

præ-

- Gen. 1.* præcederes filiam, & primam Dei sententiam secundam Evangelij lege mutares. Nec tu parvipenderes aliorum desideria liberorum, sed teipsum magis offerres Deo. Sed quia tempus est amplexandi, & tempus longe fieri à complexibus, &
- 1. Cor. 7.* uxor non habet potestatem corporis sui, & unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat in Domino: & qui sub iugo est, ita debet currere, ne in luto comitem derelinquat, totum redde in sobole, quod in te interim distulisti.
- Exemplū* Anna filium quem Deo voverat, postquam obtulit in tabernaculo, nunquam recepit: indecens *Anna* arbitrata, ut futurus Propheta in eius domo cre-
matris sceret, quæ adhuc alios filios habere cupiebat.
- 1. Reg. 1.* Denique postquam concepit & peperit, non est ausa ad templum accedere, & vacua apparere coram Domino, nisi prius redderet quod debebat, taliq; immolato sacrificio reversa domum, quinque liberos sibi genuit, quia primogenitum Deo pepererat. Miraris felicitatem sanctæ mulieris? Imitare fidem. Ipse, si Paulam miseris, & magistrum & nutritium spondeo. Gestabo humeris balbutientia senex verba formabo, multo gloriosior mundi philosopho, qui non Regem Macedonum Babylonio periturum veneno, sed ancillam & sponsam Christi erudiam regnis cœlestibus offerendam.

XVIII. Hieronymus Gaudensio. Huic amico petenti respondet, docens de institutione Pacatula infanula, quibus nempe rudimentis imbuenda sit prima etas puella, praesertim quae virginitati consecratur. Proh pudor, quantoperè nunc discessimus est ab hac sancta & veteri liberorum educatione.

Causa difficilis parvule scribere, quae non intelligit quid loquaris, cujus animum nescias, de cujus voluntate periculose promittas: ut secundum praecleari oratoris exordium, spes in ea magis laudanda sit quam res. Quid enim hortaris ad continentiam, quae placentas desiderat? quae in sinu matris garrulâ voce balbutit: cui dulciora sunt mella, quam verba? Audiatur profunda Apostoli, quae anilibus magis fabulis delectatur? Prophetarum aenigmata sentiat, quam tristior garrulae vultus exagitat? Evangelij intelligat majestatem, ad cujus fulgura omnis mortalium sensus hebetatur? Ut parenti subjiciatur hortet, quae manu tenerâ ridentem verberat matrem? Itaque Pacatula nostra hoc epistolium post lecturam suscipiat. Interim modò literarum elementa cognoscat, jungat syllabas, discat nomina, verba consociet: atque ut voce tinnulâ ista meditetur, proponantur ei crustula, mulsâ praemia: & quicquid gustu suave est, quod vernat in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in puppis, acceptura festinet. Interim & tenero tentet pollice fila ducere: rumpat saepe stamina, ut aliquando non rumpat: post laborem lusibus gestiat: de

Ab argu-
menti
narrandâ
difficili
tate.

Quid
primò &
quomodo
descendit.

matris pendeat collo, rapiat oscula propinquo-
rum & psalmos mercede decantet. AMET quod
cogitur discere, ut non opus sit, sed delectatio:
non necessitas, sed voluntas. Sexus sœmineus suo

*A quibus
carvendū
puella.*

jungatur sexui: nesciat, imò timeat cum pueris
ludere. Nullum impudicum verbum noverit. Et
si fortè in tumultu familiæ discurrentis aliquid
audiat, non intelligat. Matris nutum pro verbis
ac monitis, & pro imperio habeat: Amet ut pa-
rentem, subjiciatur ut dominæ, timeat ut magi-
stram. Cùm autem virgunculam rudem & eden-
tulam septimus ætatis annus exceperit, & coepe-
rit erubescere: scire quid taceat, dubitare quid
sciat, discat memoriter psalterium, & usque ad
annos pubertatis libros Salomonis, Evangelia,
Apostolos, & Prophetas sui cordis thesaurum fa-
ciat. Nec liberius procedat ad publicum, nec
semper Ecclesiarum quærat celebritatem. In cu-
biculo suo totas delicias habeat. Nunquam ju-
venculos, nunquam cincinnatos videat, vocis
dulcedines per aurem animam vulnerantes,
puellarumque lascivia repellatur. Quæ quanto
licentius adeunt, tanto difficilius evitantur: &
quod didicerunt, secreto docent, inclusamque

*Quida-
gendum
ab anno
ætatís se-
prio.*

Danaen vulgi sermonibus violant. Sit ei magi-
stra comes, pædagogica custos, non multo vino de-
dita: non juxta Apostolum otiosa atque verbosa,
1. Tim. 5. sed sobria, gravis, lanifica: & ea tantum loquens,
quæ animum puellarem ad virtutem instituant.

*Qualis
puella
magistra.*

*Quantū
in educa-
tione ju-
vantur
sicut sit.*

UT ENIM aqua in areola digitum sequitur
precedentem: ita ætas mollis & tenera in utram-
que partem flexibilis est, & quocumque duxeris,
trahitur. Solent lascivi & comptuli juvenes blan-
dimen-

dimentis, affabilitate, munusculis aditum sibi per
 nutrices aut alumnas quærere : & cùm clemen-
 ter intraverint, de scintillis, incendia concitare,
 paulatimque proficere ad impudentiam : & ne-
 quaquam posse prohiberi, illo in se versiculo
 comprobato, **ÆGRE** reprehendas, quod finis
 consuescere. Pudet dicere, & tamen dicendum
 est: Nobiles scemina, quæ nobiliores habuere ne-
 glectui procos, vilissimæ conditionis hominibus
 & servulis copulantur, ac sub nomine religionis
 & umbra continentia, interdum deferunt viros
 Helena, sequuntur Alexandros, Menelaos perti-
 mescunt. Videntur hæc, planguntur, & non vin-
 dicantur : quia multitudo peccantium peccandi
 licentiam subministrat. Pro nefas, orbis terrarum
 ruit, in nobis peccata non ruunt. Urbs inclyta &
 Romani Imperij caput, uno hausta est incendio.
 Nulla est religio, quæ non exules Romanos ha-
 beat. In cineres ac favillas sacrae quondam Ec-
 clesie conciderunt : & tamen studemus avaritiæ,
 Vivimus quasi alterâ die morituri, & ædificamus
 quasi semper in hoc seculo viduri. **Auro** parietes,
 auro laquearia, auro fulgent capita columnarum,
 & nudus atque esuriens ante fores nostras Chri-
 stus in paupere moritur. Legimus Aaron ponti-
 ficem esse obviam furentibus flammis, & accenso
 thuribulo, Dei iram cohibuisse. Stetit inter mor-
 tem & vitam sacerdos magnus, nec ultra vestigia
 ejus ignis procedere ausus est. Moysi loquitur
 Deus : Dimitte me, & delebo populum istum.
 Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri pos-
 se, ne faciat quod minatus est. Dei enim poten-
 tiam

Afluxis mundi rebus.

Aaron sacerdos. Num. 16.

Zelus Moysi & vis orationis.

L 3

tiam servi preces impediabant. Quis putas ille
 sub cælo est, qui nunc iræ Dei possit occurrere
 qui obviare flammis? & cum Apostolo dicere:
 Rom. 9. Optabam ego anathema esse profratribus meis.
 Osea 4. Pereunt cum pastoribus greges, quia sicut popu-
 lus, sic sacerdos. Moyses compassionis loqueba-
 tur affectu: Si dimittis populo huic, dimitte
 sin autem, dele me de libro tuo. Vult perire cum
 pereuntibus, nec propriâ salute contentus est.
 Ierem. 14. Gloria quippe Regis, multitudo populi. His Pa-
 catula nostra nata est temporibus. Inter hæc cre-
 pundia primam carpit ætatem, antè lacrymas
 scitura, quàm risum: prius fletum sensura, quàm
 gaudium. Necdum introitus, jam exitus. Ta-
 lem semper putet fuisse mundum. Nesciat præ-
 terita, fugiat præsentia, futura desideret. Hæc ut
 tumultuario sermone dicarem, & post neces-
 micorum, luctumque perpetuum, infanti senex
 longo post liminio scriberem, tua. Gaudenti fra-
 ter, impulit charitas: maluique parum, quàm ni-
 hil omnino poscenti dare: quia in altero
 voluntas oppressa luctu, in altero ami-
 citiæ dissimulatio est.

XIX. Hieronymus Eustochio virgini Romanae & nobili, Paula filia, qua perpetuam virginitatem suis amplexa. Sub hujus persona docentur virgines omnes, & qui in puro calibatu vitam perfectiorem meditantur, ut sciant quomodo sit vivendum, & a quibus fugiendum. Speculum dixeris hoc esse virginum, ex quo praecepta quidem praecipua subsequuntur.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & *Pf. 44.*
obliviscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum. Haec idcirco, domina mi Eustochium, scribo (dominam quippe vocare debeo sponsam Domini mei) ut ex ipso principio lectionis agnosceres, non me nunc laudem virginitatis esse dicturum, quam probasti optimam, & consequuta es: nec enumeraturum molestias nuptiarum, quomodo uterus intumescat, infans vagiat, cruciet pellex, domus cura sollicitet, & omnia quae putantur bona, mors extrema praecidat: sed ut intelligeres tibi exeunti de Sodoma timendum esse Loth uxoris exemplum. Nolo tibi venire superbiam de proposito, sed timorem. Nemo inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. Magnis inimicorum circumdamur agminibus: hostium plena sunt omnia. *Ad timorem horatio.*

Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, & concupiscit spiritus adversus carnem, & caro adversus spiritum, nulla est certa victoria. Adversarius noster diabolus tanquam leo rugiens, aliquem devorare quaerens circum. *2. Cor. 4. Galat. 5.*

- Ab exē-
plo Pauli.* Si Apostolus vas electionis & separatus in Evan-
gelium Christi, ob carnis aculeos & incentiva vi-
riorum reprimat corpus suum & servituti subi-
cit, ne alijs prædicans, ipse reprobis inveniatur.
- 1. Cor. 9.* & tamen videt aliam legem in membris suis re-
Rom. 7. pugnantem legi mentis suæ, & captivum se in le-
gem duci peccati: Si post nuditatem, jejunia, fa-
2. Cor. 11. mes, carcerem, flagella, supplicia in semetipsum
Rom. 7. reversus exclamat: Infelix ego homo, quis me li-
berabit de corpore mortis hujus? tu te putas se-
curam esse debere? Cave quæso, ne quando de te
Amos 5. dicat Deus: Virgo Israël cecidit, & non est qui
suscitet eam. Audenter loquar: Cum omnia
*Virgini-
tas nisi
sa irrecu-
perabilis.* possit Deus, suscitare virginem non potest post
ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed
non vult coronare corruptam. Timeamus illam
prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: Vir-
Amos 8. gines bonæ deficient. Observa quid dicat: Et
virgines bonæ deficient: quia sunt & virgines
Matth 5. malæ. Qui videt, inquit, mulierem ad concupis-
cendum eam, jam mœchatus est in corde suo:
*Virgines
malæ.* PERIT ergo & mente virginitas. Istæ sunt vir-
gines malæ, virgines carne, non spiritu: virgines
Matt. 25. stultæ, quæ oleum non habentes, excluduntur à
sponso. Si autem & illæ, quæ virgines sunt, ob
alias tamen culpas virginitate corporum non
1. Cor. 6. salvantur: quid fiet illis, quæ prostituerunt mem-
bra Christi, & mutaverunt templum sancti Spiritus
in lupanar?

*Vinum
virgo
fugiat.*

Si quid itaque in me potest esse consilij, si ex-
perto creditur, hoc primùm moneo, hoc obte-
stor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno.
Hæc adversus adolescentiam prima arma sunt
dæmo-

dæmonum. Non sic avaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. VINUM & adolescentia duplex incendium voluptatis. Quid odium flammæ adjicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? Noë vinum bibit, & inebriatus est. Manducavit populus & bibit, & surrexerunt ludere. Daniel desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderij non manducavit, & vinum concupiscentiæ non bibit. Innumerabilia sunt de scripturis divina responsa, quæ gulam damnent, & simplices cibos probent. Ex quo sollicitè providendum est, U T Q U O S saturitas de paradiso expulit, reducat esuries. Quod si volueris respondere, de nobili stirpe generatam, semper in delicijs, semper in plumis, non posse à vino & esculentioribus cibis abstinere, nec his legibus vivere; ditricius respondebo: Vive ergo lege tuâ, quæ Dei non potes. Non quod Deus universitatis creator & Dominus, intestinorum nostrorum rugitu & inanitate ventris, pulmonisque delectetur ardore: sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit. Piget dicere, quot quotidie virgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat Ecclesia: super quæ tydera inimicus superbus ponat thronum suum.

Explosis & exterminatis his, quæ nolunt esse virgines, sed videri, nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio: quæ quanto prima Romana virgo nobilis esse cœpisti, tantò tibi amplius laborandum est, ne & presentibus bonis careas, & futuris. Nolo habeas consortium matronarum: nolo ad nobilium domos accedas: nolo te frequenter videre, quod contemnens virgo esse voluisti. Ad

*Gen. 9.**Exod. 32.**Danielis**abstinentia.**Dan. 9.**Absti-**nentia.**Gen. 3.**Esai. 58.**Quæ ho-**minum.**consortia*

L 5

ho

*irgini
ven da*

hominis conjugem Dei sponsa properas? D'ce
in hac parte superbiam sanctam: scito te illis esse
meliorem.

*Qua so-
cia vir-
ginis.*

Sint tibi sociæ, quas jejunia tenuant, quibus
pallor in facie est, quas & ætas probavit & vita.
Esto subjecta parentibus, imitare sponsum tuum.
Rarò sit egressus in publicum. Nunquam creola
deerit procedendi, si semper quando necesse est,
processura sis. Sit tibi moderatus cibus, & nun-
quam venter expletus. Plures quippe sunt, que
cum vino sint sobriæ, ciborum largitate sunt e-
briæ.

Victus.

*Oratio
& lectio.*

Ad orationem tibi nocte surgenti non indige-
stio ructum faciat, sed inanitas. Crebrius lege:
disce quàm plurima. Tenenti codicem tomus
obrepit, & cadentem faciem pagina sancta susci-
piat. Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio la-
titeratem fugiens.

*Quomo-
do libi-
dini resi-
stendum.*

Si quando senseris exteriorem hominem flo-
rem adolescentiæ suspirare, & accepto cibo cum
te in lectulo compositam dulcis libidinum pom-
pa concusserit, arripe scutum fidei, in quo ignis
diaboli extinguuntur sagittæ. Carnis amor spî-
ritus amore superatur: desiderium desiderio re-
stinguitur. Lava per singulas noctes lectum tuum,
lacrymis stratum tuum riga. Vigila, & sicut sicut
passer in solitudine.

*Pf 6.
Pf. 101.*

*Non au-
diendi ma-
li & ad-
ulatores.*

Ne declines aurem tuam in verba malitiæ. Se-
pè enim indecens aliquid loquentes, tentant men-
tis arbitrium, si libenter audias virgo quod dici-
tur: si ad ridicula quæque solvaris: Naturali du-
cimur malo! adulatoribus nostris libenter fave-
mus, ad laudem suam intrinsecus anima latet.

spat.

Sponsa Christi arca est testamenti, intrinsecus & extrinsecus deaurata, custos legis Domini. Sicut *Heb. 9.* in illa nihil aliud fuit, nisi tabula testamenti, ita & in te nullus sit extrinsecus cogitatus.

Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Eslo & tu Maria: tuis præfero doctrinam. Sorores tuæ cursitent, & quærant quem modo Christum hospitem suscipiant. Tu semel seculi onere projecto, sede ad pedes Domini, & dic: Inveni quem quærit anima mea: tenebo eum, & non dimittam. Semper te cubiculi tui secreta custodiant, semper tecum sponsus iudat intrinsecus. Oras: loqueris ad sponsum. Legis: ille tibi loquitur. Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum quærere per plateas: nolo te circumire angulos civitatis. Foris vagentur virgines stultæ: tu intrinsecus esto cum sponso.

Cum facis eleemosynam, Deus solus videat. *Matt. 6.* Cum jejunas, laeta sit facies tua. Vestis nec sata munda, nec sordida, & nullâ diversitate notabilis. Nec satis religiosa velis videri, nec plus humilis, quam necesse est, ne gloriam fugiendo quæras. Plures enim paupertatis, misericordiam, atque jejuniij arbitros declinantes, hoc ipsi cupiunt placere, quod placere contemnunt: & mirum in modum laus dum vitatur, appetitur. Nec affectata sordes, nec exquisita munditie conveniunt Christiano.

Siquid ignoras, si quid de scripturis dubitas, interroga eum quem vita commendat, excusat ætas fama non reprobatur. Aut si non est qui possit exponere, Melius est aliquid nescire secure, quam cum periculo discere.

L. 6

Si

*Virginis
officium
erga an-
cillas.*

14.

*Contra
avariti-
am.*

Matt. 6.

Thren. 3.

*Orandi
tempora
dividen-
da.*

*Oratio
ad cibum.*

*Oratio
semper
adhiben-
da.*

Si quæ ancillulæ sunt comites propofiti tui, erigaris adverfus eas, ne inferis ut Domina. Unum fponfum habere cœpiftis, fimul pfallitis. Chrifti fimul corpus accipitis: cur mensa diverfa fit? Provocentur & aliæ. honor virginum fit invitatio cæterarum. Quòd fi aliquam fenferis firmiorem in fide, fufcipe, confolare, blandire, & pudicitiam illius fac lucrum tuum.

Avaritiæ tibi quoque vitandum eft malum, non ut aliena non appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) fed quòd tua, quæ funt aliena, non ferves. Aliena nobis auri argentique funt pondera: noftra poffeffio fpiritalis eft. Nemo poteft duobus dominis fervire. **COGITATIO** viciis fpinæ funt fidei: radix avaritiæ cura gentilium. Terram & cœlum defpiciens, & Chrifto copulata cantabis: Pars mea Dominus.

Post hæc quanquam Apoftolus orare nos femper jubeat, & fæctis etiam ipsis fit fomnus oratio, tamen divitas orandi horas debemus habere: ut fi fortè aliquo fuerimus opere detenti, ipfum nos ad officium tempus admoneat. Horam Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque & Vesperam nemo eft qui nefciat. Nec cibi fumentur, niſi oratione præmiſſâ: nec recedatur à mensa, niſi referatur Creatori gratia. Noctibus bis terque furgendum: revolvenda quæ de ſcripturis memoriter retinemus.

Egredientes de hofpitiis armet oratio: regredientibus de platea oratio occurrat antequam ſeſſio: nec prius corpusculum requieſcat, quam anima paſcatur. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem. Propone tibi bea-

tam Virginem Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, ut Mater Domini esse mereretur. Ad quam cum Gabriel Angelus in viri specie descendisset, dicens: Ave gratia plena, Dominus tecum, consternata & conterrita respondere non potuit. Nunquam enim à viro fuerat salutata: Denique nuntium discit & loquitur: & quæ hominem formidabat, cum Angelo fabulatur intrepida. Potes & tu mater esse Domini. Accipe tibi donum magnum, novum, & scribe in eo: & postquam conceperis in utero, & pepereris filium, dic: A timore tuo concepimus Domine, & doluimus, & peperimus spiritum salvationis tuæ, quem fecimus super terram. Tunc & filius tuus tibi respondebit: Ecce mater mea, & fratres mei:

*Luc. 10.**Esaia 8.**Esa. 26.**Matt. 23.*

Hæc omnia, quæ digessimus, dura videbuntur ei, qui non amat Christum. Qui autem omnem sæculi pompam pro purgamento habuerit, & vaduxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat: quæ immortuus est Domino suo, & con-surrexit, & crucifixæ carnem cum vitijs & concupiscentijs, libere proclamabit: Quis nos separabit à charitate Dei? Quis Sanctorum lineæ certamine coronatus est? quare, & invenies singulos adversa perpeffos. Solus in delicijs Salomon fuit, & forsitan ideo corruit. Quem enim diligit Dominus, corripit: castigat autem omnem filium, quem recipit. Nonne melius est brevi tempore dimicare, ferre vallum, arma sumere, accescere sub lorica, & postea gaudere victorem, quàm impatientiâ unius hominis servire perpetuo? **N I H I L** amantibus durum est: nullus diffi-

*Difficultates in via Dei superanda.**Phil. 3.**2. Tim. 2.**Gal. 5.**Rom. 8.**Heb. 12.*

Matt. 11.

cilis cupienti labor est. Amemus Christum, & jusque semper quæramus amplexus: & facile videbitur omne difficile: brevia putabimus universa quæ longa sunt. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nisi vim feceris, cælorum regna non capies. Quotiescunque vana seculi delectaverit ambitio, quoties in mundo aliquid videris gloriosum, ad paradysum mente transgredere: esse incipe quod futura es: & corpore pariter ac mente munita clamabis, & dices: Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem, & flumina non operient eam.

Cant. 8.

XX. Hieronymus Demetriadi, Iuliana filia Concepti Proba, virgini nobili, qua se Deo consecraverat. Huic præscribit qua ad vitam & institutum sancti perfectæque virginitatis pertinent. Quæ autem inferbantur de vita & laude hujus Demetriadi, ea libro tertio Commodius adtexentur.

*Lectio
sacra.**Matt. 13.**Cantic. 3.*

OMnis mihi sermo ad virginem dirigetur, & virginem nobilem: nobilem non minus sanctitate, quam genere: cujus quanto sublimior ascensus est, tanto lapsus periculosior. Unum illud ibi nata Deo, præque omnibus unum prædicam, & repetens, iterumque iterumque monebo, ut animum tuum sacre lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui, fementem lolij avenarumque suscipias, ne dormiente patrefamilias, qui est vobis, id est animus Deo semper adhærens, inimicus homo zizania superferminet, sed semper loquaris: In noctibus quasi vi quem dilexit anima

mac

mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Et: Inhælit *Cant. 1.*
 post te anima mea: me suscepit dextera tua. *Pf. 62.*
 Quando eras in seculo, ea, quæ seculi erant, dili-
 gebas, polire faciem purpuris, & ceruisâ ora *Multis-*
 depingere, ornare crinem, & alienis capillis tur- *bria or-*
 ritum verticem struere. Ut taceam de inaurium *namenta*
 pretijs, candore margaritarum, rubri maris pro- *relin-*
 funda testantium, Smaragdorum virore, cerau- *quenda*
 niorum flammis, hiacynthorum pelago: ad quæ *virgini.*
 ardent & insaniunt studia matronarum. Nunc au- *Monasti-*
 tem quia seculum reliquisti, & secundo post ba- *ca profeso*
 ptimum gradu inisti pactum cum adversario *suo sãpè*
 tuo, dicens ei: Renuntio tibi diabole, & seculo *animo*
 tuo, & pompæ tuæ, & opibus tuis: *Særvæ* *forclus,* *repeteda.*
 quod pepigisti, & esto consentiens, pactumque
 custodiens cum adversario tuo, dum es in via hu- *Matt. 22.*
 jus seculi ne sorte tradat te iudici, & te de suo a-
 liquid usurpâsse conviciat: tradarisque ministro:
 qui ipse est & inimicus & vindex: & mittaris in
 carcerem, & in tenebras exteriores: quæ quantò
 à Christo vero lumine separantur, tantò nos ma-
 jori horrore circumdant: & non inde exeat, nisi
 solvas novissimum quadrantem, id est, minimum
 quodque delictum, quia & pro otioso verbo red- *Matt. 12.*
 diturimus rationem in die iudicij. Hæc dicta *Ad imo-*
 sint, non in fausto contra te vaticinio, sed pavidi *rem hor-*
 eantique mōitoris officio, ea quoque in te quæ *ratio.*
 tuta sunt, formidantis. Si spiritus, inquit, potesta- *Eccl. 10.*
 tem habentis ascendit super te, locum tuum ne
 dimiseris. Quas in prociū, & in acie stamus
 semper ad pugnam. Vult nos loco movere hostis,
 & de gradu decedere: sed solidata vestigia sunt,
 & dicendum: Statuit supra petram pedes meos,
 & pe-

- Pf. 103.* & petra refugium leporibus. Pro quo multi-
 rhacios legunt, animal parvum, & fugax, & spina-
Matt. 27. rum sentibus pręgravatum. Sed ideo Jesus spo-
Esa. 53. nis coronatus est, & nostra delicia portavit, & pro
 nobis doluit. ut de sentibus & tribulationibus femi-
Gen. 3. ninarum, ad quas dicitur: In anxietatibus & do-
 loribus paries mulier, & ad virum conversio tua,
 & ipse tui dominabitur, rosa virginitatis, & lilia
Cant. 2. castitatis nascerentur. Unde & Iponfus pascitur
Apoc. 14. inter lilia, & inter eos, qui vestimenta sua non
 coinquinaverunt: virgines enim permanserunt,
Eccle. 9. aucleruntque pręceptum: Candida sint semper
 vestimenta tua. Et quasi autor virginitatis & prin-
Cant. 2. ceps, loquitur confidenter: Ego flos campi, & li-
Eccle. 10. lum convallium. Si spiritus potestatem haben-
 tis asconderit super te, locum tuum ne dimiseris.
 Post quod sequitur: Quia curatio quiescere facit
 peccata maxima. Qui versiculus hunc habet sen-
 sum: Si in cogitationes tuas coluber ascenderit,
Prov. 4. omni custodia serva cor tuum, & cum David ca-
Pf. 18. nito: Ab occultis meis munda me Domine, & ab
 alienis parce servo tuo: & ad peccatum maxi-
 mum, quod opere perpetratur, nequaquam per-
 venies. Hęc cursim quasi de prato pulcherrimo
 sanctarum scripturarum, parvos flores carpisse
 sufficiat, pro commonitione tui: ut & claudas cu-
 biculum pectoris, & crebro signaculo crucis mu-
 nias frontem tuam, ne exterminator Ægypti in-
 te locum reperiat: sed primogenita, quę apud
 Ægyptios pereunt, in tua mente salventur, & di-
 cas cum Propheta: Paratum cor meum Deus, pa-
Exod. 12. ratum cor meum: cantabo & psallam. Exurge
Pf. 36. gloria mea, exurge psalterium & cithara. Quam

*Signo
 crucis
 frequen-
 ter uten-
 diam.*

*Exod. 12.
 Pf. 36.*

affumere jubetur & Tyrus, multis peccatorum
 confossa vulneribus: ut agat pœnitentiam, & ma-
 culas pristinae sceditatis, cum Petro amaris lacry-
 mis abluat. Verùm nos ignoscemus pœniten-
 tiam, ne facillè peccemus. Ita quasi secunda post
 naufragium miseris tabula sit: in virgine integra
 seruetur navis: Aliud est querere quod perdi-
 deris: aliud est possidere quod nunquam amiseris,
 Unde & Apostolus castigabat corpus suum, & in
 servitute redigebat, ne alijs prædicans, ipse re-
 probus inveniretur: corporisque ex persona ge-
 neris humani inflammatus ardoribus, loquebatur:
 Miser ego homo, quis me liberabit de corpore
 mortis hujus? Et iterum: Scio, quia non habi-
 tat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Velle e-
 nim adjacet mihi, ut faciam autem bonum, ne-
 quaquam. Neque enim quod volo bonum, sed
 quod nolo malum, hoc facio, Et denuò: Qui in
 carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem
 non estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus
 Dei habitat in vobis. Post cogitationum dili-
 gentissimam cautionem, jejuniorum tibi arma su-
 menda sunt, & canendum cum David: Humilia-
 vi in jejunio animam meam. Et: Cinerem tan-
 quam panem manducavi. Et: Cum molesti erant
 mihi, induebar cilicio. Eva per cibum ejecta est
 de paradiso. Helias quadraginta dierum exer-
 citatus jejunio, igneo curru in cœlum rapitur.
 Moyses quadraginta diebus & noctibus familiari-
 tate & sermone Dei pascitur: in se verissimum
 probans quod dicitur: Non in solo pane vivit
 homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore
 Dei, Salvator generis humani, qui virtutum &

E/a. 23.

Matt. 26.

Pœniten-
tia.

1. Cor. 9.

Rom. 7.

Rom. 8.

Jejunia
assumen-
da.

Ps. 34.

Ps. 101.

Ps. 34.

Gen. 3.

3. R. g. 19.

4. Reg. 20.

Exo 34.

Deut 8.

Christus

jejunat.

con-

conversationis suæ nobis reliquit exemplum
Matt. 4. post baptismum statim assumitur à spiritu : ut per-
Luc. 10. gnet contra diabolum, & oppressum atque con-
Rom. 16. tritum, tradat discipulis conculcandum. Unde
 Apostolus loquitur : Deus autem conterat sate-
 nam sub pedibus nostris velociter. Et tamen ho-
 ris antiquus post quadraginta dierum jejunium
Matt. 4. per cibum molitur insidias, & dicit : Si filius Dei
 es, dic ut lapides isti panes fiant. In lege, mensis
Levit. 23 septimo post clangorem tubarum decimo die
jejunium mensis, totius gentis Hebrææ jejunium est, & ex-
Hebrao- terminatur illa anima de populo suo, quæ sati-
rum. tatem prætulit continentia. Neque verò im-
 moderata tibi imperamus jejunia, & enormem
jejunia ciborum abstinentiam, quibus statim corpora de-
ne sine licata franguntur, & antè ægrotare incipiunt
immode- quam sanctæ conversationis jacere fundamentum.
rata. Philosopherum quoque sententia est : *μετρίως
ἀετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι*, quod Latine
 ita potest sermo resonare, moderatas esse virtu-
 tes : excedentes modum atque mensuram inter
 vitia deputari. Unde & unus de septem sapien-
 tibus *μηδὲν ἄγαν* id est, Ne quid, ait, visis. Quod
 tam celebre factum est, ut comico quoque versu
Quomo- expressum sit. Sic debes jejunare, ut non palpi-
do jeju- tes, & respirare vix possis, & comitum tuarum
nandum. vel porteris, vel traharis manibus : sed ut fractio
 corporis appetitu, nec in lectione, nec in Psal-
 mis, nec in vigilijs solito quid minus facias. Je-
Virtutū JUNIUM non perfecta virtus, sed cæterarum
funda- virtutum fundamentum est. Et sanctificatio atque
mentum pudicitia, sine qua nemo videbit Deum, gradus
jejunii. præbet ad summa scandentibus : nec tamen si sola

Matth. 23

fuerit, virginem poterit coronare. Legamus Evangelium sapientum & stultarum virginum: quarum alie cubiculum sponsi ingrediuntur: alie bonorum operum oleum non habentes, extinctis lampadibus excluduntur. Latus est super jejunijs campus, in quo & nos sepe cuturrimus, & multorum proprij habentur libri, ad quorum te mittimus lectionem: ut discas quid bonum habeat continentia, & quid e contrario mali saturitas. Imitare sponsum tuum. Esto a viae matrique subiecta. Nullum virorum, & maxime juvenum, nisi cum illis, videas. Nullum scias, quem illi nesciant. Secularis quoque sententia est: Eadem velle, & eadem nolle, eademum firma amicitia est. Ut appeteres virginitatem, ut Christi precepta cognosceres, ut scires quid tibi expediret, quid diligere deberes, illarum te exempla docuerunt, sancta domi intruxit conversatio. Non igitur solum putes tuum esse, quod tuum est: sed earum, quae suam in te expressere pudicitiam: & honorabilium nuptiarum, cubilique immaculati pretiosissimum germinavere te florem: qui perfectos afferet fructus, si humiliaveris te sub potenti manu Dei: & scriptum semper memineris: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Ubi autem gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas, ut impleatur dictum Apostoli: non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordis. Et tamen velle & nolle nostrum est: ipsumque quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est. Eunuchorum quoque & puellarum ac servulorum mores magis eligantur, quam vultuum elegantia: quia

Virorum
caven-
dus affe-
ctus vir-
gini,

1. Pet. 3.
Humili-
tas.

Rom. 9.

quia in omni sexu & aetate & truncatorum corporum violenta pudicitia, animi consideranda sunt, quia amputari, nisi Christi timore, non possunt.

Non audiendi sermones impudici. Scurrilitas atque lascivia te praesente non habent locum. Nunquam verbum inhonestum audias: aut si audieris, non inesceris. Perditas mentes hominum uno frequenter levique sermone tentant claustra pudicitiae. Ridere & rideri secularibus derelinque. Gravitas tuam personam decorat.

Cato senior. Catonem quoque (illum dico Censorium) & vestrae quondam urbis principem, qui extrema aetate Graecas literas, nec eruditus censor, nec desperavit senex discere: & M. Crassum semel in vita risisse scribit Lucilius. Fuerit illa infectata severitas, & gloriam quaerens, auramque

Affectus moderati. popularem: Nos affectus & perturbationes, quamdiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari & regere possumus, amputare non possumus.

Ephes. 4. Unde & Psalmista dicit: Irascimini, & nolite peccare. Quod Apostolus edisserens: Sol, inquit, non occidat super iracundiam vestram: quia irasci hominis est, & finem iracundiae imponere Christiani. Superfluum reor te monere contra

Avaritia. avaritiam: cum generis tui sit, & habere, & calcare divitias: & Apostolus doceat, avaritiam esse idolorum cultum: Dominusque respondeat scilicet

Ephes. 5. Matt. 19. Magister bone, quid boni faciens, vitam aeternam possidebo? Si vis esse perfectus, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me. Apollolici fastigij est perfecta que virtutis vendere omnia, & pauperibus distribuere: & sic lo-

Pauperitas vera.

veniatque expeditum cum Christo ad cœlestia
 subvolare. Nobis, imò tibi, diligens credita est
 dispensatio. Quanquam in hoc omni ætate, o-
 mnique personæ libertas arbitrij relicta sit. Si vis,
 inquit, esse perfectus: Non cogo, non impero, sed
 propono palmam, ostendo præmia: tuum est eli-
 gere, si volueris in agone atque certamine coro-
 nari. Et consideremus, quàm sapienter sapientia
 sit locuta. Vende quæ habes Cui ista præcipiuntur?
 Nempè illi cui dictum est: Si vis esse perfe-
 ctus. Non partem bonorum tuorum vende, sed
 omnia. Cùmque vendideris, quid sequitur? Et
 da pauperibus: non divitibus, non propinquis.
 Non ad luxuriàm, sed ad necessitatem. Sive ille
 sacerdos sit, sive cognatus & affinis, nihil in illo
 aliud consideres, quàm paupertatem. Laudent te
 esurientium viscera, non ructantium opulenta
 convivia. In Actis Apostolorum, quando Domi-
 ni nostri adhuc calebat cruor, & fervebat recens
 in credentibus fides: vendebant omnes possessio-
 nes suas, & pretia earum ad Apostolorum defere-
 bant pedes: ut ostenderent pecunias esse calcan-
 das: dabaturque singulis, prout cuique opus erat.
 Ananias & Saphira dispensatores timidi, imò
 corde duplici, & ideo condemnati, quia post vo-
 tum obtulerunt quasi sua, & non ejus, cui semel
 ea voverant: partemque sibi alienæ substantiæ re-
 servaverunt: metuentes famem, quam vera fides
 non timet: præsentem meruere vindictam non
 crudelitate sententiæ, sed correptionis exemplo.
 Denique & Apostolus Petrus, nequaquam ei im-
 precatur mortem, ut stultus Porphyrius calu-
 mniatur, sed Dei judicium Prophetico spiritu an-
 nun-

*luntarè
 commens-
 datur.*

*Explicat
 tit. loci
 Evange-
 lici.*

*Pauper-
 tas in prio-
 ris Chris-
 tianis,
 Act. 4.*

Act. 5.

nuntiat : ut pœna duorum hominum sit doctrina multorum. Ex Eo tempore, quo virginitati perpetuo consecrata es, tua non tua sunt : imo vere tua, quia Christi esse cœperunt, quia a vi-
 uente vel matre, ipsarum arbitrio dispensanda sunt. Sin autem obierint, & somno sanctorum requieverint (scio enim & hoc illas optare, ut te habeant superstitem) cum ætas maturior fuerit, & voluntas gravior, firmiorque sententia, facies quod tibi visum fuerit, imo quod Dominus imperat : scitura nihil te habituram, nisi quod in bonis operibus erogaveris. Alij ædificant Ecclesias, vestiunt parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita pretiosum ornatum non sentientia : ebor, argentoque valvas, & gemmis aurata distinguunt altaria. Non reprehendo, non abnuo. Unusquisque in sensu suo abundet. Meliusque est hoc facere, quam repositis opibus incubare. Sed tibi aliud propositum est, Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui te cœco indigent, & maxime in domesticis fidei, virginum alere monasteria, servorum Dei & pauperum spiritu habere curam, qui diebus & noctibus serviunt Domino tuo : qui in terra positi, imitantur conversationem Angelorum, & nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes Dei pertinet : habentesque vicium & vestitum, his gaudent divitijs, qui plus habere nolunt, si tamen servant propositum. Alioqui si amplius desiderant, his quoque, quae necessaria sunt, probantur indigni. Hæc ad virginem divitem, & virginem nobilem sum locutus.

Rom. 14.

*Commēdat eleē
mōsynā.*

Matt. 25.

Galat. 6.

in

Nunc

Nunc tantum ad virginem loquar, id est, non *Certa* *bo*
 ea, quae extra te, sed in te sunt, considerans. PRAE- *randa* *&*
 TER psalmodum & orationis ordinem, quod tibi *studendi*
 hora tertia, sexta, nona, ad vespereum, media no- *sint tem-*
 ctie & mane semper est exercendum: statue quot *pora.*
 horis sanctam scripturam ediscere debeas: quan-
 totempore legere, non ad laborem, sed ad dele-
 ctationem & instructionem animae. Cumque hac *Quid*
 finieris spatia, & frequenter te ad figenda genua *virginis*
 sollicitudo animae suscitaverit: habeto lanam sem- *laboran-*
 per in manibus, & staminis pollice fila deducito, *dum.*
 vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa ver-
 tantur: aliarumque neta aut in globum collige,
 aut texenda compone. Quae texta sunt, inspice:
 quae errata, reprehende: quae facienda, constitue.
 Si tantis operum varietatibus fueris occupata,
 nunquam dies tibi longi erunt, sed quamvis asti-
 vis tendantur solibus, breves videbuntur, in qui-
 bus aliquid operis praetermissum est. Haec obser-
 vans, & te ipsam salvabis & alias, & eris magistra
 sanctae conversationis, multarumque castitatem
 lucrum tuum facies, scripturam dicente: In desi-
 derio est omnis anima otiosi. Nec ideo tibi ab *Etiamsi*
 opere cessandum est, quia Deo propitio nullam *diviti-*
 indiges: sed ideo cum omnibus laborandum est, *virginis*
 ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi *laboran-*
 quod ad Domini pertinet servitutem. Simpliciter *dum.*
 loquar. QUAMVIS omnem censum tuum
 in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit
 pretiosius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris
 vel in usus proprios, vel in exemplum vir-
 ginum caterarum, vel quod aviae matri-
 que offeras, majora ab eis in refectionem
 pau-

pauperum pretia receptura. Penè præterij
 vel præcipuum est. Dum esses parvula, & sancta
 ac beat. mem. Anastasius Episcopus Romanam
 geret Ecclesiam: de Orientis partibus hæretico-
 rum sæva tempestas simplicitatem fidei, quæ
 postoli voce laudata est, polluere & labefacta
 conata est. Sed vir ditissimæ paupertatis, & Apo-
 stolicæ sollicitudinis, statim noxium perculit ca-
 put, & sibilantia hydræ ora compescuit. Et qui
 vereor, imò rumore cognovi, in quibusdam ad-
 huc vivere & pullulare venenata plantaria, illu-
 te pio charitatis affectu præmonendam puto, et
 sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ, & In-
 prædicti viri successor & filius est, teneas fidem
 nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidus
 que videaris, doctrinam recipias, BONUM est
 obedire majoribus, parere perfectis, & post regu-
 las scripturarum, vitæ suæ tramitem ab alijs di-
 scere, nec præceptore uti pessimo, scilicet præ-
 sumptione suâ. Graves scemina, & maxime vi-
 duæ ac virgines tibi comites eligantur: quarum
 probata est conversatio, sermo moderatus, sancti-
 verecundia. Fuge lasciviam puellarum, quæ or-
 nant capita, crines à fronte demittunt, cutea
 poliunt, utuntur pigmentis, astrictas habent me-
 nicas, vestimenta sine ruga soccosque crispantes
 ut sub nomine virginali vendibilis pereant.
 MORES enim & studia dominarum plerumque
 ex ancillarum & comitum moribus judicantur.
 Illa tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda in-
 ter socias: quæ si nescit esse pulchram, quæ negli-
 git formæ bonum, & procedens ad publicum non
 peccus & colla denudat, nec pallio revoluta cer-
 vices

Anasta-
 sij ponti-
 ficis laus.

Tenenda
 fides pon-
 tificis Ro-
 mani.

&
 §

Præce-
 ptor pessi-
 mus.

Qua mi-
 lieres eli-
 genda
 virgini.

vicem aperit : sed quæ celat faciem , & vix uno oculo, qui viæ nec cessarius est patente, ingreditur. Scripsi ad plerasque virgines & viduas *παρδο-
ματα*, & quicquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est, ut aut superfluo eadem à nobis repetantur : aut nunc prætermissa, plurimum nocent. Certè & beatus Cyprianus egregium de virginitate volumen edidit, & multi alij, tam Latino sermone, quàm Græco. Omniumque gentium literis atque linguis in Ecclesijs Agnes vita laudata est, sed hoc ad eas pertineat, quæ necdum elegerunt virginitatem, & exhortatione indigent : ut sciant quale sit quod eligere debeant. *Agna
uirgo.*

NOBIS electa servanda sunt, & quasi inter scorpiones & colubros incedendum : ut accinctis lumbis, calceatis pedibus, & apprehensis manu baculis, iter per insidias hujus seculi, & inter venena faciamus : ut possimus ad dulces Jordanis pervenire aquas, & terram repromissionis intrare, & ad domum Dei ascendere, ac dicere cum Propheta : Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et illud : Unam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. *Exod. 12.
Ps. 25.
Ps. 26.*

Felix illa conscientia, & beata virginitas, in cujus corde præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque justitia, cæteræque virtutes, nullus alius versatur amor : nec ad recordationem hominis aliquando suspirat : nec videre desiderat, quem cum viderit, nolit dimittere. Finem jungo principio, nec semel monuisse cōtentus sum : AMA scripturas sanctas, & amabit te sapientia : dilige eam, & servabit te : honora illam, *ov. 4*

M

& ama-

& amplexabitur te. Hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hæreant. Nihil aliud noverit lingua, nisi Christum: nihil possit sonare, nisi quod sanctum est. Avia tuæ tibi semper ac matris in ore dulcedo versetur, quarum imitatio, formula virtutis est.

XXI. Hieronymus Furia Romana nobilique vidua, quæ virentis erat ætatis, Probi consulis Nurus. Ad hanc scribit institutionem de viduitate servanda, & quomodo in monogamia atque calibatu, sapienter, vâ pudicitia & fama, sit homini perseverandum.

Obscras literis, & suppliciter deprecaris, ut tibi rescribam: imò scribam, quomodo vivere debeas, & viduitatis coronam illæ sopo dicitur nomine conservare. Gaudet animus, exultant viscera, gemit affectus, hoc te cupere esse post virum, quod sanctæ memoriæ mater tua. Titiana multo tempore fuit sub marito. Exaudita sunt preces & orationes ejus: impetravit in unica filia, quod vivens ipsa possederat. Habes præterea generis tui grande privilegium, quod exinde a Camillo vel nulla, vel rara vestra familia scribitur secundos nosse concubitus: ut non tam laudanda sis, si vidua perseveres, quàm execranda, si id Christiana non serves, quod per tanta seculi gentiles feminæ custodierunt. Taceo de Paula & Eustochio, stirpis vestrae floribus, ne per occasionem exhortationis illas laudare videar: Blessilamque prætereo, quæ post maritum suum, cum sortita germanum, in brevi vitæ spatio temporis

virtutum multa complevit. Atque utinam præconia sceminarum imitarentur viri, & rugosa senectus redderet, quod sponte offert adolescentia. HONORA patrem tuum, sed si te à vero patre non separat. Tamdiu scito carnis copulam, quamdiu ille suum noverit Creatorem. Alioqui David protinus tibi canet: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, quoniam ipse est Dominus tuus. Grande præmiuum parentis oblii: concupiscet Rex decorem tuum. Quia audisti, quia vidisti, quia inclinasti aurem tuam, & populi tui, domusque patris tui oblita es: idcirco concupiscet Rex decorem tuum, & dicet tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quid pulchrius animâ, quæ Dei filia appellatur, & nullos extrinsecus quærit ornatus? Credit in Christum, & hâc ambitione pergit ad sponsum: eundem habens Dominum, quem & virum. Quid angustiarum habent nuptiæ, didicisti in ipsis nuptiis: & quasi coturnicum carnibus, usque ad nauseam saturata es: amarissimam choleram tuæ sensere fauces. Egressisti acescentes & morbidos cibos: relevasti æstuantem stomachum. Quid vis rursus ingerere, quod tibi noxium fuit? Canis revertens ad vomitum, & sus lota ad volutabrum luti Bruta quoque animalia & vagæ aves in eadem pedicas retiaque non incidunt. An veteris, ne proles Furiana deficiat, & ex te patrens tuus non habeat pusionem, qui reptet in pectore, & cervicem ejus stercore linat? Quippe ne hi omnes habent filios, qui habuere matrimonia? & quibus nati sunt liberi, suo

*Pf. 44**Laus**virginis.**Cant. 4.**Num. 11.**Dehor-
tatur à
bigamia.**2. Pet. 2.*

generi responderunt? Exhibuit Ciceronis filius patrem in eloquentia? Cornelia vestra, pudicitie simul & fecunditatis exemplar, Gracchos genuisse lætata est? Ridiculum est sperare pro certo, quod multos & non habere videas, & cum habuerint, perdidisse. Cui dimittes tantas divitias? Christo, qui mori non potest. Quem habebis heredem? Ipsum, quem & dominum. Contristabitur pater, sed lætabitur Christus: lugebit familia, sed Angeli gratulabuntur. Faciat pater quod vult de substantia sua: Non es eius cui nata es, sed cui renata, & qui te grandi pretio redemit, sanguine suo. Cave nutrices & gerulas, & istiusmodi venenata animalia, quæ de corio tuo saturari ventrem suum cupiunt. Non suadent quod tibi, sed quod sibi prosit. Et sæpè illud obganniunt. Sola ne perpetua mœrens carpere juventa? Nec dulces natos, Veneris nec præmia nostris? Quicquid non tulerint, sibi ablatum putant, nec considerant de quanto, sed quantum accipiant. Ubi-
vio, ὄψωνος ἐσθδενς, cunque viderint Christianum, statim illud de trivio, *ὄψωνος ἐσθδενς*, vocant impostorem, detrahunt. Hi rumores turpissimos ferunt, & quod ab ipsis egressum est, id ab alijs audisse se simulant: ijdem autores & exaggeratores. Hæc locutus sum in Christo filia, non dubitans de proposito tuo (nunquam enim exhortatorias literas postulares, si ambigeres de bono monogamie) sed ut nequitiam servulorum, qui te vanalem portant, & invidias affinium, ac pium parentis errorem intelligeres: cui ut amorem in te tribuam, amoris scientiam non concedo, dicens aiquid
Rom. 10. cum Apostolo: Confiteor, zelum Dei habent: sed
 non

1. Cor. 6

2. Pet. 1

Rom. 10.

non secundum scientiam. Imitare potius (cre-
bro enim id ipsum reperam) sanctam matrem
tuam, cujus ego quoties recordor, venit in men-
tem ardor in Christum, pallor ex jejunijs, ele-
molyne in pauperes, obsequium in servos Dei,
humilitas vestium & cordis, atque in cunctis ser-
mo moderatus. Pater tuus (quem honoris causa
nomino, non quia consularis & patritius, sed quia
Christianus est) impleat nomen suum. Latetur
filiam genuisse Christo non seculo. Quin potius
doleat, quod & virginitatem frustra amiseris, &
fructus perdidideris nuptiarum. Ubi est maritus
quem tibi dedit? Etiam si amabilis, si bonus fuis-
set, mors rapuisset omnia, & copulam carnis sol-
visset interitus. Arripe quæso occasionem, & fac
de necessitate virtutem. NON QUÆRITUR IN
Christianis initia, sed finis. Paulus male cepit,
sed bene finivit. Judæ laudantur exordia, sed fi-
nis prodicione damnatur. Lege Ezechielem: Ju-
dicia justæ non liberabit eum, in quacunque re
peccaverit. Et impietas impij non nocebit ei, in
quacunque die conversus fuerit ab impietate sua.
Meretrix illa in Evangelio baptizata lacrymis
suis, & crine, quo multos antè deceperat, pedes
Dominæ tergens, salvata est. Non habuit crispantes
mitras, nec stridentes calceolos, nec obhesti-
bio fuliginatos, quanto scedior, tanto pulchrior.
Quid faciat in facie Christianæ purpurisus & ce-
russa? quorum alterum ruborem genarum, labio-
rumque mentitur; alterum candorem oris & col-
li. Frustra obtenditur adolescentia & ætas puell-
laris asseritur. Vidua, quæ marito placere desi-
nit, & juxta Apostolum verè vidua est, nihil ha-

*Finis in
Christia-
na qua-
ratur.
Ezec. 33.*

Luc. 7.

*1. Cor. 7.
1. Tim. 5.*

M 3

bet

Vidua est bet necessarium, nisi perseverantiam. Meminit
perseve- pristina voluptatis: scit quid amiserit, quo dele-
raria ne- ctata sit. **ARDENTES** diaboli sagittæ, jejuni-
cessaria. rum & vigiliarum rigore restinguendæ sunt. Hoc
quantum ad habitum pertinet & ornatum. Care-
Vidua rum vidua, quæ in delicijs est (non meum est, sed
vivens Apostoli) vivens mortua est. Quid sibi vult hoc
mortua. quod ait: Vivens mortua est? Vivere quidem vi-
1. Tim. 5. detur ignorantibus, & non esse peccato mortua
sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est.
2. Cor. 13. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. Quid er-
Libidini go necesse est nos jactare pudicitiam, quæ sine
quomodo comitibus & appendicijs suis, continentia & par-
resisten- citate, fidem sui facere non potest? Apostolus ma-
dum. cerat corpus suum, & animæ subicit imperio, ne
1. Cor. 9. quod alijs præcipit, ipse non servat: & adolescen-
tula fervente cibus corpore de castitate securo
est? Neque verò hæc dicens condemno cibos,
1. Tim. 4. quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum ac-
tione; sed juvenibus & puellis incentiva aufero
voluptatum. Non **Ætææ** ignes, non Vulcania
tellus, non Vesuveus & Olympus tantis ardoribus
æstuant, ut juveniles medullæ vino plenæ, & da-
pibus inflammata. Avaritia calcatur à plerisque,
& cum marsupio deponitur. Omnia alia peccata
extrinsecus sunt, & quod foris est, facile abjicitur.
Sola libido, insita à Deo ob liberorum procreatio-
nem, si fines suos egressa fuerit, redundat in vitium,
& quâdam lege naturæ in coitum gestit erumpere.
GRANDIS igitur virtutis est, & sollicitæ dili-
gentiæ, superare quod nata sis: in carne non car-
Magna naliter vivere: tecum pugnare quotidie, & inclu-
virtus sum hostem Argi (ut fabulæ ferunt) centum oculis
est roma- re carnem

*Magna
virtus
est roma-
re carnem*

obseruare Hoc est quod Apostolus verbis alijs lo- *a dversus*
 quebatur : Omne peccatum quod fecerit homo, *libidinē.*
 extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus
 suum peccat. Ajunt medici, & qui humanorum *1. Cor. 6.*
 corporum scripsere naturas, præcipueque Gale-
 nus in libris, quorum titulus *ægi vyiētōv*, puero- *Pueris &*
 rum & juvenum, ac perfectæ ætatis virorum, mu- *juveni-*
 lierumque corpora in isto calore fervere, & no- *bus no-*
 xios illis esse cibos ætatibus, qui calorem augeat: *xios fore*
 sanitati que conducere frigida quæque in esu & *cibos ex-*
 potu sumere : sicut è contrario senibus, qui pituita *lia os.*
 laborant & frigore, calidos cibos & vetera vina *Sensibus*
 prodesse. Unde & Salvator: Attendite, inquit, vo- *cali*
 bis, ne fortè grauentur corda vestra in etrapula *cibus*
 & ebrietate, & curis hujus vitæ. Et Apostolus. *esse.*
 Vinum in quo est luxuria. Nec mirum hoc figu- *Luc. 21.*
 lum sensisse de vaseulo quod ipse fabricatus est: *Ephes. 5.*
 eum etiam Comicus, cujus finis est humanos mo-
 res nosse atque describere, dixerit: Sine Cere
 & Libero fugiet Venus.

Primum igitur (si tamen stomachi firmitas pa- *Al stind-*
 titur) donec puellares annos transeas, aquam in *tra viauâ*
 potu sume, quæ naturâ frigidissima est. Aut si hoc *seruâda.*
 imbecillitas prohibet, audi cum Timotheo: Vino
 modico utere propter stomachum, & frequentes *1. Tim. 5.*
 tuas infirmitates. Deinde in ipsis cibis cali-
 da quæque de vita: non solùm de carnibus loquor,
 super quibus vas electionis profert sententiam:
 Bonum est vinum non bibere, & carnem non *Rom. 14.*
 manducare: sed etiam in ipsis leguminibus inflan-
 tia quæque & gravia declinanda sunt. NIHILO
 ita scias condacere Christianis adolescentibus,
 ut esum olerum. Unde & in alio loco: Qui inhi-

Ibidem. mus est, aut olivam manducet, ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus est. Sic autem tres pueri & Daniel leguminibus vesciebantur. Nobis non corporis cultus, qui in illis (excepto privilegio gratia Dei) ex huiusmodi cibis entuerat, sed animæ vigor quaritur, quæ carnis infirmitate fit fortior. Inde est, quod nonnulli vitæ pudicam appetentium, in medio itinere corruunt, dum solam abstinenciam carniū putant, & leguminibus onerant stomachum: quæ moderate parceque sumpta, innoxia sunt. Et ut quod sentio, loquar, nihil sic inflamat corpora, & titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus, ructusque convulsus. Malo apud te filia, verecundia parum, per quam causa periclitari. Quicquid facit seminarium voluptatum, venenum pura, parvus cibus, & venter semper elurionis, quidquid **nō sejuvniū proficit. ET MALUM** est, si quod cotidie parum, quam raro satis sumere. Pluvia illa optima est, quæ sensim descendit in terram, subito & nimis imber in præceps arva subvertit. Quando comedis, cogita quod statim tibi orandum, illi oratio & legendum sit. De scripturis sanctis habito fixum versuum numerum: illud pensum Domino tuo redde. Nec antè quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc sub tegmine impleveris. Post scripturas sanctas, doctorum hominum tractatus lege: eorum duntaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quærere: multis margaritis unam redime margaritam. Ita, juxta Hieroniam in vij pluribus: ut ad illam viam, quæ ad patrem ducit, pervenias. Amorem monitionum atque

Carnem inflamma.

Studium per prurum.

Quis doctorum legendi.

Hier. 6.

que gemmarum sericarumque vestium transfer
ad scientiam scripturarum. Habes sanctum Exu-
perium, probatæ ætatis & fidei, qui te monitis
tuis frequenter instituat.

Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te
recipiant in æterna tabernacula. Illis tribue di-
vitiis tuas, qui non Phasides aves, sed cibarium
panem comedant: qui famem expellant, non qui
augent luxuriam. Intellige super egenum & pau-
perem. Omni petenti te, da: sed maximè dome-
sticis fidei: nudum vesti, esurientem ciba, ægro-
santem visita. Quotiescunque manum extendis,
Christum cogita. Cave, ne mendicante Domino
Deo tuo, alienas divitias augeas. Juvenum fuge
consortia. Comatulos, comptos atque lascivos
domus tuæ testæ non videant. Cantor pellatur, ut
noxius. Fidicinas & psaltrias, & istiusmodi cho-
rum diaboli, quasi mortiferas Syrenarum carmi-
na, proturba ex ædibus tuis. Noli ad publicum
subinde procedere, & spadonum exercitu præ-
eunte, viduarum circumferri libertate. *P*ESSI-
NÆ consuetudinis est, cum fragilis sexus & im-
becillis ætas suo arbitrio abutitur: & putat licere
quod libet. Omnia quidem licent, sed non omnia
expediunt. Nec procurator calamistratus, nec
formosus collactaneus, nec candidulus & rubi-
cundus assecla adhæreat lateri tuo. Interdum ani-
mus dominarum ex ancillarum habitu judicatur.
Sanctarum virginum & viduarum societatem ap-
pete. Et si sermocinandum cum viris incubuerit
necessitas, arbitros ne de vites: tantaque confabu-
landi fiducia sit, ut intrante alio nec paveas, nec
erubescas. *S*PECULUM mentis est facies, & ts-

*Ad elec-
mesynam
hortatio.*

Luc. 16.

Pf. 40.

Luc. 6.

Gal. 6.

Mat. 25.

*Virorum
fugienda
consortia
vidua.*

1. Cor. 6.

6. 10.

Castes

M.

citi

speculum citi oculi cordis fatentur arcana. Vidimus nuper
mentis ignominiosum quendam per totum Orientem
Eccl. 19. volitasse rumorem: & aetas, & cultus, & habitus, &
 incessus, & indiscreta societas, exquisitæ epulæ,
 regius apparatus, Neronis, & Sardanapali nuptias
 loquebantur. **ALIORUM** vultus, nostra sit car-
Prov. 19. tio. Pestilente flagellato, sapiens sapientior erit.
 Sanctus amor impatientiam non habet. Fallus ru-
 mor citò opprimitur: & vita posterior iudicat de
 priore. Fieri quidem non potest ut absque morbo
Malis est hominum vitæ hujus curricula quis pertranscat
gaudium malorumque solatium est bonos carpere, dum
bonos peccantium multitudine putant culpam minus
carpere. peccatorum: sed tamen citò ignis stipula con-
 quiescit, & exundans flamma deficientibus nu-
 trimentis, paulatim emoritur. Si anno præterito
 fama mentita est: aut certè si verum dixit, cesset
Ab exē- vitium, cessabit & rumor. Hæc dico, non quòd de
plo san- te sinistrum quid metuam, sed quòd pietatis affe-
ctæ sor- ctu etiam quæ tuta sunt, perimescam. O si vide-
ris. res sororem tuam, & illud sacri oris eloquium
 coram audire te contingeret: cerneres in parvu-
 lo corpusculo ingentes animos: audires totam
 veteris & novi testamenti supellectilem ex illius
 corde fervere. Jejunia pro ludo habet, orationem
Exod. 15. pro delicijs. Tenet tympanum in exemplum Ma-
 riæ, & Pharaonemerso, virginum choropreci-
 nit: Cantemus Domino, gloriosè enim magnifi-
 catus est: equum & ascensorem deiecit in mare.
 Has docet psaltrias Christo, has fidecinas erudit
Matt. 25. Salvatore. Sic dies, sic nox ducitur: & oleoad
 lampades preparato, sponsi expectatur adventus.
 Imitare ergo & tu consanguineam tuam. Habeat
 Roma,

Roma, quod angustior urbe Romanâ possidet
 Bebelhem, Habes opes: facile est tibi, indigen-
 tibus vicibus subsidia ministrare. Quo in luxuriâ
 parabatur, vires infumat: nulla nuptias contem-
 ptura, timeat egestatem. Redime virgines, quas
 in cubiculum Regis inducas, Suscipe viduas, quas
 inter virginum lilia & martyrum rosas quasi
 quasdam violas misceas: pro corona spinea, in
 qua Christus mundi delicta portavit, talia sarta
 compone. Letetur & adjuvetur nobilissim^o pater
 tuus: discat à filia, quod didicerat ab uxore. Jam
 ineanit caput, tremunt genua, dentes cadunt, &
 fronte ob senium rugis aratâ, vicina est mors in-
 foribus, designatur regus propè. *VELIMUS, Viaticum*
 nolimus, senescimus. Paret sibi viaticum, quod *parandum*
 longo itineri necessarium est. Secum portet, quod
 invitus dimissurus est, imò præmittat in cœlum,
 Quod si negaverit, terra sumptura est. Solent *Tim. 5^o*
 adolescentulæ viduæ, quarum nonnulla abierunt
 retro post Satanam, cum luxuriatæ fuerint in
 Christo, nubentes dicere: Patrimoniolum meum
 quotidie perit, majorum hereditas dissipatur,
 servus contumeliosè locutus est, imperium an-
 cilla neglexit. Quis procedet ad publicum? quis
 respondebit pro agrorum tributis? Parvulos meos
 quis erudiet? & vernulas quis educabit? Et hanc
 (proh nefas) causam opponunt matrimonij: quæ
 vel sola debuit nuptias impedire. Superducit ma-
 ter filijs non nutrimentum, sed hostem: non paren-
 tem, sed tyrannum. Inflammata libidine, ob-
 liviscitur uteri sui: & inter parvulos, suas
 miseras nescientes, lugens dudum nova
 nupta componitur. Quid obtendis patri-
 monium?

M 6

monium?

*Incom-
da vidua
subentis.*

conium? quid superbiam servulorum? Con-
re turpitudinem. Si habes liberos, nuptias quid
equiris? si non habes, quare expertam non me-
tuis sterilitatem, & rem incertam certo praefers
pudori? Scribuntur tibi nunc sponiales tabulae,
ut post paululum testamentum facere compella-
ris. Simulabitur mariti infirmitas, & quod te
morituram facere volet, ipse victurus faciet: aut
si venerit, ut ex secundo marito habeas filios,
domestica oritur pugna, intestinum praedium. Non
licebit tibi amare liberos, nec aequis aspiciere
oculis quos genuisti. Clam porriges cibos, in-
videbit mortuo: & nisi oderis filios, adhuc eorum
amare videberis patrem. Quod si de priore uxore
sobolem habens, domum te introduxerit, etiam
siclementissima fueris, omnes concedi & mimo-
graphi, & communes Rhetorum loci in nover-
tam saevissimam declamabunt. Si privignus lan-
guerit, & condoluerit caput, infamaberis ut ve-
nerea. Si non dederis cibos, crudelis: si dederis,
malefica diceris. Orote, quid habent tantum bo-
ni secundae nuptiae, ut haec mala valeant compen-
sare? Volumus scire quales esse debeant viduae.
Legamus Evangelium secundum Lucam: Erat,
inquit, Anna prophetissa, filia Phanuelis de
tribu Aser. Anna interpretatur gratia. Phanuel
in lingua nostris resonat vultum Dei. Aser vel in
beatitudinem, vel in divitias vertitur. Quia igitur
ab adolescentia usque ad octoginta quatuor
annos viduitatis onus sustinuerat, & non recede-
bat de templo Dei, diebus ac noctibus insilens
ieiunijs & obsecrationibus: idcirco meruit gra-
tiam spiritualem, & nuncupari filia vultus Dei.

*Imo. 2.
Exemplum
Anna
vidua.*

& qd

& atavi beatitudine divitiisque censeari. Recordemur viduas, areptanæ, quæ & suæ & filiorum salutis, Helix prætulit famem. Legimus in Judith (si cui tamen placet volumen recipere) vicuam 3 Reg 17. confectam jejunijs, & habitu lugubri sordidatam, quæ non lugebat mortuum virum: sed squalore corporis sponsum quærebat adventum. Video ar- matam gladio manum, cruentam dexteram. cognosco caput Holofernis de medijs hostibus reportatum. Vincit viros scæmina, & castitas truncat libidinem: habituque repente mutato, ad vitricas sordes redit omnibus seculi cultibus mundiores. Quid vetera repetam, & virtutes scæminarum de libris proferam? cum possis multas ante oculos tibi proponere in urbe qua vivis, quarum imitari exemplum debeas. Et ne videar adulatione per singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella, quæ respondens generi suo, aliquid nobis de Evangelio retulit. Anna septem annis à virginitate vixerat cum marito, ista septem mensibus. Illa Christi expectabat adventum: ista tenet, quem illa susceperat. Illa vagientem cernebat: ista prædicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus qui expectabant redemptionem Israël: hæc cum redemptis gentibus clamitat: Frater non redimit, redimet homo? Et de alio Ps. 48. Ps. 86. Scio me ante hoc sermone biennium edidisse libros contra Jovinianum, quibus venientes è contrario quæstiones, ubi Apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarum autoritate contrivi. Et non est necesse eadem ex integro scribere, cum possis inde, quæ scripta sunt,

M 7

mutua

V. Anna Sæd
reptana.

3 Reg 17.

Judith 8.

Judith 13

Rea 14. & 10.

Anna 6.

Marcella

vidua

collatio.

Luc. 2.

Ps. 48.

Ps. 86.

Rom. 7.

1. Cor. 7.

mutuari. Hoc tantum, ne modum egrediar epistole, admonitam te volo **COGITA** quotidie te esse morturam, & nunquam de secundis nuptijs cogitabis.

XXII. Hieronymus Calantie matrona. Est huius generalis institutio ad Christianam pietatem, non mulieribus modo, sed viris etiam ac studijs iure commendanda.

Ecli. 4.

Vetus scripturæ celebrata sententia est, esse pudorem, quo gloria inveniatur & gratia; & esse rursus pudorem, quo soleat parere peccatum. Cujus dicti veritas, quanquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi tamen, nescio quomodo, in presenti causa propius innocuit. Provocatus enim ad scribendum literis tuis, quæ miris hoc à me obsecrationibus flagitabant, diu fateor de responsione dubitavi: silentium mihi imperante verecundiâ. Cui tamen fortissimè resistebat & vim faciebat, precum tuarum fidei ambitio. Pugnabatque acriter cum hesitatione mea humilitas obsecrantis: & magnâ quâdam fidei violentiâ, oris claustra pulsabat. Cùmque sic animum utroque nutantem cogitatio diversa libraret, penè pudor exclusit officium. Sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia armavit ad depellendum inutilem verecundiâ, & damnosum silentium resolvendum: cùm utique ipsam scribendi causam tam honestam viderem esse, tam sanctam, ut peccare me crederem sitacerem: illud mecum scripturæ reputans: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Et iterum: Ne retineas verbum in tempore salutis. Et illud Petri:

Ecol. 3.

Ecli. 4.

1. Pet. 3.

Para-

Parati semper ad satisfactionem omni pōscenti
 vos rationem. Petis namque & sollicitè ac violen-
 ter petis: ut tibi certam ex scripturis sanctis præ-
 finiamus regulam, ad quam ordines cursum vitæ
 tuæ, ut cognitâ Domini voluntate inter honores
 seculi & divitiarum illecebras morum magis di-
 ligas supellestem, atque ut possis in conjugio
 constituta non solum conjugii placere, sed etiam
 ei qui indulset conjugium. Cui tam sanctæ peti-
 tioni, tamque pio desiderio non satisfacere, quid
 aliud est, quam profectum alterius non amare?
 Parebo igitur precibus tuis, teque paratam ad im-
 plendam Domini voluntatem, iphis nitar incitare
 sententijs. IDEM enim verus omnium Dominus
 ac magister, qui nos placere sibi jubet, etiam do-
 cet quomodo placere possimus. Ipse itaque te in-
 formet, ipse te doceat, qui interroganti in Evan-
 gelio adolescenti, quid faceret ut mereretur vi-
 tam æternam, divina continuo mandata propo-
 nit: ostendens nobis ejus voluntatem esse facien-
 dam, à quo speramus & præmia Propter quod a-
 lio testatur loco: Non omnis qui dicit mihi, Do-
 mine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed
 qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est,
 ipse intrabit in regnum cælorum. Quo manifestè
 illud ostenditur, nos non solâ Dei confessione tan-
 ti præmij magnitudinem promereri, nisi fidei &
 justitiæ opera conjuncta sint. Qualis enim est illa
 confessio, quæ sic Deo credit, ut pro nihilo ejus
 ducat imperium? Aut quomodo ex animo ac ve-
 rè dicimus: Domine, Domine, si ejus, quem Do-
 minum confitemur, præcepta contempnimus?
 Unde ipse in Evangelio dicit: Quid autem

Matt. 19.

Matt. 7.

Operibus
promeremur
gloriam.

Luc. 6.

70ca-

Matt. 15. vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quae dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et rursum

Malac. 1. loquitur per Prophetam: Filius honorificat patrem, & servus Dominum suum timet. Et si pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Ex quo apparet nec honorari ab eis Dominum, nec timeri, qui ejus praecepta non faciunt. Et ad David expressius dicitur, qui peccatum admiserat: Et pro nihilo duxisti Deum. Et ad Heli fit sermo Domini: Qui honorificat me, honorificabo eum: qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur. Et

2. Reg. 12.

1. Reg. 2.

Contra

vulgi se-

veritate.

Ps. 15.

Ps. 18.

Matt. 19. per, illa nobis Domini revolvenda sententia, Si

Vii

Vis ad vitam venire, serva mandata. Hoc enim
 coram nobiscum lege agitur, hoc Propheta, hoc
 Apostoli docent: hoc à nobis & vox Christi, &
 sanguis efflagitat: qui deo pro omnibus mortuus
 est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui
 pro illis mortuus est. Vivere autem illi non est ali-
 ud, quam ejus præcepta servare. que nobis ille,
 quasi certi in quoddam dilectionis suæ pignus,
 servanda mandavit. Si diligitis, inquit, me, man-
 data mea servate. Et: Qui habet mandata mea,
 & servat ea, ille est qui diligit me. Ac rursus: Si
 quis diligit me, sermonem meum servabit & pa-
 ter meus diliget eum: & ad eum veniemus, &
 manebim apud eum faciemus. Qui non diligit
 me, sermones meos non servat. Si autem vult ob-
 tinere vera dilectio. Et qui perfecte amator, totam
 sibi vitam vendit voluntatem. Nihil est
 in peccato, ut charitate. Non vivere Christum di-
 ligimus si e jus nos redemptos sanguine recorda-
 mur, nihil magis velle, nihil omnino debemus a-
 gere, quam quod ipsum velle cognoscimus. Duo
 autem sunt genera mandatorum, in quibus elau-
 ditur tota justitia: prohibendi unum est, jubendi
 alterum. Ut enim mala prohibentur, ita præci-
 piuntur bona. Ibi otium operatur, hic studium.
 Ibi coercetur animus, hic incitatur. Hic si cisse,
 illic non fecisse, culpabile est. Unde & Propheta
 dicit: Quis est homo, qui vult vitam, & cupit vi-
 dere dies bonos? Prohibe linguam tuam à malo,
 & labia tua ne loquantur dolum. Declina à ma-
 lo, & fac bonum. Et beatus Apostolus: Odientes
 malum, adhaerentes bono. Hoc itaque duplex di-
 versumque præceptum, prohibendi scilicet &
 im-

2. Cor. 5.

Christo vivere quid. Ioan. 14.

Ibidem.

Charitas magna vis

Duo genera mandatorum.

Pf. 33.

Rom. 12.

Nullus à
Dei mā-
datis li-
ber.

Ezechi. 19.

Peccata
paria
Stoicis.

Parva
etiam
peccata
sunt.

Matth. 7.

Innocen-
tia.

Iob 13.

imperandi, æquo omnibus jure mandatum est.
Non virgo, non vidua, non nupta ab hoc imperio
libera est. In quovis proposito, in quovis gradu
æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel
jussa non facere. Neque verò eorum te seducat
error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum
Dei mandata contemnant, quæve quasi vilia ac
parva despiciant. Nec metuunt, ne secundum di-
vinam sententiam, minima contemnendo, paula-
tim decidant. Stoicorum quidem est peccatorum
tollere differentiam, & delicta omnia paria judi-
care: nec ullum inter scelus & erratum discrimen
facere. Nos verò & si multum inter peccata dista-
re credimus, quia & legimus tamen satis prodesse
ad cautionem ducimus, etiam minima pro maxi-
mis cavere. TANTO enim facilius abstinemus
à quocunque delicto, quanto illud magis metui-
mus. Nec citò ad majora progreditur, qui etiam
parva formidat. Et sanè nescio, an possimus leve
aliquod peccatum dicere, quod in Dei contem-
ptum admittitur. Estque prudentissimus, qui non
tam considerat quod jussum sit, quam illum qui
jusserit: nec quantitatem imperij, sed imperantis
cogitat dignitatem. Ædificanti itaque tibi spiri-
tualem domum, non super levitatem arenæ, sed
super soliditatem petrae, innocentie in primis
fundamentum ponatur, super quod facilius pos-
sis arduum culmen justitie erigere. Maximam
enim partem equitatis implevit, qui nulli nocuit.
Beatusque est, qui potest cum sancto Job dicere.
Nulli nocui hominum: justè vixi cum omnibus.
Unde audenter & simpliciter loquebatur ad Do-
minum: Quis est ille, qui judicetur mecum? id est,

quis

quis tuum adversum me potest implorare iudicium, ut se la sum à me convincat? Purissimæ conscientiæ est, securè canere cum Propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus tuæ. Unde idem alibi dicit: Non fradua vit eos Deus bonis, qui ambulant in innocentia. Itaq; malitiam, odium, atque invidiam, quæ vel maxima vel sola semina sunt nocendi; Christiana à se propellat anima: neque manu tantum, aut linguâ, sed corde quoque custodiat innocentiam nec opere modo, sed voto etiam nocere formidet. QUANTUM enim ad peccati rationem pertinet, nocuit & qui nocere disposuit. Multi nomen illud absolute atq; integrè definiunt, innocentem, qui ne in eo quidem ulli noceat quo prodesse desistat. Quod si est verum: tum demum latere de innocentia conscientia, si, cum potes, adjuvare non desinas. Si verò divisa inter se ista atq; distincta sunt, aliudq; est non nocere quod semper potes, aliud prodesse cum possis: aliud malum non facere, aliud operari bonum: illud tibi rursus occurrat, non sufficere Christiano, si partem unam iustitiæ impleat, cui utrumque præcipitur. NE quis enim debemus ad multitudinis exempla replicare: quæ nullam harum disciplinam sequens, nullum vivendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quàm quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem vitam agunt: & aliud professione, aliud conversatione testantur: atque (ut Apostolus ait) Deum confitentur se nosse, factis autem negant. INTER Christianum & gentilem non fides tantum debet: sed etiam vita distinguere: & di-

Ps. 100.

Ps. 83.

*Vraque
iustit
pars im
plenda.*

*Falsi
Christia
ni.
Tit. 1.*

ver-

Opera monstrat religionē. versam religionem per diversa opera monstrat. Nolite (ait Apostolus) jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras?

2. Cor. 6. Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidei? Qui autem confessus templo Dei cum idolis? Sic ergo inter nos & illos maxima separatio. Disjungitur certo discrimine error & veritas. Illi terrena sapiant, qui celestia promissa non habent. Illi brevi huic vite totos implicent, qui æterna nesciunt. Illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant. Illi seruiant vitijs, qui non sperant futura præmia virtutum. Nos vero, qui purissima confitemur fide, omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, sive bonum, sive malum: procul detentus esse à vitijs, dicente apostolo: Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, cum vitijs & concupiscentijs. Ne conturbamur quantur erantem, qui se veritate discipulos confitentur. Duas certè conversationis vias, & distincta in diversum itinera vivendi Salvator in Evangelio ostendit. Quam (inquit) spatiosa via, quæ ducit ad mortem, & multi sunt, qui intrant per eam. Et rursus. Quam arcta via & angusta est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inveniunt eam. Vide quanta inter has vias separatio sit, quantumque discrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur à multis: hæc vix invenitur à paucis. Illa enim vitis per consuetudinem quasi declivior ac mollior, & velut quibusdam amara floribus voluptatum,

inter viam latam & angustam differentia.

cile a
vero
dior,
ctatio
As p
viam
par
icrip
go
mun
mus
loqu
cum
tem
mu
sent
inv
mus
per
ad h
stipa
exp
ledi
inir
mu
aud
ma
qu
nu
tis,
tra
& c
effe

cilè ad se rapit commeantium multitudinem: hæc vero insueto calle virtutum tristior atque horridior, ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quam utilitas mansionis. ASPERAM enim nobis, & insuavem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo: quæ si in partem alteram transferatur, invenietur (sicut scriptura dicit) semita justitiæ levis. Ponamus ergo iam rationem vitæ vestræ: & per quam potissimum gradiamur viam conscientiam teste, discamus. OMNE enim quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. Si cum paucis angustum iter, & subtilem quandam semitam invenimus: ad vitam tendimus. Si vero multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam, imus ad mortem. Si ergo odio atque invidia possidemur, si cupiditati & avaritiæ cedimus, si præsentia commoda futuris præferimus, per spatiosam viam incedimus, Habemus enim ad hæc comitum multitudinem: & late simillam stipamur agminibus. Si iracundiam libidinemque explicere volumus, si iniuriam vindicamus, si maledicenti remaledicimus, & adversum inimicum inimico animo sumus: æquè cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipsi, vel adulantem libenter audimus: si verum dicere gratiam impedimur, & magis offendere animos hominum timeamus, quam non ex animo loqui: de multorum via sumus. Tot nostri sunt loci, quot extranei veritatis. At è contrario si ab omnibus vitijs sumus extranei, si purum ac liberum animum præstamus, & omni cupiditate calcata, solis studemus divites esse virtutibus: per angustam viam nitimur. Con-

*Quid
viam se-
luti a-
speram
faciat.*

*Quomo-
do angu-
sta via
tenenda
est.*

*Quando
tenetur
via an-
gusta.*

ver-

versatio enim ista paucorum est, Estque pererrata
 atque difficile, idoneos hujus itineris comites
 perire. Quin etiam multi hac ire se simulant
 & per diversa errorum diverticula ad viam
 multitudinis revertuntur. Ideoque timendum est,
 quos duces recti hujus itineris habere nos cre-
 mus, eos comites habeamus erroris. Si igitur
 veniuntur exempla, quae nos per hanc ducant
 viam, & rectum Evangelij tramitem teneant, se-
 quenda sunt. Sin vero ea vel deficiunt, vel de-
 cere putantur, Apostolorum forma univ[er]sis pro-
 posita est. Clamat vas electionis Paulus, nosque
 quasi ad angustum hoc iter convocans, dicit, Imita-
 tores mei estote, sicut & ego Christi. Certè
 quod est amplius omnibus, ipsius Domini relucet
 exemplum, qui in Evangelio ait: Venite ad me om-
 nes, qui laboratis & onerati estis, & ego requie-
 scere faciam vos. Tollite jugum meum super
 vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis
 corde. Si periculosum est imitari illos, de qui-
 bus dubitas an imitandi sint: hunc certè imitari
 tutissimum est, atque ejus vestigia sequi, qui di-
 xit: Ego sum via, veritas, & vita. Nunquam enim
 errat, qui sequitur veritatem. Unde & Apostolus
 Joannes ait: Qui dicit se in Christo manere, debet
 sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Et beatus
 Petrus ait: Christus pro nobis passus est, vobis re-
 linquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus,
 qui peccatum non fecit, nec est inventus dolus in
 ore ejus: qui cum malediceretur, non maledice-
 bat, cum pateretur, non comminabatur: tradebat
 autem judicanti se injustè. Qui peccata nostra ipse
 pertulit in corpore suo super lignum, ut pec-

*Paulus
 imitan-
 dus.*

I. Cor. 11.

Mat. 11.

*Christus
 imitandus*

Joan. 14.

I. Joan. 2.

I. Pet. 2.

cati mortui, iustitiæ vivamus. Cesset omnis ex-
 culatio errorum, auferantur peccandi sœda sola-
 tia, **N I H I L** omnino agimus, qui nos per multi-
 tudinis exempla defendimus: & ad consolatio-
 nem nostram, aliena sæpe numerantes vitia, de-
 esse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad il-
 lius exemplum mittimur, quem omnes fatemur
 imitandum. Atque ideo præcipua tibi cura sit, le-
 gem nosse divinam: per quam possis quasi præsen-
 tis cernere exempla sanctorum. Quid faciendum
 sit, quid vitandum, illius consilio disce. *Scriptura
 discenda
 & reti-
 nenda est.* **MAXI-
 MUM** enim ad iustitiam auxilium est implere divi-
 nis eloquijs animum, & quod opere exequi cu-
 pias, semper corde meditari. Rudi adhuc populo,
 & hominibus ad obedientiam insuetis per Moy-
 sen imperatur à Domino, ut in signum memoriæ,
 quæ præcepta Domini recordentur, per singulas *Num. 1.*
 vestimentorum simbrias habeant cum cocco lya-
 cinthini coloris insignia: ut etiam casu huc illuc
 que respicientibus oculis, mandatorum cœle-
 stium memoria nascatur. De quibus simbrijs Pha-
 risæi redarguuntur à Domino, quod eas perverso *Matt. 23.*
 usu, non ad commonitionem præceptorum Dei,
 sed ad ostentationem sui habere cœperint: ut sci-
 licet quasi de majoris observationis diligentia,
 sancti à populo judicarentur. Tibi verò servanti
 non jam literæ præcepta, sed spiritus, divi-
 norum mandatorum memoria spiritualiter ex-
 colenda est. Cui non tam frequenter recor-
 danda sunt præcepta Domini, quam semper
 cogitanda. Sint ergo divinæ scripturæ semper
 in manibus tuis, & jugiter mente volvan-
 tur. **N Æ C** sufficere tibi putes mandata Dei me-
 mo-

*Scriptu-
ra facta.
res requi-
rit.*

Rom. 2.

*Tractatio
loci Ev-
angelici.
Matt. 7.*

moriã tenere, & operibus oblivisci. Sed ideo la cognosce, ut facias quicquid faciendum dicitur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Locus quidem & immensus divinæ legis campus extenditur. Qui diversis testimonijs veritatis, velut cœlestibus quibusdam floribus vernans, mirã oblectatione legentis animum pascit ac refocillat. Quæ omnia semper cognoscere, secumque revolvare, ingens ad conservandam iustitiam beneficium est. Sed quasi ad compendiosum locum quoddam commonitorium, illa tibi Evangelij chryseostomi sententia est, & superscribenda cordi tuo, quæ ad totius iustitiæ brevium Dominico ore profertur: OMNIA quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Cujus præcepti vires exprimens, jungit ac dicit: Hæc enim lex & Prophetarum. Infinitæ namque sunt speciei partesque iustitiæ: quas non modo stylo prosequi, sed cogitatione etiam capere difficillimum est. Quas omnes unã ac brevi sententiã comprehendit: & latentem hominum conscientiam secreto animi iudicio aut absolvit, aut damnat. Ad omnem igitur actum, ad omne verbum, ad omnem etiam cogitatum hæc sententia retrahitur: quæ tibi quasi speculum quoddam paratum, & ad manum semper positum, qualitatem tuæ voluntatis ostendat: ac etiam vel de injusto opere redarguat, vel de iusto lætificet. Quotiescunque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero servari cupis, æquitativiam tenes. Quoties verò talis erga alterum fueris, qualem in te vis neminem, iter iustitiæ derelinquit.

liquisti. En totum illud divinæ legis arduum, totumque difficile. En ob quam causam dura imperia Domino reclamamus, & dicimus, nos vel difficultate, vel impossibilitate mandatorum pre-
mi. Nec sufficit quod jussa non facimus, nisi etiam jubentem injustum pronuntiemus: dura ipsam æquitatis authorem non modò dura & ardua, sed etiam impossibilia præcepisse conquerimur. Omnia, inquit, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Con-
jungi vult nos atque connecti per mutua beneficia charitatem, omnesque homines vicario inter se amore copulari: ut id unoquoque præstante alteri, quod sibi ab omnibus præstari velit, tota justitia & præceptum hoc Dei, communis sit utilitas hominum. Et ô miram clementiam Domini! ô ineffabilem Dei benignitatem! præmium nobis pollicetur, si nos invicem diligamus, id est, si nobis ea præstemus invicem, quorum vicissim indigemus. Et nos superbo simul & ingrato animo ejus renitimus voluntati: cujus etiam imperium beneficium est. Nulli unquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis. Magisque vitam tuam ordinare discere, quàm alienam carpere. Ac semper scripturæ memor esto dicentis: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci admodum sunt, qui huic vitio renuntiant: raroque invenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, ut non libenter reprehendant alienam. Tantaque hujus mali libido mentes hominum invasi, ut etiam qui præcul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen, quasi in extremum diaboli laqueum incidant.

N

dant.

*Ne proximo
offendamus.*

*Contra
detractionem.*

dant. Tu vero hoc malum ita effuge, ut non in
 de ipsa non detrahas, sed ne alij quidem detra-
 henti aliquando credas. Nec obrectatoribus au-
 toritatem de consensu tribuas, ne eorum vitium
 nutrias annuendo. Noli (inquit scriptura) con-
 sentaneus esse cum derogantibus adversus pro-
 ximum tuum: & non accipies super illum pecca-
 tum. Et alibi: Sepi aves tuas spinis, & noli audire
 linguam nequam. Unde & beatus David diversis
 innocentiae species justitiaeque dinumerans, de
 hac quoque virtute non tacuit, dicendo: Et op-
 probrium non accepit adversus proximos suos.
 propterea quod ipse non solum adversatur, sed
 etiam persequitur detrahentem. Ait enim: De-
 trahentem secreto proximo tuo, hunc persequer-
 bar. Est sane tale hoc vitium, quod vel in primis
 extingui debeat, & ab eis, qui se sancte insitue-
 volunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat
 animum, nihil est quod ita mobilem mentem
 ac levem faciat, quam facile totum credere: &
 obrectatorum verba temerario mentis assensu se-
 qui. Hinc enim crebrae dissensiones, hinc odia
 injusta nascuntur. Hoc est, quod saepe de amicis
 inimis etiam inimicos facit: dum concordem qui-
 dem, sed credulas animas maliloqua lingua dis-
 sociat. At contra, magna quies animi, magna qui-
 est morum gravitas, non temere de quoquam su-
 ministri quid audire. Beatusque est, qui ita se con-
 tra hoc vitium armavit, ut apud eum detraheret
 nemo audeat. Quod si haec in nobis esset diligen-
 tia, ne passim obrectatoribus crederemus, iam o-
 mnes detrahere timerent, ne non tam alios
 quam se ipsos viles detrahendo facerent. Sed hoc

Prov. 24.

Ecclesi. 28.

Pf. 14.

Pf. 109.

ideo
 hoc
 tur.
 blan
 fuge
 hom
 ani
 ba ad
 vent
 Popu
 & fer
 illo n
 que e
 tia lo
 invid
 subti
 dario
 decep
 stas la
 ta est
 propr
 quide
 laudat
 & illu
 verè l
 requi
 & illu
 stabit
 Deo.
 pecca
 omnib
 tem m
 Orner

ideo malum celebre est, idcirco in multis feruet
hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter audi-
tur. Adulatorum quoque assentationes, & noxia
blandimenta fallaciæ, velut quædam pestes anime
fuge. Nihil est quod tam facile corrumpat mentes
hominum: nihil quod tam dulci & molli vulnere
animum feriat. Unde & quidam sapiens ait: Ver-
ba adulatorum mollia, feriunt autem interiora
ventris. Et Dominus loquitur per Prophetam:
Populus meus, qui beatificant vos, seducunt vos,
& semitas pedum vestrorum dissipant. In multis,
illo maxime tempore, regnat hoc vitium: quod
que est gravissimum, humilitatis ac benevolen-
tiæ loco ducitur, Eo fit, ut qui adulari nescit, aut
invidus, aut superbus putetur. Est sanè grande &
subtile artificium, laudare alterum in commen-
dationem sui, & decipiendo animum sibi obligare
decepti: quodque hoc maxime vitio agnoscit, fi-
ctas laudes certo pretio vendere. Quæ hæc tan-
ta est levitas animi, quæ tanta vanitas, relicta
propriâ conscientia alienam opinionem sequi, &
quidem fictam atque simulatam? capi vento falsæ
laudationis, gaudere ad circumventionem suam,
& illusionem pro beneficio accipere? Tu ergo, si
verè laudabilis esse cupis, laudem hominum ne
requiras: illique præpara conscientiam tuam, qui
& illuminabit abscondita tenebrarum, & manite-
stabit consilia cordium, & tunc laus tibi erit à
Deo. Sit igitur intentus ac vigilans, & adversus
peccata semper armatus animus tuus. Sermo
omnibus moderatus & parcus: & qui necessita-
tem magis loquendi indicet, quàm voluntatem.
Ornet prudentiam verecundia: quodque præ-

Assenta-
tiones fa-
gienda.

Prov. 18

Esa. 3.

Conser-
va
co nune
vitii is-
sio
tia.

1. Cor. 4.

Animus.
Sermo.

*Pudor.**Quomodo loquendum.**Eccl. 28.**1. Pet. 3.**Mädacia & iuramenta fugienda.**Matt. 5.**Præsentia Dei semper cogitanda.**Templa Dei.**1. Cor. 3.*

cipuum in feminis semper fuit, cunctas in terris
 rutes pudor superet. **Di**u ante considera quid lo-
 quendum sit, & adhuc tacens provide, ne quid di-
 xisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, &
 linguæ officium animi libra dispenset. **U**nde scri-
 ptura dicit: **A**rgentum & aurum tuum confila, &
 verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo re-
 ctos; & attende, ne forte labaris linguâ. Nunquam
 malum verbum de ore tuo procedat: quæ ad cu-
 mulum benignitatis, juberis etiam maledicenti-
 bus benedicere. **M**isericordes, inquit, modeste,
 humiles, non reddentes malum pro malo, neque
 maledictum pro maledictio: sed è contrariobene-
 dicentes. **M**ENTIRI vero atque jurare lin-
 gua tua prorsus ignoret, tantusque in te sit verus
 amor, ut quicquid dixeris, juratum putes. De quo
Salvator ad discipulos ait: Ego autem dico vo-
 bis, non jurare omnino. Et paulo post: Sit au-
 tem sermo vester, est, est: non, non. Quod autem
 his abundantius est, à malo est. In omni igitura-
 tu atque verbo quæta mens & placita servetur.
Semperque cogitationi tuæ Dei præsentia occur-
 rat: sit humilis animus ac mitis, & adversus sola
 vitia erectus. Nunquam illum aut superbia ex-
 tollat, aut avaritia inflat, aut ira præcipitet.
Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique
 pulchrius eâ mente esse debet, quæ in Dei
 habitaculum præparanda est: quem non auro
 templa fulgentia, non gemmis altaria distincta
 delectant, sed anima ornata virtutibus. Ideo
 templum Dei sanctorum corda dicuntur, affir-
 mante Apostolo, qui ait: Si quis templum Dei
 violaverit, disperdet illum Deus. Templum
 enim

enim Dei sanctum est, quod estis vos. **N I H I L**
habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. *H.*
Hæc est enim præcipua conservatrix, & quasi cu-
tas.

stos quædam virtutum omnium: nihilque est,
quod nos ita & hominibus gratos & Deo faciat,
quàm si vitæ merito magni, humilitate infimi si-
mus. Propter quod scriptura dicit: *Quantò ma-*
gnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo in-
ventes gratiam. Et Dominus loquitur per Pro-
phetam; Super quem alium requiescam, nisi su-
per humilem, & quietum, & timentem verba
mea? Veruntamen humilitatem sequere, non
quæ ostenditur atque simulatur gestu corporis,
aut fractâ voce verborum: sed quæ puro affectu
cordis exprimitur. **A L I U D** est enim virtutem

*Ecclesi. 3.**Esai. 66.**Virtus se-**culum*

habere, aliud virtutis similitudinem: aliud ostre-
rum umbram sequi, aliud veritatem. Multo de-
formior illa est superbia, quæ sub quibusdam hu-
militatis signis latet. Nescio enim quomodo tur-
piora sunt vitia, quæ virtutum specie calantur.
Nalli te unquam de generis nobilitate præponas,
neque obscuriores quasque & humiliore loco
natas te inferiores putes. Nescit religio nostra
personas accipere: nec conditiones hominum,
sed animos inspicit singulorum. Servum & nobi-
lem de moribus pronuntiat. **S O L A** apud Deum
libertas est, non servire peccatis. Summa apud
Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Quid
apud Deum in viris nobilior Petro, qui piscator
& pauper fuit? Quid in foemina beatâ Mariâ il-
lustrius, quæ sponsa fabri describitur? Sed illi pi-
scatori & pauperi cælestis regni à Christo cre-
duntur claves. Hæc sponsa fabri meruit esse ma-

*cautionem**Vera li-
bertas &
nobilitas.**Petrus.**Maria.**Mati. 1.**Mati. 16.*

I. Cor. I.

ter illius, à quo ipsa claves datae sunt. Elegit enim Deus ignobilia, & contemptibilia hujus mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam & aliàs frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit: cum universis parvis honoris & ejusdem apud Deum pretij sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti: nec interest, quæ quis conditione natus sit, cum omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam et si obliviscimur, quia ex uno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per unum omnes regeneramur. Cave ne si jejunare aut abstinere ceperis, te putes esse jam sanctam. Has enim virtus adjumentum est, non perfectio libertatis. Magis quæ id providendum est, ne ab hoc cum licita contemnas, securitatem quandam illicite tum faciat. Quicquid supra justiciam obfertur Deo, non debet impedire justiciam, sed adjuvare. Quid autem prodest tenuari abstinentiæ corpus, si animus intumescat superbia? Quis laudem merebitur de pallore jejuniij, si invidiosus hvidissimus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & irâ atque odio inebriari? Tunc, inquam, præclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus jejunes à vitijs. Imò qui probabiliter ac scienter abstinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animam frangant superbiã, ut quasi de quodam fastigio contemptus sui atque arrogantia descendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maxime in humilitate perficitur. Idcirco à varijs ciborum desiderijs mentem retrahat, ut totam ejus vim occupent in cupiditate.

*Jejunium**Abstinentia perfecta.*

virtutum. Jamque minus jejuniorum & abstinentiæ laborem caro sentit, animâ esuriēte justitiam. Nam & vas electionis Paulus, dum castigat corpus suum, & in servitutem redigit, ne alijs prædicans ipse reprobus inveniatur, non ad solam (ut quidam imperiti putant) hoc facit castitatem. Non enim huic tantummodo, sed omnibus omnino virtutibus abstinentia opitulatur. Neque magna aut tota Apostoli gloria est, non fornicari: sed hoc agit, ut castigations corporis erudiatur animus: quantoque nil ex voluptatibus concupiscit, tantò magis possit de virtutibus cogitare. ne perfectionis magister imperfectum aliquid in se ostendat: ne Christi imitator extra præceptum quicquam aut voluntatem Christi faciat, neve minus exemplo, quàm verbo doceat, cumque alijs prædicaverit, ipse reprobetur, ædiatque cum Pharisæis: Dicunt enim, & non faciunt. APOSTOLICI verò & præcepti est, & exempli, ut habeamus rationem non conscientiæ tantum, sed etiam famæ. Non superfluum, & à fructu vacuum gentium magister hoc docet: vult enim etiam extraneos ad fidem homines per fideliū opera proficere, ut religionem ipsam religio disciplina commendat. Et ideo sicut lumina in mundo lucere nos jubet in medio nationis praviæ & perversæ: ut incredulæ mentes errantium ex nostrorum actuum lumine ignorantie sue tenebras deprehendant. Unde & ipse ad Romanos ait: Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et alibi: Sine offensione esto Judæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, licet ego per omnia omnibus placeo: non quarens

*Ab inē-
sa v. r. a
ut bus
pro l. s. a
mni. 165.
E. C. 9.*

Matt. 23.

*Fama ra-
tio habē-
da est.*

Phil. 2.

Rom. 12.

1. Cor. 10.

quod mihi utile est, sed quod multis Beatus est, qui tam sanctè, tamque graviter disposuit vitam suam, ut de eo sinistra aliquid ne fingi quidem possit, dum adversus obrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudine, nec fingere quisquam ausus est, quod à nullo putat credendum. Quod si id aliis qui difficile atque nimis arduum est, saltem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligentiam, ne mala mentes occasionem inveniant detrahendi, ne ex nobis scintilla procedat, per quam adversus nos sinistra fama flamma conflatur. Alioquin frustra irascimur obrectatoribus nostris, si ipsi obrectandi materiam ministramus. Si autem nobis diligenter atque sollicitè omnia ad honestatem providentibus, cunctisque actibus nostris timorem Dei preferentibus, illi nihilominus

Consolatio contra conscientiam.

Isa. 5.

Matt. 5.

Secessus querendus etiam conjugibus.

insaniunt: consoletur nos conscientia nostra, quæ tunc maximè tuta est, tunc optimè secuta est, cum occasione quidem malè de se sentiendi dedit. Illis enim vè dicitur per Prophetam, qui dicunt, quod bonum est malum: qui lucem appellant tenebras: & quod dulce est, amarum vocant. Nobis ergo Salvatoris aptabitur sermo: Beati estis cum vobis maledixerint homines mentientes. Nos modò id agamus, ut malè de nobis nemo loqui absque mendacio possit. Ita habeto sollicitudinem domus, ut aliquam tamen vacationem animæ tribuas. Eligatur tibi oportunus & aliquantum à familiaris strepitu remotus locus, in quem tu velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationum fluctus, secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit divinæ lectionis studium, tam

crebra orationum vices, tam firma & pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus à teuis: imò id agimus, ut ibi discas, ibique mediteris, qualem tuis præbere te debeas.

XXIII. Hieronymus Iuliano, qui cum dives & potentis esset, intra paucos dies duas filias & uxorem, nec multo post bonam possessionum partem amisit. Hunc in comparatione patientis Iob consolatur, & ad perfectam vitam mundi que contemptum adhortatur.

Filius meus, frater tuus, Aufonius, in ipso jam professionis articulo, cum mihi presentiam suam dedisset, & cito abstulisset, atque in puncto temporis, salve pariter, valeque dixisset: vacuum se redire arbitratus est, nisi mearum aliquid ad te nugarum tumultuario sermone portaret. Jam demisso synthemate equus publicus sternebatur, & nobilem juvenem puicicâ indutum tunica baltheus ambebat: & tamen ille apposito notario cogebat loqui, quæ velociter edita, velox consequeretur manus: & linguæ celeritatem prenderent signa verborum. Itaque non scriptionis diligentia, sed dictantis temeritate longum ad te silentium rumpo, offerens tibi nudam efficit voluntatem. Extemporalis est epistola, absque ordine sensuum, sine lenocinio & compositione verborum, ut totum in illa amicum, nihil de oratore reperias. In procinctu effusam putes, & ad hunc cupienti ingestum viaticum. Divina scriptura

*Causam
scribendæ
explicat.*

N S

lo-

Ezeli. 22. loquitur : Musica in luctu, in tempeſtiva narratio.
Unde & nos leporem artis Rhetoricæ contem-
nentes, & puerilis atq; plauſibilis eloquij venul-
tem, ad ſanctarum ſcripturarum gravitatem con-
ſugi-mus, ubi vera & vni-verſum medicina eſt, ubi do-
lorum certa remedia : in quibus recipit unicuique
ſuum. *Luc. 7.* filium mater in feretro, ubi turbæ dicitur circum-
ſtanti. Non eſt mortua puella, ſed dormit : ubi &
Mat. 9. quatuordecim annis mortuus ad vocem inſeſtantis
Io. 11. Domini ligatus egreſſus. Audio te in brevi
Narratio de calamitate *Juliani.* tempore duas vngunculas filias junctis penetr-
tuliffe ſineribus, & pudicæ ſtimam ac ſiſſimam
conjugem tuam Pauſinam, imo ſidei calore ger-
manam, in qua ſola poſt amiſſos liberos acquie-
ſcebas ſubitæ tibi dormitione ſubſtractam : quæ
Amos 5. ſi naufragus in littore latrones reperiat, & iuxta
eloquia Prophetarum fugiens uſum, incidat in
leonem extendensque manum ad parietem, a co-
lubro mordeatur. Conſequenta rei familiaris da-
mina : vaſtationem totius barbaro hoſte provin-
ciæ, & in communi depopulatione privatas poſ-
ſeſſionum tuarum ruinas, ab acios armentorum ac
pecorum greges, vinctos occiſosque ſervulos, &
in unica filia, quam tibi tam crebræ orbitates ſe-
cerant chariorem, electum nobiliſſimum gene-
rum ex quo, ut omnia taceam, plus mœroris,
quàm gaudij ſuſcepisti. Hic eſt catalogus tenta-
tionum tuarum. Hæc cum Juliano tyrunculo
Collatio *Christi,* pugna hoſtis antiqui. Quæ ſi ad te reſpi-
cientia grandia ſunt : ſi ad bellatorem fortiſſimum,
Io. 6. 10. ſidus & umbra certaminis. Beato Job poſt malor-
Neau. rum examina uxor peſſima reſervata eſt, ut per
Io. 4. 2. eam diſceret blaſphemare. Tibi ſublata eſt opti-
ma

ma, ut miseriarum solatium perderes. Aliud est autem sustinere quam nolis, aliud desiderare quam diigas. Ille in tot mortibus filiorum domus tuæ ruinam tuam habuit sepulchrum, & scissis vestibus, ut parentis monstraret affectum, procidens in terram adoravit, & dixit: Nudus exivi de utero matris meæ, nudus & redeam. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Tu, ut parcissime dicam, inter multorum officia propinquorum, & consolantes amicos, tuorum exequias prosequutus es. Perdidit ille simul omnes divitias, & succedentibus sibi malorum nuntijs, ad singulas plagas ferebatur immobilis, complens in se illud de sapiente præconium: contractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ. Tibi major pars derelicta substantiæ, ut tantum teneris, quantum ferre potes. Necdum enim ad eum pervenisti gradum, ut totis adversum te cuneis certetur. Dives quondam dominus, & ditior pater: subito orbis, & nudus est. Cumque in omnibus his, quæ contigerant ei, non peccasset coram Domino, nec quicquam locutus esset insipiens, exultans Dominus in victoria famuli sui, & illius patientiam suum ducens triumphum, dixit ad diabolum: An advertisti famulum meum Job, quia non est quisquam similis ei super terram, homo innocens, verus Deicultor, abstinens se ab omni malo, & adhuc perseverans in innocentia? Pulchre addidit: Et adhuc perseverans in innocentia, quia difficile est pressam malis innocentiam non dolere: & in hoc ipso fide non periclitari, quod se videat

Iob 1.

Iob 1.

Job 2.

injustè sustinere quod patitur. Ad quæ respon-
dens diabolus, Domino ait: Corium pro corio, &
omnia quæ habuerit homo, dabit pro anima sua:
sed extende manum tuam, & tange ossa & carnes
ejus, nisi in facie benedixerit tibi. Callidissimus
adversarius, & inveteratus dierum malorum, no-
vit alia esse quæ extrinsecus sunt, & à Philosophis
quoque mundi adiphora, hoc est, indifferentia
nominentur, in eorumque amissione atque con-
temptu perfectam non esse virtutem: alia quæ
intrinsicus, & desiderata, cogant dolere perden-
tem. Unde audacter Dei renuit prædicationem,
& dicit, nequaquam eum debere laudari, qui ni-
hil de se, sed totum extra se dederit, qui pro corio
suo coria obtulerit filiorum, deposuerit marsu-
pium, ut fruatur corporis sanitate. Unde intelli-
gat prudentia tua, usque ad hunc terminum per-
venisse tentationes tuas, & dedisse te corium pro
corio, pellem pro pelle, omniaque quæ habes, pa-
rum esse dare pro anima tua, necdum autem ex-
tensam in te manum Dei, nec tactas carnes, nec
ossa confracta, ad quorum dolorem difficile est
non ingemiscere: & in faciem Deo benedicere,
pro eo quod est maledicere. Unde & Nabutha in
3. Reg. 21, Regum libris dicitur benedixisse Deum & Re-
gem, & idcirco lapidatur à populo. Sciens autem
Dominus athletam suum, imo virum fortissimum,
etiam in isto extremo perfectoque certamine non
posse superari: Ecce (inquit) trado illum tibi, tan-
tum animam illius custodi. Carò sancti viri da-
tur in diaboli potestatem, & animæ sanitas refer-
vatur, ne si illud percussisset, in quo sensus est
mentisquæ iudicium, non esset culpa peccantis,
sed

*Gravis
tentatio
Job.*

3. Reg. 21,

Job 2.

sed e jus, qui statum mentis everterat. Laudent
 ergo te alij, & tuas contra diabolum victorias pa-
 negyricis prosequantur: quod lato vultu mortes
 tuleris filiarum, quod in quadagesimo die dor-
 mitionis earum lugubrem vestem mutaveris, &
 dedicatio officium Martyris, candida tibi vesti-
 menta reddiderit, ut non sentires dolorem orbi-
 tatis tuæ, quem civitas unversa sentiret, sed ad
 triumphum Martyris exultares: quod sanctissi-
 mam conjugem tuam non quasi mortuam, sed
 quasi proficiscentem deduxeris. Ego te nequa-
 quam adulatione decipiam, nec lubrica laude
 supplantabo. Loquar illud potius, quod tibi au-
 dire conducit: Fili accedens ad servitium Dei,
 prepara animam tuam ad tentationem, & cum
 omnia feceris, dicito: Servus inutilis sum: Feci,
 quod facere debui. Tulisti liberos, quos ipse de-
 deras. Recepisti ancillam, quam mihi ob breve
 solatium commodaveras. Non contristor, quod
 recepisti; sed ago gratias, quod dedisti. Quon-
 dam dives adolescens omnia quæ in lege præce-
 pra sunt, se implèssè jactabat. Ad quem Dominus
 in Evangelio: Unum, inquit, adhuc tibi deest: Si
 vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes,
 & da pauperibus, & veni, sequere me. Qui om-
 nia se fecisse dicebat, in primo certamine divi-
 tias vincere non potest. Unde & difficile intrant
 divites in regnum cælorum: quæ expeditos &
 alarum levitate subnixos habitatores desiderant.
 Vade, inquit, & vende non partem substantiæ, sed
 universa quæ possides: & da non amicis, non con-
 sanguineis, non propinquis, non uxori, non libe-
 ris, plus aliquid addam: Nihil tibi ex omnibus:

*Eccli. 2.**Luc. 17.**Matt. 19.**Luc. 18.**Ad mundi:**opumque:**contem-**ptum**hortatio.*

N. 7

metu

- Act 5.* metu inopiæ reſervans, ne cum Anania doro-
ris & Saphira: ſed da cuncta pauperibus, &
Luc. 16. tibi amicos de iniquo mammona qui te recipi-
unt in aeterna tabernacula, ut me ſequaris, ut Domi-
num mundi poſſeſſionem habeas, ut poſſis carere
T. ren. 3. cum Propheta: Pars mea Dominus, & ut ve-
Num. 18. Levita nihil de terrena hereditate poſſideas. Hoc
hoc hortor, ſi vis eſſe perfectus, ſi Apoſtolica di-
gnitatis culmen cupis, ſi ſublata cruce Chriſti
Luc. 9 ſequi, ſi apprehenſo aratro non reſpicere poſſe-
Matt. 24 gum, ſi in ſublimi tecto poſitus priſtina veſtimen-
Gen. 39. ta contempnis, & ut evadas Aegyptiam Domini
4. Reg. 2. ſeculi pallium derelinquis. Unde & Hebraei
coelorum regna feſtinans, non poteſt ire curioſus
ho. ſed mundo immunda veſtigia dimittit. Sed
hoc, aſ, Apoſtolice dignitatis eſt, & ejus qui vo-
lit eſſe perfectus. Cur autem & tu nolis eſſe per-
Perfecti
eſſe ju-
*dos.*fectus? Cur qui in ſeculo primus es, non in Chri-
ſti familia primus ſis? An quis uxorem habuere
Habit & Petrus: & tamen cum reti eam & nau-
Matt. 8. culam dereliquit. Providentiſſimus Dominus
Matt. 19. & omnium ſalutem deſiderans, malenſque peccati-
1. Tim. 2. tentiam peccatoris, quam mortem, abſtulit etiam
Eze. 18. tibi hanc excuſationem, ut non illa te retrahat ad
terras, ſed tu eam ſequaris ad paradisi regna tra-
hentem. Bona liberis * pares, qui te ad Domi-
num praecellerunt, ut partes earum non in divitiis
ſotoris proficiant, ſed in redemptione manuum
tua, atque alimenta miſerorum. Hac monſtra ſe-
lia tua a te expetunt, his gemmis ornari capita
ſua volunt. Quod periturum erat in ſerico, ve-
libus pauperum tunicis reſervetur. Repetunt a te
partes ſuas, junctæ ſponſo nolunt videri paupe-
res.

res, & ignobiles propria ornamenta desiderant. Nec est quod te excuses nobilitate & divitiarum pondere. Respice sanctum virum Pammachium, & ferventissimam fidei Paulinum presbyterum, qui *Pamma-
chius.*
non solum divitias, sed seipsum Domino obtulerunt: qui contra diaboli tergiversationem ne- *Paulinus*
quaquam pellem pro pelle, sed carnes, & ossa, & *Iob. 2.*
animas suas Domino consecraverunt: qui te & ex-
emplo, & eloquio, id est, & opere & lingua pos-
sunt ad majora perducere. Nobilis es, & illi; sed
in CHRISTO nobiliores. Dives & honoratus,
& illi: imo ex divitibus & honoratis pauperes & *Iuliano-
perapia.*
inglorij, & ideo ditiores & magis inclyti, quia
pro Christo pauperes & inhonorati. Et tu quidem
benefacis, quod sanctorum diceris usibus mini-
strare, sicut monachos, Ecclesijs offerre quam-
plurima. Sed haec rudimenta sunt militiae tuae.
Contemnis aurum: contempserunt & multi
Philosophi. E quibus unus, ut ceteros sciam, *Exemplum
Philosop-
hi.*
multarum possessionum pretium projecit in pelagus:
Abite, dicens, in profundum mala cupiditates:
ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis.
Philosophus gloriae animal, & popularis aurae
vile mancipium, totam simul sarcinam deposuit:
& te te putas in virtutum culmine constitutum, si *Plus est se
offerre,
quam sua
Deo.*
partem ex toto offeras? Te ipsum vult Domi-
nus hostiam vram, placencem Deo. Te, in-
quam non tua. Et ideo varijs tentationibus com-
moneo, quia multis plagis & doloribus eruditur *Rom. 12.
Hic. 31.
Heb. 12.*
Israel. Et quem diligit Dominus, corripit: fla-
gellat autem omnem filium quem recipit. Pau-
percula vidua duo ara minuta misit in gazophy-
lacium, Et quia totum obtulit, quod habebat. *Luc. 21.*
omnes

*Oblatio
vidua.*

omnes dicitur in oblatione munerum Dei super-
râsse locupletes, quæ non pondere sui, sed offeren-
tium voluntate pensantur. Ut multis erogave-
ris censum tuum, & quidam tuâ gaudeant libera-
litate, tamen multo plures sunt, quibus nihil de-
disti. Neque enim Darijopes, & Cræsi divitiæ
valent explere pauperes mundi. Quod si te ipsum
Domino dederis, & Apostolicâ virtute perfectus,
sequi cœperis Salvatorem, tunc intelliges ubi
fueris, & in exercitu Christi quàm extremum te-
nueris locum. Non planxisti filias mortuas, & pa-
ternæ in genis lacrymæ Christi timore siccaræ
sunt. Quantò major Abraham, qui unicum fili-
um voluntate jugulavit, & quem heredem
mundi futurum audierat, non desperat etiam
post mortem esse victurum. Jępte obtulit vir-
ginem filiam, & idcirco in enumeratione sancto-
rum ab Apostolo ponitur. Nolo tantum ea offer-
ras Domino, quæ potest fur rapere, hostis invade-
re, proscriptio tollere: quæ & accedere possunt,
& recedere, & instar undarum ac fluctuum à suc-
cedentibus sibi Dominis occupantur: arque ut
uno cuncta sermone comprehendam, quæ velis,
nolis in morte dimissurus es. Illud offer, quod ti-
bi nullus hostis possit auferre, nullus eripere ty-
rannus: quod tecum pergat ad inferos, imò ad
regna cælorum, & ad paradisi delicias. Extruis
monasteria, & multus à te per Insulas Dalmatiæ
sanctorum numerus sustentatur. Sed melius face-
res, si & ipse sanctus inter sanctos viveres. Sancti
estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus.
Apostoli gloriantur, quòd omnia dimiserint, &
secuti sint Salvatorem: & certè præter retia &

Gen. 22.

Heb. 11.

Oblatio

Abraha.

Oblatio

Jępte.

Judic. 11.

Levit.

Matt. 9.

navem nihil legimus eos dimississe : & tamen testi-
monio futuri iudicis coronantur , quia se offe-
rentes , totum dimiserant quod habebant. Hæc
laqueum non in suggillationem operum tuorum ,
vel quod extenuem liberalitatem & clemosynas
tuas , sed quod te nolum inter seculares esse mo-
nachum , & inter monachos secularem , totumque
à te expectam , cujus audio mentem divino cultui
deditam. Si huic consilio nostro vel amicus , vel
affecta , vel propinquus renititur , & te ad delicias
splendentis mentis revocat : intelligito eum non
de tua anima , sed de suo ventre cogitare , & o-
mnes opes , lautaque convivium subitâ morte finire :
Ocho & sex annorum , intra viginti dies duas filias
amisti , & arbitraris senem diu possis vivere ?
Consuetas longè tendatur , audi & David :

Pf. 89.

Dies vitæ nostræ septuaginta anni. Si autem am-
plius, octoginta, & quicquid superest, labor & do-
lor est. **POELIX**, & omni dignus beatitudine,
quem sanctus Christo occupat servientem, quem
extrema dies Salvatori invenerit militantem, qui
non confundetur, cum loquetur inimicis suis in
porta : cui in introitu paradisi dicetur: Recepisti
mala in vita tua, nunc autem hic lætare. Nec
enim ulciscetur bis Dominus in eadem re. Divi-
tem purpuratum gehennæ flamma suscepit. La-
zarus pauper, & ulceribus plenus, cujus carnes
putridas lambebant canes, & vix de micis mensæ
locupletis, miseram sustentabat animam, in sinu
Abrahæ recipitur, & tanto patriarchâ parente
latatur. **DIFFICILE**, imò impossibile est, ut
& presentibus quis & futuris fruatur bonis : ut
& hic ventrem, & ibi mentem impleat, ut de de-
licijs.

Pf. 129.

Luc. 16.

Nahum II

*Nemo
beatus in
hac ætate*

*ATENA
VITA.*

licijs transeat ad delicias, ut in utroque primo
sit, ut & in cœlo & in terra appareat gloriosus.
Quod si tibi tacita cogitatio scrupulum move-
rit, cur monitor ipse non talis sim, qualem recte
desidero, & nonnullos videris in medio itinere
corruisse: illud breviter respondebo, non me
esse quæ dico, sed Domini Salvatoris: non more
re quod ipse possim, sed quid debeat velle, qui
servus futurus est Christi. Et athletæ suis incita-
toribus fortiores sunt: & tamen monet debilior,
ut pugnet ille qui fortior est. Noli respicere Ju-
dam negantem, sed Paulum respice confidentem.
Gen. 32. Jacob ditissimi patris filius, solus & nudus in
Gen. 28. baculo suo pergit Mesopotamiam, jacet lassus in
itinere, & qui delicatissime à Rebecca matre fue-
rat educatus, lapide ad caput pro pulvillo utitur.
Vidit scalam de terra usque ad cœlum, & ascen-
dentes per eam Angelos & descendentes, & de-
super innitentem Dominum, ut lassus manum
porrigeret, ut ascendentes suo ad laborem pro-
vocaret aspectu. Unde & vocatur locus ipse Be-
thel, id est, domus Dei, in qua quotidie ascendi-
tur atque descenditur. Et SANCTI enim cor-
ruunt, si fuerint negligentes: & peccatores pri-
stinum recipiunt gradum, si sordes fletibus lave-
rint. Hoc ideo dixi, ut non te terreant descen-
dentes, sed provocent ascendentes. **NUNQUAM** ex-
emplum à malis sumitur. Etiam in seculi rebus
semper à meliori parte incitamenta virtutum
sunt. Oblitus propositi & epistolæ brevitatis,
plura dictare cupiebam: ad materiæ quippe di-
gnitatem, & ad meritum personæ tuæ, parum est
omne quod dicitur. Et ecce tibi noster Antonius

Epilogus.

cepit schedulas flagitare, urgere notarios, & hinc
 nitu ferventis equi, ingenioli mei festinus argue-
 re tarditatem. Memento igitur nostri, & cura, ut
 in Christo valeas. Atque ut cætera taceam, do-
 mellica sanctæ Veræ exempla sectare, quæ verè
 sequuta Christum, peregrinationis molestias sus-
 tinet, & sit tibi tanti dux femina facti. Tribuat *Eccl. 32*
 tibi Christus, ut audias, ut taceas, ut intelligas, &
 sic loquaris. Amen.

XXIV. Hieronymus Heliodoro Episcopo, quem con-
 solatur moerentem super morte nepotis ejus & pres-
 byteri Nepotiani. Multa quæ ad consolandum
 amicum spectant, adferens.

Grandes materias, ingenia parva non susti-
 nent, & in ipso conata ultra vires ausa, suc-
 cumbunt, quantoque majus fuerit, quod dicen-
 dum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem
 rei verbis non potest explicare. Nepotianus
 meus, tuus, noster, imò Christi: & qui Christi, id-
 circo plus noster, reliquit nos senes, & desiderij
 sui jaculo vulneratos, & intolerabili dolore con-
 fectos. Quem hæredem putavimus, funus tene-
 mus. Cui jam meum sudabit ingenium? Cui li-
 terula placere gestient: ubi ille *ἐπὶ ῥαδιάντης* no-
 ster, & cygneo canore vox dulcior? Stupet ani-
 mus, manus tremit, caligant oculi, lingua balbu-
 tit. Quicquid dixerò, quia ille non audit, mutum
 videtur. Stylus ipse quasi dissentiens, & cera sub-
 tristior, ubi rubigine vel situ obducitur. Quoties-
 cunque nitior in verba prorumpere, & super tu-
 mulum ejus, epitaphij hujus flores spargere, to-
 ties

*Hoc est
 Operis
 exafflor.*

tes implentur oculi, & renovato dolore totus
 funere sum. Moris quondam fuit, ut super cae-
 vera parentum defunctorum in concione pro-
 stris laudes liberi dicerent, & instar lugubris
 carminum ad fletus & gemitus audientium re-
 citorum concitarent. Et reum in nobis ordo mor-
 tus est, & in calamitate nostram perdidit sua
 ra natura: quod exhibere senibus juvenis debuit,
 hoc juveni exhibemus senes. Quid igitur faciamus?

*Christiana
 ne dormi-
 re possit,
 uo mori.*

Jungam tecum lacrymas? Sed Apostolus prohibet,
 Christianorum mortuos, dormientes vocans.
 Et Dominus in Evangelio: Non est, inquit,
 mortua puella, sed dormit. Lazarus quocirca
 quia dormierat, suscitatus est, Lazarus & gaudet
 quia raptus est, ne malitia mentem ejus mutaret,
 quia placuerat Deo anima illius? Sed invito

Sap. 4.

repugnanti per genas lacrymae fluunt, & inter
 praecepta virtutum resurrectionisque spem, cre-
 dulam mentem desiderij frangit affectus. O mors,
 quae fratres dividis, & amore sociatos crudelis
 dura dissocias! Qui per Osee quondam tibi ter-
 ridus minabatur: Ero mortua, o mors: ero mor-
 tus tuus inferne: illius morte tu mortua es: illius
 morte nos vivimus. Devorasti, & devorata es.

*Osee 13.
 Mors a
 Christo
 occisa.*

Dumque assumpti corporis sollicitaris illecebri-
 & avidis faucibus praedam putas: interiora tua
 ad unco dente confossa sunt. Gratias tibi Christus
 Salvator tua agimus creatura, quod tam poten-
 tem adversarium nostrum, dum occideris, occi-
 didisti. Quid ante miserius homine? qui aeterni
 mortis terrore prostratus, vivendi sensum ad hoc
 tantum acceperat ut periret. Regnavit enim
 ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non

*Mors an-
 te Chri-
 stum mi-
 sera.
 Rom. 5.*

pecca-
 Ada. 5.
 in coe-
 nem C
 Israel
 eum
 totius
 tanni
 servo
 popu
 Quae
 mis, p
 culic
 Cre
 passio
 rum
 Hebr
 sua
 talem
 sitem
 critu
 nis f
 Per
 soru
 mor
 stru
 & te
 mus
 assu
 pra
 lac
 non
 rmi
 per

peccaverunt in similitudinem prævaricationis
 Adæ. Si Abraham Isaac, & Jacob in inferno, quis
 in cælorum regno? Adde quòd ante resurrectio-
 nem Christi notus tantum in Judæa erat Deus, in *Ps. 75.*
 Israël magnum nomen ejus: & ipsi, qui noverant
 eum, tamen ad inferos trahebantur. Ubi tunc
 totius orbis homines ab India usque ad Bri-
 tanniam, à rigida septentrionis plaga usque ad
 fervores Athlanticæ oceani, tam innumerabiles
 populi, & tantarum gentium multitudines?
 Quàm variæ linguis habitu, tam vestibus & ar-
 mis, pitcium ritu & locustarum, & velut muscæ &
 culices conterebantur. **Ab** **que** notitia enim
 Creatoris sui, omnis homo pecus est. Nunc verò
 passionem Christi & resurrectionem ejus cuncta-
 rum gentium & voces & literæ sonant. Taceo de
 Hebræis, Græcis, & Latinis, quas nationes fidei *Joan. 19.*
 suæ in Crucis titulo Dominus dedicavit. Immor- *De ani-*
 talem animam & post dissolutionem corporis sub- *ma. im-*
 sistentem, quod Pythagoras somniavit. Demo- *morali-*
 critus non credidit in consolationem damnatio- *nate ante*
 nis suæ; Socrates disputavit in carcere: Indus, *Christum*
 Perla, Gotthus, Ægyptius philosophantur. Bes- *incerta*
 sorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui *sententia.*
 mortuos quondam inferis homines immolabant,
 stridorem suum in dulce Crucis fregerunt melos,
 & totius mundi una vox Christus est. Quid agi-
 mus anima? quo nos vertimus? quid primum
 assumimus? quid tacemus? Exciderunt ne tibi
 præcepta rhetorum? & occupata luctu, oppressa
 lacrymis, præpedita singultibus, dicendi ordinem
 non tenes? Ubi illud ab infantia studium litera-
 rum, & Anaxagoræ ac Telamonis semper lauda-

*Philoso-
phorum
consolati-
onem scri-
pta,*

*Exempla
philoso-
phorum
se in lu-
ctu con-
solati-
um.
Exempla
Romano-
rum,*

**Cajos.*

*De con-
solatione
Christia-*

ta sententia: *SCRIBAM* me genuisse mortales
Legimus Crantorem, cujus volumen ad con-
vendum dolorem suum sequutus est Cicero. Pe-
tonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Peri-
donij ad sedandos luctus opuscula percutamus
qui diversis ætatibus diversorum luctum vel
bris, vel epistolis imminuere sunt cotti, ut et
si nostrum areret ingenium, de illorum posset for-
tibus irrigari. Proponunt innumerabiles viros
ac maxime Periclem ac Xenophontem Socrate-
cum: quorum alter amissis duobus filijs coronatus
in concione differuit: alter cum sacrificans filium
in bello audisset occisum, deponuisset coronam de-
citur, & eandem capiti reposuisse postquam forti-
ter in acie dimicantem reperit concidisse. Quos
memorem Romanos duces, quorum virtutibus
quasi quibusdam stellis, Latine micant historia.
Pulvillus capitolium dedicans, mortuum, ut nati-
tiabatur, filium subito se iussit absente sepebit.
L. Paulus septem diebus inter duorum exequijs
filiorum triumphans urbem ingressus est. Præte-
mitto Maximos, Catones, Gallos, * Pisones,
Brutos Scævolas, Metellos, Scauros, Marios,
Crassos, Marcellos, atque Aufidios: quorum non
minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, & quo-
rum orbitates in consolationis libro Tullius ex-
plicavit: ne videar potius aliena, quam nostra
quæsisse. Quanquam & hæc in suggillationem
nostri breviter dicta sint, si non præstet fides quod
exhibuit infidelitas.

Igitur ad nostra veniamus. Quicquid de scri-
pturis super lamentatione dici potest, in eo libro
quo Paulam Romæ consolati sumus, breviter ex-
pli

plicavimus. Nunc nobis per aliam semitam ad
 eundem locum perveniendum est, ne videamur
 praecepta & abelita quondam calcare vestigia.
 Scimus quidem Nepotianum nostrum esse cum
 Christo, & sanctorum mixtum choris: quod hic
 nobiscum eminens rimabatur in terris, & astu-
 tione quærebat, ibi videntem cominus dicere:
 Sicut audivimus, sic & vidimus, in civitate Dei
 nostri. Sed desiderium absentiae ejus ferre non
 possumus: non illius, sed nostram vicem dolentes.
 Quotò ille felicior, tanto amplius nos indolere,
 quòd tati caremus bono. Flebant & sorores La-
 zarum, quem resurrecturum noverant. Et ut ve-
 ros hominis exprimeret affectus, ipse Salvator
 ploravit quem resuscitaturus erat. Apostelus
 quoque ejus, qui dixit: Cupio dissolvi, & esse cum
 Christo. Et alibi: Mihi vivere Christus est, & mor-
 ti lucrum, gratias agit, quòd Epaphras de mortis
 sibi vicinia redditurus sit, ne haberet tristitiam
 super tristitiam, non incredulitatis metu, sed de-
 siderio charitatis. Quotò magis tu, & avuncu-
 lus, & Episcopus: hoc est, in carne & in spiritu pa-
 ter, doles abesse viscera tua, & quasi à te divulsa
 suspiras? sed obsecro, ut modum adhibeas in do-
 lore, memor illius sententiae: **Næ Quid Ni-
 mis.** Obligatoque parumper vulnere, audias
 laudes ejus, cujus semper virtute lætatus es. Nec
 doleas, quòd talem amiseris: sed gaudeas, quòd
 talem habueris. Et sicut hi, qui in brevi tabella
 terrarum situs pingunt, ita in parvo isto volumine
 cernas adumbrata, non expressa signa virtutum,
 suscipiasque à nobis non vires, sed volunta-
 tem.

Scio

na ca-
pienda.

Pf. 47.

Ioan. II.

Christus
& Paulus mor-
tuos de-
flect.

Phil. 1.

Phil. 2.

Scio, quod nolueris amorem in te civitatis probare, & affectum patriæ magis quæsisse in prosperis. Sed huiusmodi officium in bonis paucius est, in malis gratus. Iota hunc civitatis, Italia planxit Italia, corpus terra suscepit: ante Christo reddita est. Tu nepotem quærebas: Ecclesia sacerdotem. Præcessit te successor tuus. Quod tu eras, ille post te iudicio omnium morabatur. Atque ita ex una domo duplex pontificatus egressa est dignitas: dum in altero gratulatus est, quod tenuerit: in altero moror quod rapuerit, ne teneret. Platonis sententia est, omnem sapientium vitam, meditationem esse mortis. Laudant hoc philosophi, & in cœlum usque ferunt: sed multò fortius Apostolus: Quotidie, inquit, morior per vestram gloriam. Aliud est enim cenari, aliud agere: aliud vivere moriturum, aliud mori victurum. Ille moriturus ex gloria est: ille moriturus semper ad gloriam. Debemus igitur & nos animo præmeditari, quod aliquando futurum est, & quod velimus nolimus; abesse longius non potest. Nam si non gentos vitæ excederemus annos, ut ante diluvium vivebat humanum genus, & Mathusalem nobis tempora donarentur, tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisset. Etenim inter eum, qui decem vixit annos, & eum, qui mille, postquam idem vitæ finis advennerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transitum omne tantumdem est: nisi quod senex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur. Opus est, ut quæque dies miseris mortalibus ævi præcipue fugit, subeunt morbi, tristi que senectus. Et labere

NAVIVS. & dura rapit inclementia mortis, Navius Poet

Pia sapientis.

2. Cor. 13.

Gen. 5.

Pati, inquit, necesse est multa mortalem mala. Unde & Niobam, quia multum fleverit, in lapidem & iervas bestias commutatam fixit antiquitas, Et Hesiodus natales hominum plangens, gaudet in funere. Prudenterque Ennius: Plebes, ait, in hoc Regi antè stat. ludo: licet lacrymare plebi, Regi honestè non licet. Ut Regi, sic Episcopo, imò minus Episcopo, quàm Regi. Ille enim in nolentibus præest, hic volentibus: ille terrore subjicit, hic servituti donatur: ille corpora custodit ad mortem, hic animas servat ad vitam. In te oculi omnium diriguntur: domus tua & conversatio quasi in specula constituta, magistra est publica disciplina: qui quid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Cave ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, dignè lacerassi videantur: aut qui imitari, cogantur delinquere. Vince quando potes, imò pluriquam potes, mollitiem animi tui: & ubertim fluentes lacrymas reprime, ne grandis pietas in nepotem apud incredulas mentes, desperatio putetur in Deum. Considerandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus, ut illum expectare, non amisisse videaris. Verùm quid ego medens dolori? quem jam reor & tempore, & ratione sedatum, ac non potius replico tibi vicinas Regum miseras, & nostri temporis calamitates, ut non tam plangendus sit, qui hanc luce cænerit, quàm gratulandum ei, qui de tantis malis evaserit? Constantius Arianae fautor hæreseos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti reliquit impetum. Julianus proditor

*Neobam**Hesiodus.**Ennius.**Episcopo-
rum ma-
nus.**Mors Cæ-
sarum mis-
serabilis.*

○

ani-

animæ suæ, & Christiani jugulator exercitus
 Christum sensit in Media, quem primùm in Gal
 denegarat: diuinque Romanos propagare
Jovinianus. fines, perdidit propagatos. Jovinianus quidem
 tantùm Imperialibus bonis, scetore prunarum
 focatus interijt, ostendens omnibus quid sit
Valentinianus. manna potentia. Valentinianus vaitato genitro
 solo, & in hanc patriam derelinquens, vomit
 sanguinis extinctus est. Hujus germanus Valens
Valens. Gotthico bello victus in Thracia, eundem locum
Gratianus. & mortis habuit, & sepulchri. Gratianus
 exercitu suo proditus, & ab obvijs urbibus
 receptus, ludibrio hosti fuit, cruentæque mor
 vestigia parietes tui Lugdine testantur. Adole
Valens. scens Valentinianus & penè puer, post fugam
adole. post recuperatum multo sanguine Imperium
scens. haud procul ab urbe fraternæ mortis conscia
 catus est, & cadaver exanime suspendio infame
 tum. Quid loquar de Procopio, Maximo, Euge
 nio? qui utique dum rerum potirentur, terron
 gentibus erant. Omnes capti stererunt ante ora
 victorum: & (quod potentissimis quondam
 ferrimum est) prius ignominia servitutis, quàm
 hostili mucrone confossi sunt. Dicat aliquis: Re
 gum talis conditio est, feruntque summos fulge
 ra montes. Ad privatas veniam dignitates: nec
 de his loquar, qui biennium excedunt. Atque
 cæteros præmittam, sufficit nobis trium nup
 consularium diversos exitus scribere. Abundant
 tius egens Pivunte exultat. Ruffini caput
 Constantinopolim gestatum est, & abscissa manu
 dextera, ad dedecus insatiabilis avaritiæ: ostia

Magi-
stratus
sapè mi-
ser: &
abjcti.

stipem mendicavit. Timasius præcipitatus re-
 pente de altissimo dignitatis gradu, evasisse se
 putat, quòd Absa vivit inglorius. Non calamita-
 tes miserorum, sed fragilem humanæ conditionis
 narro statum. Horret animus temporum nostro-
 rum ruinas persequi. Viginti & eo amplius anni
 sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes Ju-
 lias quotidie Romanus sanguis effunditur. Schy-
 thiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Da-
 ciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalma-
 tiam, cunctasque Pannonias, Gottus, Sarmata,
 Quadus, Alanus, Huni, Vandali, Marcomanni
 vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot
 virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora, his
 belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti
 Presbyteri, & diversorum officia Clericorum:
 SUBVERSÆ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabu-
 lari equi. Martyrum effossæ reliquæ. Ubique lu-
 dus, ubique gemitus, & plurima mortis imago.
 Romanus orbis ruit: & tamen cervix nostra ere-
 cta non flectitur. Quid putas nunc animi habere
 Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arca-
 dias, cunctamque Græciam, quibus imperant bar-
 bari? Et certè paucas urbes nominavi, in quibus
 olim fuere regna non modica. Immanis ab his
 malis videbatur Oriens, & tantum nuntijs con-
 sternatus. Ecce tibi anno præterito ex ultimis
 Caucasii rupibus immissi, in nos non jam Arabiæ,
 sed septentrionis lupi, tantas brevi provincias
 percurrerunt. Quot monasteria capta? Quantæ
 fluviorum aquæ humano cruore mutatae sunt?
 Obsessa Antiochia, & urbes reliquæ, quas Hælys,

*Quærenti
 perturbatio
 atate
 Hierony-
 mi.
 Quas
 clades &
 persecu-
 tiones su-
 stinuerit
 Ecclesia
 Hierony-
 mi tem-
 pore.*

Cylnus, Orontes, Euphratesque præterflunt
 tracti greges captivorum. Arabia, Phœnice, Pe-
 lœtina, Ægyptus timore captivæ. Non, mille
 linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea
 omnia pœnarum percurrere nomina possim. Ne-
 que enim historiam proposui scribere, sed no-
 stras breviter flere miseras. Alioquin adhuc me-
 ritò explicanda, & Thucydides, & Salustius
 sint. FOELIX Nepotianus, qui hæc non videt,
 fœlix qui hæc non audit. Nos miseri, qui aut pati-
 mur, aut patientes fratres nostros tanta perspicimus.
 Et tamen vivere volumus, eosque qui
 carent, flendos potius quàm beatos putamus.

*Mandus
 iratum
 Deum nõ
 agnoscat.*

Olim offensum sentimus, nec placamus Deum.
 Nostros peccatis barbari fortes sunt. Nostri ve-
 tij Romanus superatur exercitus: & quasi nos
 hæc sufficerent cladibus, plus penè bella civilia
 quàm hostilis mucro consumpsit. Miseri Israe-
 lita, ad quorum comparisonem Nabuchodonosor
 servus describitur. Infœlices nos, qui tantum
 spericemus Deo, ut per rabiem barbarorum

*4. Reg. 19
 Exempla
 se ad Deũ
 verè con-
 verten-
 tum &
 vincen-
 tum.*

in nos ira defa viat. Ezechias agit pœnitentiam
 & centum octoginta quinque millia Assyriorum
 ab uno Angelo unâ nocte deleta sunt. Josaphat
 laudes Domini concinebat, & Dominus prola-
 dante superabat. Moyses contra Amalech non
 gladio sed oratione pugnavit. Si erigi volumus,
 prosternamur. Prò pudor: & stolidi usque ad
 credulitatem mens fugit. Romanus exercitus

*2. Pa. 20.
 Exod. 17.*

tor orbis & Dominus ab his vincitur, hos par-
 horum terretur aspectu, qui ingredi non valent.
 Qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur
 &




non intelligimus Prophetarum voces : Fugient *Job 23.*
 mille uno persequente ? Nec amputamus causas
 morbi, ut mortibus pariter auferatur : statimque
 cernamus sagittas * pilis, tiaras galeis, caballos * telis.
 equis cedere. Excessimus consolandi modum, &
 dum unius mortem flere prohibemus, totius or-
 bis mortuos planximus. Xerxes ille Rex poten- *Xerxes.*
 tissimus, qui subvertit montes, maria constravit,
 cum de sublimi loco infinitam hominum multitu-
 dinem & innumerabilem vidisset exercitum: fletu
 se dicitur, quod post centum annos nullus eo-
 rum, quos tunc cernebat, superfuturus esset. O *De hu-*
 si possemus in talem ascendere speculam, de qua *mane vi-*
 universam terram sub nostris pedibus cerneret *te flagra-*
 mus : jam tibi ostenderem totius orbis ruinas : *litate &*
 gentes gentibus, & regnis regna collisa: alios tor- *calami-*
 queri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios *tate.*
 ad servitutem trahi : hic nuptias, ibi planctum :
 illos nati, istos mori : alios affluere divitijs, alios
 mendicare : & non Xerxis tantum exercitum, sed
 totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi
 spatio defuturos. Vincitur sermo rei magnitudi-
 ne, & minus est omne quod dicimus. Redeamus
 igitur ad nos, & quasi e caelo descendentes, pauli-
 per nostra videamus Sentis- ne obsecro te, quan-
 do infans, quando puer, quando juvenis, quando
 robustæ ætatis, quando senex factus sis ? Quoti-
 die morimur ? quotidie commutamur : & tamen
 æternos nos esse credimus. Hoc ipsum quasi di-
 cto, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de
 vita mea tollitur. Quot puncta notarij, tot meo-
 rum damna sunt temporum. Scribimus atque re-

scribimus, transeunt maria epistolæ, & scindunt
fulcum carinâ, per singulos fluctus ætatis nostræ
momenta minuuntur. Solum habemus lucra

Charitas quod Christi nobis amore sociamur. *Charitas*
virtus patiens est, benigna est, charitas non zelatur, non
2^a Cor. 13. agit perperam, non inflatur, omnia sustinet, omnia
omnia credit, omnia sperat, omnia patitur. Charitas
nunquam excidit. Hæc semper vivit in corde: ob hanc
Nepotianus noster absens præsentis est, & per tanta
terrarum spatia divisos utraq; complectitur manu.
Habemus mutua obsequia charitatis. Jungamur spiritu,
stringamur affectu & fortitudinem mentis, quam beatus
Papa Chromatius ostendit in dormitione Germani, non
imitemur in filio. Illum nostra pagella decantat,
illum cunctæ literæ sonent. Quem corpore non
valemus, recordatione teneamus: & cum quo loqui
non possumus, de eo loqui nunquam desinamus.





LIBER TERTIVS
 EPISTOLARVM
 B. HIERONYMI,

Quæ circa vitas, historias, & exem-
 pla Sanctorum pulchrè versantur.

I. Hieronymus de vita Pauli primi
 Monachi.

INTER multos sæpè dubitatum est, à quo
 potissimum monachorum eremus habitari
 cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, à
 beato Helia & Joanne sumpsere principium.
 Quorum & Helias plus nobis videtur fuisse,
 quàm monachus; & Joannes antè prophetare
 cœpisse, quàm natus est. Alij autem (in quam opi-
 nionem vulgus omne consentit) asserunt, Anto-
 nium hujus propositi fuisse caput: quod ex parte
 verum est. Non enim tam apte ante omnes fuit,
 quàm ab eo omnium incitata sunt studia. Ama-
 thas verè & Macarius discipuli Antonij, quorum
 superior magistri corpus sepelivit, etiam nunc af-
 firmant, Paulum quendam Thebæum principem
 istius rei fuisse: quod non tam nomine, quàm
 opinione nos quoque comprobamus. Nonnulli
 & hæc

*Primi in
 eremo
 monachi.*

& hæc, & alia, prout voluntas tulit jactitant: sub
 terraneo specu crinitum calcaneotenus homi-
 nem fuisse, & multa quæ persequi otiosum est
 incredibilia fingentes. Quorum quia impudens
 mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia
 videtur. Igitur quia de Antonio tam Græco
 quam Romano stylo diligenter traditum est: pau-
 ca de Pauli principio & fine scribere disposui
 magis quia res omissa fuit, quam fretus ingenio.
 Quomodo autem in media ætate vixerit, & quomodo
 à Satana pertulerit insidias, nulli hominum com-
 pertum habetur. Sub Decio & Valeriano perse-
 cutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, & Cy-
 prianus Carthagine, icelici cruore damnati sunt:
 multas apud Ægyptum & Thebaidem Ecclesie
 tempestas sæva populata est. Voti tunc Chris-
 tianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Ve-
 rum hostis callidus tarda ad mortem supplicia
 conquirens, animas cupiebat jugulare, non cor-
 pora. Et ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprinus
 ait: volentibus mori non permittebatur occidi.
 Cujus ut crudelitas notior fiat, duo memora-
 causâ exempla subjecimus. Perseverantem legi-
 tur in fide martyrem, & inter equuleos lani-
 nasque victorem jussit melle perungi, & sub
 dentissimo sole ligatis manibus post tergum re-
 pinari, scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui
 ignitas sartagine antè superasset. Alium ju-
 venili ætate florentem in amoenissimos hortos
 præcepit abduci, ibique inter lilia candentia
 rubentes rosas, cum leni juxta murmur aquarum
 rum serperet rivus, & molli sibilo arborem
 ventus * perfringeret, super extructum platanum

*Exempli
 crud. li-
 tatis in
 martyris.*

** cōstrin-
 gere.*

lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis * serico nexibus irretitum relinqui. Quò * sero-
cum precedentibus cunctis meretrix speciosa ve- rum.
nisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus, & quod dictu quoque scelus est, manibus attractare virilia, ut corpore in libidinem concitato se victrix impudica superjaceret. Quid ageret miles Christi, & quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus, præciliam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superavit.

Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaidem, cum sorore jam viro tradita, post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quàm Ægyptiacis apprimè eruditus, mansueti animi, Deum valde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & secretiorem secessit. Verùm quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prode- re velle, quem cælare debuerat. Non illum for- nis lacrymæ, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere revoca- vit. Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod ubi prudentissimus adole- scens intellexit, ad montium deserta confu- gens, dum persecutionis finem præstolaretur, ne- cessitatem in voluntatem convertit, ac paulatim progrediens, rursusque subsistens, atque hoc * saxo-
idem sapius faciens, tandem reperit * saxeam sum.
montem,

*Pauli
adole-
scens.*

* saxo-
sum.

O 5

montem, ad cuius radicem haud procul
 grandis spelunca, qua lapide claudebatur. *Pauli ho-*
spitiosi. remoto (ut est cupiditas hominum occulta
 noscere) avidius explorans, animadvertit in
 grande vestibulum, quod aperto desuper cae-
 patulis diffusa ramis vetus palma contexerat.
 fontem lucidissimum ostendens, cujus rivum tra-
 tummodo foras erumpentem, statim modico
 ramine, eadem qua genuerat aquas, terra
 bebat. Erant praeterea per exesum montis
 haud pauca habitacula, in quibus erant scabra
 jam incudes & mallei, quibus per cunias olim
 gnatae visebantur. Hunc locum Aegyptiorum
 terz ferunt furtivam monetae officinam fuisse,
 tempestate, qua Cleopatrae iuratus est Antonius.
 Igitur adamoto (quali quod a Deo sibi offerretur)
 habitaculo, omnem ibidem in orationibus & soli-
Victim &
amictus
Pauli. tudine duxit aetatem. CIBUM & vestimentum
 ei palma praebat. Quod ne cui impossibile vi-
 deatur, Jesum testor, & sanctos Angelos ejus in
 eremi parte, qua juxta Syriam Saracenis jungi-
 tur, vidisse me monachos, de quibus unus triginta
 per annos clausus, hordeaceo pane & luculentis
Quantus
abstinen-
tia rigor
alim fue-
rit. aqua vixit. Alter in cisterna veteri (quam gentes
 sermone Syri cubam vocant) quinque carycis
 singulos dies sustentabatur. Haec igitur incredi-
 bilia esse videbuntur his, qui non crediderint,
 quia omnia possibile sunt credentibus. Sed ut ad
 id redeam, unde digressus sum, cum jam centum
 tredecim annos beatus Paulus vitam caelestem
Antonius
Paulam. geret in terris, & nonagenarius in alia solitudine
 Antonius moraretur (ut ipse asserere solebat)
 hac in mentem ejus cogitatio incidit, nullum ul-

tra se perfectum monachum in eremo confedit.
 At illi pernoctem quiescenti revelatum est, esse
 alium ulterius multo se meliorem, ad quem vi-
 sendum deberet proficisci. Illico erumpente luce,
 venerabilis senex infirmos artus baculo regente
 sustentans, coepit ire velle, quod nesciebat. Et jam
 media dies coquente de super sole fervebat, nec
 tamen a cepto itinere abducebatur, dicens: Cre-
 do in Deum meum, quod servum suum, quem
 mihi promisit, ostendet. Nec plura his: conspicit
 hominem equo mixtum, cui opinio poetarum
 hippocentauro vocabulum indidit. Quo viso salu-
 tatis impressione signi armat frontem. Et heus tu,
 inquit, quam in parte hic servus Dei habitat?
 At ille barbarum, nescio quid, infrendens & fran-
 gens potius verba, quam proloquens, inter hor-
 rentia ora, senis blandum quaesivit eloquium. Et
 dextra protensione manus, cupitum indicat iter:
 & sic patentes campos volucris transmittens fuga,
 ex oculis mirantis evanuit. Verum haec utrum
 diabolus ad terrendum eum simulaverit, an (ut
 solet) eremus monstruosorum animalium ferax,
 istam quoque gigneret bestiam, incertum habe-
 mus. Stupens itaque Antonius, & de eo quod vi-
 derat, secum revolvens, ulterius progreditur.
 Nec mora, inter saxosam convallē haud grandem
 homunculum videt ad uncis naribus, fronte cor-
 nibus asperatā, cujus extrema pars corporis in
 caprarum pedes desinebat. In fractusque & hoc
 Antonius spectaculo, scutum fidei & lorica
 spei, ut bonus praeliator, arripuit. Nihilominus
 memoratum animal palmarum fructus eidem
 ad viaticum, quasi pacis obsides, afferbat.

*Hippocē-
 zaurus.*

Eph. e

*Salva-
torem
mundi
olim ve-
nisse.

Quo cognito, gradum pressit Antonius, & quod
nam esset interrogans, hoc ab eo responsum
cepit: Mortalis ego sum, & unus ex accolis
mi, quos vario delusa errore gentilitas, Faunos
Satyrosque & incubos vocans, colit. Legatione
fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis com-
munem Deum depreceris, * quem pro salu-
tate mundi venisse cognovimus, & in universam ter-
ram exijt sonus ejus. Talia eo loquente, longus
viator ubertim faciem lacrymis irrigabat,
quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat.
Gaudebat quippe de Christi gloria, & de interna
Satana: simulque admirans, quod posset intelli-
gere sermonem, & baculo humum percutien-
s agebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo porten-
ta veneraris: væ tibi civitas meretrix, in qua
totius orbis dæmonia confluxerunt. Quid nunc
cæcra es? bestia Christum loquuntur, & tu pro
Deo portenta veneraris. Necdum verba com-
pleverat, & quasi pennigero volatu animal per-
culum aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulita-
tem scrupulum moveat, sub Rege Constantino
universo mundo teste defenditur. Nam Alexan-
driam istiusmodi homo vivus perductus, mag-
num populo spectaculum præbuit: & postea ca-
daver exanime, ne calore æstatis dissiparetur, sub
insulo, Antiochiam, ut ab Imperatore videretur,
allatum est. Sed ut propositum persequar, Anto-
nius coëptâ religione pergebat, ferarum tantum
vestigia intuens, & eremi latam vastitatem. Quo-
tiam ageret, quò verteret gradum, nesciebat. Jam
tera effluxerat dies. Restabat, unum, ut des-
se à Christo non posse consideret. Pernox secus

das in oratione exegit tenebras, & dubiâ adhuc
 luce, haud procul intuetur lupam sitis ardoribus
 anhelantem, ad radicem montis irripere. Quam
 secutus oculis, & juxta speluncam, cum fera ab-
 iisset, accedens intrò cœpit aspicere, nihil curio-
 sitate proficiente, tenebris arcentibus visum. Ve-
 rum (ut scriptura ait) perfecta dilectio foras mit-
 tit timorem: suspenso gradu & anhelitu tempe-
 rato, callidus explorato ingressus, ac paulatim
 progrediens, sapiusque subsistens, sonum aure ca-
 ptabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem pro-
 cul lumen intuitus, dum avidius properat, offenso
 in lapidem pede strepitum concitavit. Post cujus
 sonitum beatus Paulus ostium, quod patebat, oc-
 cludens, fera obfirmavit. Tunc verò Antonius *Anto-*
 praeforibus corruens, usque ad sextam, & eo am- *nus pul-*
 plius horam aditum precabatur, dicens: Qui sim, *sat Pauli*
 unde, & cur venerim, nō sī. Scio me non mereri *fores,*
 conspectum tuum, tamen nisi videro, non rece-
 dam. Qui bestias recipis, hominem cur repellis?
 Quæsi & inveni: pulso ut aperiatur. Quod si
 non impetro, hic moriar ante postes tuos: certè
 sepelies vel meum cadaver.

*Talia perstabat memorans, fixusque ma-
 nebat.*

*Ad quem responsum paucis ita reddidit he-
 ros:*

Nemo sic petit ut minetur: nemo cum lacrymis
 injuriam vel calumniam facit. Et miraris, si non
 recipiam, cum moriturus adveneris? Sic arridens
 Paulus, patefecit ingressum. Quo aperto, dum in

mutuos miscetur amplexus, proprijs se salute
 vère nominibus: gratiæ Domino in commune
Pauli cū referuntur. Et post sanctum osculum residerunt
Antonio Paulus cum Antonio, ita exorsus est. En quem
colloquiū tanto quæsisisti, putridis senectute membris, operi-
 inculta canities. En vides hominem pulverem
1. Cor. 13. mox futurum. Verum quia charitas omnia su-
 stentat, narra mihi quæso, quomodo se habeat
 humanum genus? an in antiquis urbibus non
 recta consurgant? quo mundus regatur imperio?
 an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur?
 Inter has termocinationes suspiciunt alitem
Corvus corvum in ramo confedisse, qui inde leniter sub-
 volabat, & integrum panem ante ora mirantium
pascit deposuit. Post ejus abscessum: Eja, inquit Paulus,
sanctos Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè
senes. misericors. Sexaginta jam anni sunt, quod acci-
 pio dimidij semper panis fragmentum: verum
 ad adventum tuum militibus suis duplicavit an-
 nonam. Igitur Domino gratiarum actione cele-
 bratâ, super vitrei marginem fontis uterque con-
 sedit. Hic verò quis frangeret panem, oborta
De pane contentio, penè diem duxit in vesperum. Paulus
frangendo more cogebat hospitij, Antonius jure refellebat
sancti ætatis. Tandem consilium fuit inter illos, ut ap-
cientio, prehensio è regione pane, dum ad se quisque ni-
 titur, pars cuique sua remaneret in manibus. De-
 hinc paululum aquæ concavis manibus, pronò
 ore in fonte libaverunt, & immolantes Deo sacri-
Paulus ficiam laudis, noctem transegere vigilijs. Cumque
mortem jam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad
suam præ- Antonium sic locutus est: Olim te frater in illis
nuntiat, regionibus habitare sciebam, olim te confer-

vum meum mihi promiserat Deus. Sed quia jam
 dormitionis tempus advenit, & quod semper cu-
 piebam, dissolvi & esse cum Christo, peracto cursu *Phil. 1.*
 superest mihi corona justitiæ, tu missus es à Do- *2. Tim. 4.*
 mmo, qui humo corpusculum meum tegas, imò
 terræ terram reddas. His Antonius auditis, flens
 ac gemens, ne se desereret, atque ut comitem ta-
 lis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Non *1. Cor. 10.*
 debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ
 aliena. Expedi tibi farcinâ carnis abjectâ, agnum
 sequi. Sed & cæteris expedi fratribus, ut tuo
 adhuc instituatur exemplo. Quamobrem perge *Pallium*
 quæso, nisi molestum est, & pallium, quod tibi *ab Atha-*
 Athanasius Episcopus dedit, ad involvendum *nasio da-*
 corpusculum meum defer. Hoc autem beatus *rum An-*
 Paulus rogavit, non quod magnoperè curaret, *onio,*
 utrum tectum putresceret cadaver, an nudum
 (quippe qui tanto temporis spatio contextis pal-
 marum folijs vestiebatur) sed ut à se recedenti
 meror suæ mortis levaretur. Stupescit ergo
 Antonius, quod de Athanasio & pallio ejus au-
 dierat, quasi Christum in Paulo videns, & in
 pectore ejus Deum venerans, ultra respondere
 nihil ausus est, sed cum silentio lacrymans oscu-
 lais ejus oculis manibusque ad monasterium,
 quod postea à Saracenis occupatum est, regre-
 diebatur. Neque verò gressus sequebatur ani-
 mum: sed quamvis corpus inane jejunijs, seniles
 etiam anni tregerant, tamen animo vincebat ata-
 tem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum
 suum confecto itinere pervenit. Cui cum duo di- **longa-*
 scipuli, qui ei ** longo jam tempore ministrare vo via-*
 consueverant, occurrissent dicentes: ubi tam diu tori-

Eccle. 3.

moratus es pater? Respondit ille, & ait: Vae mihi peccatori, qui falsi monachi nomen fero. Vae Heliam, vidi Joannem in deserto, & vere vidi Paulum in paradiso. Et sic ore compresso, manibus verberans pectus, ex cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis, ut plenius, quidnam re esset, exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens, per viam, qua venerat, regressus est, illum sitiens, illum videre desiderans, illum oculis ac mente contemplans. Timens enim, quod evenit, ne se absente Christo debitu spiritum redderet. Cumque jam dies altera illuxisset, & trium horarum spatio viam remeasset, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum & apostolorum populos, niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem suam proci dens, sabulum capite superjaciebat. plorantque & ejulans aiebat: Cur Me Paule dimittis: cur in salutatus abis? Tante tarde notus, tam cito recedis? Referebat postea beatus Antonius, tanta se velocitate, quod reliquum erat viae, cucurrisse, ut instar avis pervolasset. Nec immerito: Nam introgressus speluncam, vidit genibus complicatis, erecta cervice, extensisque in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse vivere eum credens, pariter orabat. Postquam vero nulla (ut solebat) suspirii precantis audivit, in flebile osculum ruens, intellexit, quod etiam cadaver sancti, Deum (cui omnia vivunt) officioso gestu precabatur. Igitur obvoluto & prolato foras corpore, Hymnos quoque & Psalmos de Christiana traditione decantavit.

*Anto-
nius mor-
tem Pau-
li deplora-
vat,*

*Anto-
nius pie
cognitione
stat Pau-
li fanus.*

ans, contritabatur Antonius, quod sarculum,
 quo terram foderet, non haberet, fluctuansque
 vario mentis aestu, & secum multa reputans, di-
 cebat: Si ad monasterium revertar, * tridui iter * quatri-
 est, Si hic maneam, nihil ultra proficiam: Mo-
 riar ergo ut dignum est: juxta bellatorem tuum,
 Christe, ruens, extremum halitum fundam. Talia *Leones*
 eo animo volvente: Ecce duo leones ex interioris *Paulo se-*
 eremi parte currentes, volantibus quasi per colla *pulchrū*
 jubis, ferebantur, quibus aspectus exhorruit. Rur- *parans,*
 susque ad Deum referens mentem, quasi colum- *illū plan-*
 bas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem di- *guni, &*
 recto cursu ad cadaver beati senis substiterunt, *Antonij*
 adulantibusque caudis circa ejus pedes accubue- *benedi-*
 re, fremitu ingenti rugientes, prorsus ut intellige- *tionem*
 ret eos plāgere, quomodo poterant. Deinde haud *petunt.*
 procul ceperunt humum pedibus scalpere, arc-
 namque certatim egerentes, unius hominis ca-
 pacem locum foderunt. Ac statim quasi merce-
 dem pro opere postulantes, cum motu aurium
 cervicem rejectā, ad Antonium perrexerunt, ma-
 nus ejus pedesque lingentes. At ille animadvertit
 benedictionem eos à se precari. Nec mora, in
 laudationem Christi effusus, quod muta quoque
 animalia Deum sentirent, ait: DOMINE, sine
 cujus nutu nec folium arboris defluit, nec unus *Matt. 10.*
 passerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et
 manu annuens ijs, ut abirent, imperavit. Cumque *Anto-*
 illi recessissent, sancti corporis onera seniles cur- *nus Paul-*
 vavit humeros. Et deposito eo in fossam desuper *lum sepe-*
 humum congregans, tumultum ex more compo- *lit.*
 suit.

Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius *Pauli tra-*
 hæres

*nica ce-
dit Anto-
nio.*

hæres ex intestati bonis non possideret, tunicam
ejus sibi vendicavit, quam in sportarum modum
de palmæ folijs ipse contexerat. Ac sic ad mo-
nasterium reversus, discipulis cuncta exordi-
ne replicavit, diebusque solemnibus Pas-
chæ & Pentecostes semper Pauli tunicam vesti-
tus est.

*Apostro-
phe ad
superbos
diuites.*

**lineo &
pretia,
nō præ-
dia.*

Libet in fine opusculi eos interrogare, qui
patrimonia ignorant, qui domus marmoribus ve-
stiunt, qui uno * filo villarum insunt prædia. Huius
seni nudo quid unquam defuit? Vos gemmâ bi-
bitis: ille naturæ concavis manibus satisfecit. Vos
in tunicis aurum textitis: ille ne vilissimum que-
dem indumentum habuit mancipij vestri. Sed &
contrario illi quidem pauperulo paradysus patet,
vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Chri-
sti nudus licet, tamen servavit: vos vestiti ferici
indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissi-
mo pulvere coopertus jacet, resurrecturus in glo-
riam: vos operosa faxis sepulchra premunt, cum
vestris opibus arduos. **PARCITE** queso vo-
bis, parcite saltem divitijs, quas amatis. Cur &
mortuus vestros auratis obvolvitis vestibus? Cur
ambitio inter luctus lacrymasque non cessat?
An cadavera divitum nisi in serico putrescere
nesciunt? **OBSECRO** quicumque hæc legis, ut
Hieronymi peccatoris, memineris: cui si Domi-
nus optionem daret, multò magis eligeret
tunicam Pauli cum meritis ejus, quam
Regum purpuram cum pœnis suis.

III. Hieronymus de vita sancti Hilarionis.

Scripturus vitam beati Hilarionis, habitato-
rem ejus invoco Spiritum sanctum, ut qui
illi virtutes largitus est, mihi ad narrandas eas
sermonem tribuat, ut facta dictis exequentur. Eo-
rum enim, qui fecere virtutes (ut ait Crispus) tan-
ta * habentur merita, quantum ea verbis potuere * habe-
at tollere præclara ingenia. Alexander Magnus tur au-
Macedo, quem vel arietem, vel pardum, vel hir- thoritas,
cum caprarum Daniel vocat, cum ad Achillis D. 22 8.
tumulum pervenisset, FOELICEMTE, ait juve- D. 22 8.
nis, qui magno fruaris præcone meritorum: Ho- Alexand-
merum videlicet significans. Porro mihi tanti ac dri.
talis viri conversatio vitæque dicenda est, ut Ho-
merus quoque si adesset, vel invideret materiæ,
vel succumberet. Quanquam enim sanctus Epi- Epiphani-
phanus Salaminae Cypri Episcopus, qui cum Hi- nius.
larione plurimum versatus est, laudem ejus brevem
epistolâ scripserit, quæ vulgò legitur: tamen aliud
est locis communibus laudare defunctum, aliud
defuncti proprias narrare virtutes. Unde & nos
favore magis illius, quam injuriâ cœptum ab eo
opus aggredientes, maledicorum voces contem-
nimus, qui olim detrahentes Paulo m. o. nunc
fortè detrahent & Hilarioni, illum solitudinis ca-
lumniati, huic objicientes frequentiam, ut qui
semper latuit, non fuisse: qui à multis visus est, vi-
lis existimetur. Fecerunt hoc & majores eorum
quondam Pharisei, quibus nec Joannis eremus, ac
perjunium, nec Domini Salvatoris turbæ cibi po-
tuitque placere. Verùm destinato operi impo-
nam

Matt. 12

nam manum, & Scylleos canes obturatâ
tranfibo.

*Hilarionis
genus
& pueri-
tatis*

Hilarion ortus vico Tabatha, qui circiter
quinque millia à Gaza urbe Palestinæ ad Aultra-
litus est, cum haberet parentes idolis deditos, in-
sa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus migravit
Alexandriam, grammatico traditus est, ibique
quantum illa patiebatur ætas, magna ingenii
morum documenta præbuit: in brevi charitate
morbis, & loquendi arte gnarus. Quodque
majus est omnibus, credens in Dominum Jesum
non circi furoribus, non arenæ sanguine, non
theatri luxuriâ delectabatur, sed tota illi volun-
tas in Ecclesiæ erat congregatione.

*Tota Hi-
larionis
voluntas
in Eccle-
siâ*

*Hilarion
Antonium
vidit*

Audiens autem tunc celebre nomen Antonii,
quod per omnes Ægypti populos ferebatur, in-
census visendi ejus studio, perrexit ad eremum.
Et statim ut eum vidit, mutato pristino habitu
duobus ferè mensibus juxta eum mansit, contem-
plans ordinem vitæ ejus, morumque gravitatem
quàm creber in oratione, quàm humilis in susci-
piendis fratribus, severus in corripiendis, alacris
in exhortandis esset, & ut continentiam, cibique
ejus asperitatem nulla unquam infirmitas frange-
ret. Porro frequentiam eorum, qui ad eum
varias passiones aut impetus dæmonum concu-
rebant, ultra non ferens, nec congruum esse de-
cens pati in eremo populos civitatum, sicque
magis incipiendum esse, ut cœpisset Antonius
illum quasi virum fortem victoriæ præmia accipere,
se necdum militare cœpisse: reversus est cum
quibusdam monachis ad patriam, & parentibus
jam defunctis, partem substantiæ fratribus, & p-

tem pauperibus largitus est. Nihil sibi omnino re- *Hilariorum*
servans, & timens illud de actibus Apostolorum, *se bonis*
Ananæ & Saphiræ vel exemplum, vel suppli- *abdicat.*
cium, maximeque Dominicæ sententiæ memor *Act. 5.*
dicentis: Qui non renuntiaverit omnibus, quæ *Luc. 14.*
habet, non potest meus esse discipulus. Erat au- *Petit ere-*
tem tunc annorum quindecim. Sic nudus & ar- *mum.*
matus in Christo solitudinem, quæ in septimo
miliario à Majoma Gazæ emporio per littus eun-
tibus Ægyptum ad lavam flectitur, ingressus est.
Cumque essent cruenta latrocinij loca, & pro-
pinqui amique ejus imminens periculum de-
nuntiarent, contempsit mortem, ut mortem eva-
deret. Mirabantur omnes animum, mirabantur
statem, nisi quod flamma quædam pectoris &
scintillæ fidei in oculis relucebant. Lenes erant
genæ, delicatum corpus & tenue, & ad omnem
injuriam impatiens, quod levi vel frigore, vel
æstu posset affligi.

Igitur sacco tantum membra coopertus, & pel-
liceum habens ependyten, quem illi beatus Anto-
nius proficiscenti dederat, sagumque rusticum, in-
ter mare & paludes vastâ & terribili solitudine
fruebatur, quindecim tantum carycas post solis *Cibus*
occasum comedens. Et quia regio latrocinij in- *Hilariorum.*
famis erat, nunquam in eodem loco mansitans.
Quid faceret diabolus? Quò se verteret? Qui *Es. 14.*
gloriabatur antè dicens: In cælum ascendam, su-
per sydera cæli ponam thronum meum, & ero
similis altissimo: cernebat se vinci à puero, &
prius ab eo calcatum fuisse, quam per statem *Sathan*
peccare potuisset. Titillabit itaque sensus ejus, *Hilariorum*
& pubescenti corpori solita voluptatum incen- *nē sensat.*
dia

dia suggererat. Cogebatur tyrunculus cogitare quod nesciebat, & ejus rei animo peripam volvere, cujus experimenta non novit. Iratus itaque sibi, & pectus pugnis verberans, quasi cogitationes eade manus posset excelsas.

Castigat corpus innocens. EGO, inquit, a felle faciam, ut non calcitres me te hordeo alam, sed paleis, Fame te conficiam, siti gravi onerabo pondere, per ætus indagabis & frigora, ut cibum potius, quam lasciviam cogites.

Arma Filarii nis contra libidinem. HERBARUM ergo succo & paucis carnibus post triduum vel quatrimum deficientem animam sustentabat: orans frequenter & psallens rastro humum fodiens, ut se juniorum laboribus labor operis duplicaret, simulque fidei illas juncturas texens, æmulabatur Ægyptiorum monachorum disciplinam, & Apostoli sententiam dicens.

1. Thess. 3. Qui autem non operatur, non manducet. Sic tenuatus, & in tantum exeso corpore, ut ossibus vix hæreret.

Ludibria demonum. Quãdam nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum, plantarum quasi mulierum, leonum rugitus, murmur exsiccitatis, & rursus variarum portenta vocum, ut acutè tonitu, quàm aspectu territus cederet. Intellexit demonum ludibria, & provolutus genibus.

Signum crucis. Christi CRUCEM signavit in fronte, talique armatus casside, & lorica fidei circumdatus, jacens fortius præliabatur a modo videre desiderans, quos horrebat, audire, & sollicitis oculis huc illucque circumspiciens. Cùm interim ex improviso splendente lunâ, cernit rhedam ferventibus equis super se irruere. Cùmque inclamasset Jesum, ante oculos ejus repentino terræ hiatu pompa

minis absorpta est. Tunc ille ait: Equum & ascen-
 forem projecit in mare. Et: Hi in curribus, & hi
 in equis: nos autem in nomine Dei nostri magni-
 ficabimur.

Multæ sunt tentationes ejus, & die noctuque
 variæ demonum insidiæ: quas si omnes narrare
 velim, modum excedam voluminis. Quoties illi
 nudæ mulieres cubanti, quoties esurienti largissi-
 mæ apparuere dapes? interdum orantem lupo
 ululans, & vulpecula gannienstrasiliviv, psal-
 lenti que gladiatorum pugna spectaculum præ-
 buit, & unus quasi interfectus, & ante pedes ejus
 corruens, sepulturam rogavit. Oravit semel fixo
 in terram capite, & ut natura fert hominum, ab-
 ducta ab oratione mens, nescio quid aliud cogi-
 tabat. In filij dorso ejus festinus gladiator, & la-
 tera calcibus, cervicem flagello verberans: Eia,
 inquit, cur dormitas? cachinnansque desuper,
 cum defecisset, an hordeum vellet accipere, sci-
 scitabatur.

Igitur à sexodecimo usque ad vigesimum sua
 ætatis annum, æstus & pluvias brevi tuguriuncu-
 lo declinavit, quod junco & carice texerat. Ex-
 RUETA deinceps brevi cellulâ, quæ usque ho-
 die permanet, latitudine pedum quatuor, altitu-
 dine pedum quinque, hoc est, staturâ suâ humili-
 ore. Porro longitudine paulo ampliore, quàm e-
 jus corpusculum patiebatur, ut sepulchrum po-
 tius, quàm domum crederes. Capillum semel in
 anno, die Paschæ, totondit. SUPER nudam hu-
 manum stratum que junceum usque ad mortem cu-
 bitavit; saccum, quo semel fuerat indutus, nun-
 quam lavans, & superfluum esse dicens, mundi-

tias

Exod. 15.
 Ps. 19.

In oratio
 tentatur.

Cellula
 Hilari-
 enis.

Semel in
 anno ton-
 sus.

Humi
 dormit.

Vna ve-
 stis.

Oratio.

tias in cilicio querere. Nec mutavit alteram
 nicam, nili cum prior penitus scissa esset. Scrupu-
 ras quoque sanctas memoriter tenens, post or-
 tiones & psalmos, quasi Deo presente, recitabat.
 Et quia longum est per diversa tempora carnis
 ascensum ejus edicere, comprehendam breviter
 ante lectoris oculos vitam ejus pariter exponam
 & deinceps ad narrandi ordinem regrediar.

*Hilario-
nis in vi-
ta parci-
tas.*

A vicefimo primo anno usque ad vicefimum
 septimum, tribus annis, dimidium lentis sene-
 rium madefactum aqua frigidâ comedit, & alio
 tribus, panem aridum cum sale & aqua. Porro
 vicefimo septimo usque ad tricesimum, herbis
 agrestibus, & virgultorum quorundam radicibus
 crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo
 usque ad tricesimum quintum, sex uncias horde-
 ceï panis, & coctum modicè holus absque oleo
 cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos
 & totum corpus imperigine, & pumiceâ quâdam
 scabredine contrahi, ad superiorem victum ad-
 cit oleum, & usque ad sexagesimum tertium
 suæ annu, hoc continentia cucurrit gradu,
 hile extrinsecus aut pomorum, aut leguminis,
 cujuslibet rei gustans. Inde cum se videret
 pore defatigatum, & propinquam putaret im-
 nere mortem, à sexagesimo quarto anno usque
 ad octogesimum pane abstinuit, incredibili fer-
 re mentis, ut eo tempore quasi novus accedet
 ad servitutum Domini, quo ceteri solent re-
 suas vivere. Fiebant autem ei de farina, & com-
 minuto holere sorbitiuncula, cibo & potu
 quinque uncias appendentibus. Sicque
 plenas ordinem vitæ, nunquam ante Solis occu-

sum, nec in diebus festis, nec in gravissima valetudine solvit jejunium. Sed jam tempus est, ut ad ordinem revertamur.

Cum habitaret adhuc in tuguriunculo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel existimantes habere aliquid quod tollerent, vel in contemptum sui reputantes fieri, si quæ solitarius eorum impetus non pertimesceret. Itaque inter mare & paludem à vespere usque ad Solis ortum discurrentes, nunquam locum ejus cubiculi invenire potuerunt. Porro clarâ luce reperto puero quasi per jocum: quid, inquit, faceres, si latrones ad te venirent? Quibus ille respondit: Nudus latrones non timet. Et illi: Certè, ajunt, occidi potes. Possum, inquit, possum. Et id eo latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam ejus & fidem, confessi sunt noctis errorem, cæcatosque oculos, correptiorem deinceps vitam pollicentes. Viginti & annos jam in solitudine habebat annos; famâ tantum notus omnibus, & per totas Palæstinæ vulgaribus urbibus, cum interim mulier quædam Eleuthero-
Collo-
quid læ-
tronum
cum Hi-
larione.
Primum
Hilario-
nis mi-
raculum.
 ropolitana cernens despectui se haberi à viro ob-
 eret cœcilitatem (jam enim per annos quindecim nul-
 et immo los conjugij fructus dederat) prima irrumpere
 no usq- aula est ad beatum Hilarionem, & nihil tale suspi-
 iliferro canti, repentè genibus ejus advoluta: Ignosce
 ccedere (inquit) audaciæ, ignosce necessitati meæ. Quid
 nre re- avertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mulie-
 & com- rem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Sal-
 potu- vatorem. Non habent sani opus medico, sed qui
 ue com- mule habent. Tandem substitit, & post tantum
 olis occ- temporis visâ muliere, interrogavit causam ad-
 sum

ventus ejus ac fletum. Et postquam didicit le-
tis ad cœlum oculis, recedere jussit, eunte mo-
crymis profecutus, exacto anno vidit cum filiis

*Secundū
miracu-
lum,*

Hoc signorum ejus principium fuit: aliud
jus signum eum nobilitavit. Aristaneta Elipha-
qui postea præfectus prætorio fuit, uxor valde
bilis inter suos, & inter Christianos nobilior
vertens cum marito & tribus liberis à beato
tonio, Gazæ propter eorum infirmitatem
rata est. Ibi enim sine ob corruptum aërem,
(ut postea claruit) propter gloriam Hilarionis
tervi Dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes
medicis desperati sunt. Jacebat ululans mater
& quasi inter tria filiorum discurrens cadaverem
quem prius plangeret, nesciebat. Cognito autem
quod esset quidam monachus in vicina solitudi-
ne, oblita matronalis pompæ (quia tantum se
trem noverat) vadit comitata ancillis & eun-
chis. Vixque ei à viro persuasum est, ut asse-
dens pergeret. Ad quem cum pervenisset: *Re-
ego te, ait, Jesum clementissimum Deum nolite
obtestor, per crucem & sanguinem: ut red-
mihitres filios, & glorificetur in urbe gentium
nomen Domini Salvatoris, & ingrediatur terra
ejus Gazam, & Marnas corruat. Renuente illi
dicente, nunquam se egressurum de cella,
habere consuetudinem, ut non modo civitatem
sed ne villulam quidem ingrederetur, prostratus
se humi crebrò clamitans: Hilarion serve Chri-
sti, redde mihi liberos meos. Quos Antonius
nuit in Ægypto, à te serventur in Syria. Flet
cuncti qui aderant, sed & ipse negans fletum
Quid multa? non prius mulier recessit, quàm*

ille pollicitus est se post Solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam venit, singulorum leuitulos & arenaria membra considerans, invocavit Jesum. Et, o mira virtus, quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit: eadem horâ acceperunt cibos, lugentemque matrem cognoscentes, & benedicentes Deum, Sancti manus deosculati sunt, Quod postquam auditum est, & longè lateque percubuit, certatim ad eum de Syria & Ægypto confuebant: ita ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Necdum enim tunc monasteria erant in Palestina, nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria noverrat. Ille fundator & eruditor hujus conversationis & studij in hac provincia fuit. Habebat Dominus Jesus in Ægypto senem Antonium, habebat in Palestina Hilarionem juniorem. Facidia vicus est Rhinocururæ urbis Ægypti. De hoc (sunt decem jam anni) cæca mulier adducta est ad beatum Hilarionem, oblataque ei à fratribus (jam enim multi cum eo monachi erant) omnem substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si quæ in medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Jesus. Clamante autem illâ, & misericordiam deprecante, expuit in oculos ejus, statimque Salvatoris exemplum virtus eadem profecuta est. Auriga quoque Gazensis in curru percussus à demone, totus obrigit, ita ut nec manum agitare, nec cervicem possit reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solam linguam moveret, ad preces, audit non prius posse sanari, quàm crederet in Jesum, & se sponderet arti pristinae renuntia-

*In Syria
primus*

*mona-
chus H*

*larion, i
Ægypto*

*Antio-
nius.*

*Tertium
miraculi-
um.*

Ioan. 9.

IV.

turum, Credidit, spondit, sanatus est, magis
que de animæ, quam de corporis salute exulta-
vit.

V. *Marsias.* Præterea fortissimus juvenis nomine Marsias
de territorio Hierosolymæ, tantum sibi applau-
debat in viribus, ut quindecim frumenti modios
diu longèque portaret, & hanc haberet palmam
fortitudinis suæ, si asinos vinceret. Hic afflictus
pessimo dæmone, non catenas, non compedes,
non claustra ostiorum integra patiebatur: mul-
torum nasum & aures moribus amputaverat.
Horum pedes, illorum gulam fregerat: tantum-
que terrorem omnibus incusserat, ut oneratus ce-
tenis & funibus in diversa nitentium, quasi fero-
cissimus taurus ad monasterium pertraheretur,
quem postquam fratres videre, perterriti (erat ce-
nim miræ magnitudinis) nuntiaverunt patri. Ille
sicut sedebat, iussit eum ad se pertrahi & dimitti.
Solutoque: Inclina, ait, caput, & veni. Tremere
ille, & cervicem inflectere, nec aspicere contra
ausus, omnique ferocitate depositâ, pedes caput
sedentis lambere. Adjuratus itaque dæmon
tortus, qui juvenem possederat, septimâ die ex-
gressus est.

VI.

Sed nec illud tacendum est quod Orionus
primarius & ditissimus urbis Ailæ, quæ mari cu-
bro imminet, à legione possessus dæmonum, ad
eum adductus est. Manus, cervix, latera, pedes
ferro onerati erant, furorisque savitiam tor-
oculi minabantur. Cùmque deambulet San-
ctus cum fratribus, & de scripturis nescio quomodo
interpretaretur, erupit ille de manibus se tene-
tium, & amplexus eum post tergum, in sublime le-
y avir.

vavit. Clamor ortus ab omnibus, Timebant enim ne confecta jejunijs membra collideret. Et sanctus arridens: Sinite, inquit, & mihi meum palæstritā dimitte. Ac si reflexa super humeros manu caput ejus tetigit, apprehensoque crine ante pedes adduxit, stringens è regione ambas manus ejus, & plantas utroque calcans pede, simulque ingeminans: Torquere dæmonum turba. Cumque ille ejularet, & reflexā cervice terram vertice tangeret: DOMINE, inquit, Jesu, solve miserum, solve captivum. Ut unum, ita & plures vincere tuum est. Rem loquor inauditam: Ex uno hominis ore diversæ voces, & quasi confusus populū clamor audiebatur. Curatus itaque & hic, non post multum temporis, cum uxore & liberis venit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditus, dona asserens. Cui sanctus: NON ERIS TI, inquit, quid Giezi, quid Simon passi sint, quorum alter accepit pretium, alter obtulit: ut ille venderet gratiam Spiritus sancti, hic mercaretur? Cumque Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus, respondit: Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum occasio avaritiæ est. Misericordia veteri artem non habet. Nemo melius erogat, quàm qui sibi nihil reservat. Tristis aere ter & in terra jacenti: Noli, inquit, contristari fili. Quod facio, pro me & pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio revertetur.

4. Reg. 5.
Act. 8.

Hilarion
refugit
munera.

VII.

Quis verò possit silentio præterire, quod Gazanus Maramites haud longè à monasterio ejus

P 3

lavi-

lapides ad ædificandum de ora maris cudent, et
 tus paralyti dissolutus, & ab operis locijs delatus
 ad Sanctum, statim ad opus reversus est. Et
 enim litus, quod Palestinae Ægyptoque praece-
 ditur per naturam molle, arenis in saxa duris
 tibus asperatur. Paulatimque cohærescens in
 glareâ, perdit tactum, cum non perdat aspectum.

VIII.

Sed & Italicus ejusdem oppidi municeps Chris-
 tianus, adversus Gazensem duumvirum, Ma-
 nae idolo deditum, Circenses equos nutribat.
 Hoc siquidem in Romanis urbibus jam inde ser-
 vatur à Romulo, ut propter seecicem Sabinam
 raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo, quadringis
 septeno currant circuitu, & equos partis adver-
 sari fregisse victoria sit. Hic itaque a mulo suo habere
 te maleficum, qui daemoniâs quibusdam impos-
 cationibus & hujus impediret, quos, & illius
 citaret ad cursum, venit ad beatum Hilarionem,
 & non tam adversarium lædi, quam se defendi
 obsecravit. Ineptum visum est venerando senili
 hujuscemodi nugis orationem perdere. Cumque
 subrideret & diceret: Cur enim non magis equo-
 rum pretium, pro salute animæ tuæ pauperibus
 erogas? ille respondit, functionem esse publicanæ
 & hoc non tam se velle, quam cogi: nec posse ho-
 minem Christi animum uti magicis artibus, sed
 servo Christi potius auxilium petere, maxime
 contra Gazenses adversarios Dei, & non tam
 quam Ecclesiae Christi insultantes. Rogatus ergo
 à fratribus qui aderant, scyphum fidelem, quod
 bere consueverat, aquâ jussit impleri, eique tradidit.
 Quem cum accepisset Italicus, & stabulum, & e-
 quos & aungas suos, rhedam carcerumque recepit.

gula asperfit. Mira vulgi expectatio. Nam & adversarius hoc ipsum irridens diffamaverat, & fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi advolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotæ fervent, illi prætervolantium terga vix cernunt. Clamor sit vulgi nimius, ita ut ethnici quoque ipsi concrescant. Marnas victus à Christo est. Porro fidentes adversarij Hilarionem maleficum Christianum ad supplicium poscunt. Indubitata ergo victoria, & illis & multis retro. Circensibus plurimi fidei occasio fuit. De eodem Gazensis temporij oppido virginem Dei vicinus juvenis deperibat. Qui cum frequentertactu, jecis, nutibus, sibilis, & cæteris hujusmodi, quæ solent morturæ virginitatis principia esse, nihil profecisset, perrexit Memphim, ut confesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Æsculapij vatibus non remediatis animas, sed perdentis, venit præsumptum animo stuprum gestiens, & subter limen domus puellæ, tormenta quædam verborum, & portentosas figuras sculptas in æris Cypri lamina defodit. Illico insanire virgo, & amictu capitis objecto rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur, ululante latini & conficente dæmone. Vim sustinui, invitus abductus sum: quàm benè Memphis somnijs homines deludebam. O cruce, ô tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adoles-

IX.

scens qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grande
ait, fortitudo tua, qui licio & laminâ strictus ten
ris. Dic quare ausus es ingredi puellam Dei.
Ut servarem, inquit, eam virginem. Tu servare
proditor castitatis? Cur non potius in eum, qui
mittebat, es ingressus? Ut quid, respondit, intro
rem in eum, qui habebat collegam meum amon
dæmonem? Nolvit autem sanctus antequam pro
garet virginem vel adolescentem, signa jubere
perquiri, ne aut solutis incantationibus recessisse
dæmon videretur, aut ipse sermone ejus accom
modasse eadem, asserens fallaces esse dæmones, &
ad simulandum callidos: & magis reddidit a san
te increpuit virginem, cur fecisset talia, per que
dæmon intrare potisset. Non solum autem in
Palestina, & in vicinis urbibus Egypti vel Syriæ,

X.
* Con
stantis.

sed etiam in longinquis provincijs, tanta ejus pu
erebuerat. Namque Candidatus Constantij Im
peratoris rutilans coma, & candore corporis re
dicans provinciam (inter Saxones quippe & Al
mannos gens ejus non tam lata, quam valida, &
pud historicos Germania, nunc vero Francia, voc
eatur) antiquo, hoc est, ab infantia possessus à dæ
mone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere,
fremere dentibus compellebat, secreto ab Imper
ratore evectorem petijt, causam ei simpliciter
indicans. Et acceptis ad consularem quoque Pa
lestinae literis, cum ingenti honore & comitate
Gazam deductus est. Qui cum à decurionibus il
lius loci quassisset: Ubi habitaret Hilarion mona
chus, terræ Gazentes, & putantes eum ab Imper
ratore missum, ad monasterium adduxerunt, ut
honorem commendato exhiberent, & si quid
pre

præteritis injurijs in Hilarionem esset offensa, novo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, & secum de psalmis, nescio quid, submurmurabat. Videntisque tantam turbam venientem subsistit. Et resalutatis omnibus manuque benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum verò cum servis suis & apparitoribus remanere. Ex oculis enim ejus & vultu, eum venisset, agnovit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo, vix terram pedibus tangens, & immane rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore barbaro, & qui Francam tantùm & Latinam linguam noverat, Syra ad purum verba resonare, ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquod Palestini deesset eloquij. Confessus est itaque quomodo in eum intrasset ordine. Et ut interpretes ejus intelligerent, qui Græcam tantùm & Latinam linguam noverant, Græcè quoque eum interrogavit, Quo similiter & in verba eadem respondente, multasque incantationum occasiones, & necessitates magicarum artium obtendente: Non curo, ait, quomodo intraveris, sed ut exas in nomine Domini nostri Jesu Christi impetro. Cumque curatus esset, simplicitate rusticâ decem auti libras offerens, hordeaceum ab eo panem accepit, audiens quòd qui tili cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

XI.

Parum est de hominibus loqui, Bruta quoque animalia quotidie ad eum furentia pertrahabantur. In quibus Bastrum camelam enormis magnitudinis, qui tam multos obtriverat, triginta & eo amplius viri distentum sordidissimis funibus

P §

bus

buseum clamore adduxerunt Sanguinei erant
oculi, spumabat os, volubilis lingua turgēbat, &
super omnem terrorem rugitus personabat im-
manis. Jussit igitur eum dimitti senex. Statim
verò & qui adduxerant, & qui cum sene erant, ul-
que ad unum omnes defugere. Porro ille solus
perrexit obviam, & sermone Syro: Non me (re-
quit) terres diabole, tantâ mole corporis. Erat
vulpeculâ, & in camelo unus atque idem es. Et
interim porrectâ stabat manu. Ad quem dum tur-
rens, & quasi devoratura eum bellua pervenisset,
statim corruit, submissumque terræ caput coe-
quavit, mirantibus cunctis qui aderant, posttan-
tam ferociam, tantam subito mansuetudinem.
Docebat autem senex, hominum causâ diabolum
etiam jumenta corripere, & tanto eorum ardere
odio, ut non solum ipsos, sed & ea, quæ ipsorum
essent, cuperet interire. Hucusque rei propene-
bat exemplum, quod antequam beatus Job tentare
permitteretur, omnem substantiam ejus inter-
fecerit. Nec movere quempiam debere, quod
Domini jussione duo millia porcorum à damo-
nibus interfecta sunt. Siquidem eos, qui viderant,
non potuisse aliter credere exiisse de homine
tantam demonum multitudinem, nisi gravissimis
porcorum numerus, & quasi à multis actus pariter
corruisset. Tempus mihi deficiet, si voluero
universa signa, quæ ab eo perpetrata sunt, dicere.
In tantam enim à Domino fuerat elevatus glo-
riam, ut beatus quoque Antonius audiens con-
versationem ejus, scriberet ei, libenterque ejus e-
pistolas sumeret. Et si quando de Syriæ partibus
languentes ad se perrexissent, diceret eis: Quare
vos

*Invidus
Sathan.*

Iob I.

Marc. 5.

*Hilarion
celebris.*

vostam longè vexare voluistis, cum habeatis ibi
filium meum Hilarionem? Exemplo autem ejus,
per totam Palæstinam innumerabilia monasteria
esse coeperunt, & omnes ad eum monachi certa-
tim currere. Quod ille cernens laudabat Domi-
nigratiam, & pro affectu animi singulos cohor-
tabatur, dicens, præterire figuram hujus mundi: *1. Cor. 7;*
& illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis e-
meretur in commodo.

Volens autem exemplum eis dare & humilita-
tis & officij, statis diebus ante vindemiam lustra-
bat cellulas monachorum. Quod postquam cog-
nitum est à fratribus, omnes ad eum confluebant,
& comitati tali duce, circumibant monasteria,
habentes viticum suum, quia interdum usque
ad duo milia hominum congregabantur. Sed &
precedente tempore unaquaque villula vicinis
monachis ad susceptionem sanctorum gaudens
cibos offerebat. Quantum autem fuerit in eo stu-
dij, ut nullum fratrem quamvis humilem, quam-
vis pauperem præteriret, vel illud indicio est,
quod vadens in desertum Cades, ad unum de di-
scipulis suis visendum cum infinito agmine mo-
nachorum pervenit. Pelusium, eo fortè die, quo
anniversaria solennitas omnem oppidi populum
in templum Veneris congregaverat. Colunt au-
tem illam ob Luciferum, cujus cultui Saraceno-
rum natio dedita est. Sed & ipsum oppidum ex
magna parte semibarbarum est propter loci situm.
Igitur audito quod sanctus Hilarion præteriret
(multos enim Saracenorum arreptos à dæmone
frequentè curaverat) gregatim ei cum uxoribus
& liberis obviam processere, submitrentes

colla, & voce Syra Barach, id est, benedict, inclamantes Quos ille blandè humiliterque suscipiens obsecrabat, ut Deum magis quam lapides colerent. Simulque ubertim stabat, cœlum spectans & pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse venturum. Mira Domini gratia: non prae-abire passi sunt, quam futurae Ecclesiae lineam mitteret, & sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur.

Alio quoque anno cum exiturus esset ad visenda monasteria, & digresseretur in schedula apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, serentes monachi quendam de fratribus parciores, simulque cupientes viae eius mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille: Quid, inquit, vultis & vobis injuriam, & fratri vexationem facere? Quod postquam si aten ille parcus induit, & an-nitentibus cunctis, vix ab invito impetravit, ut suum quoque monasterium in maius ordi-nem poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad eum, custodibus jam in vinea, quae ventrem il-li, dispositis, qui cum lapidibus & glebarum jactu, fundaeque vertigine accedentes deterreant. Sine esu uvæ manè omnes profecti sunt *vidente sene, & dissimulante seire quod evenerat. Porro sus-cepti ab alio monacho, cui Sabas vocabulum est, (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere:) quia Dominicus erat dies, invitabantur ab eo universi in vineam, ut ante horam cibi uvarum palu labore via sublevarent. Et sanctus: Maledictus, ait, qui prius refectioem corporis, quam animæ quaesierat. Oremus, psallamus, red-damus Domino officium, & sic ad vineam prope-
rabi-

*Punita
fratris
tenacitas*

**vidente*

Complete itaque ministerio, in sublimi
 benedixit vineæ, & suas ad pascendum di-
 dit oves. Erant autem qui vesebantur, non
 minus tribus millibus. Cuiusque centum lagenis
 munita fuisse integra adhuc vinea post dies vi-
 centi trecentas fecit. Porro ille parcus multo
 minus solito colligens, etiam id quod habuerat,
 versum in aëre umfere doluit. Hoc multis fratri-
 bus senex ante futurum dixerat.

Delectabatur autem præcipuè monachos, qui
 fidelitate quâdam in futurum reservarent sua,
 diligentiam haberent vel sumptuum, vel ve-
 lutum, aut aliquid eorum rerum, quæ cum seculo
 transeunt. Denique unum de fratribus in quin-
 to serè a se miliano manentem, quia comperie-
 rat hostili sui nimis cautum timidumque custo-
 dem, & paucillum habere nummorum, ab oculis
 rogerat. Qui volens sibi reconciliari senem, fre-
 quenter veniebat ad fratres, & maximè ad Heli-
 chium, quo ille vehementissimè delectabatur.
 Quâdam igitur die ciceris fascem virentis, sicut
 in herbis erat, detulit. Quem cum Helichius po-
 nisset in mensa ad vesperum, exclamavit senex,
 putorem ejus ferre non posse, simulque unde
 esset, rogavit. Respondente autem Helichio,
 quod frater quidam primitias agelli sui fratribus
 detulisset: Non sentis, inquit, putorem teteri-
 tum, & in ciceris foetere avaritiam? Mitte bubus,
 mitte brutis animalibus, & vide an comedant.
 Quod cum ille juxta præceptum in præsepe po-
 nisset, exterriti boves, & plus solito mugientes,
 ruptis vinculis, in diversa fugerunt. Habebat e-
 nim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum

*In mona-
 chos sua
 quareres
 proprias.*

*Magna
 Hilario.*

nis gratia. vestiumque, & earum rerum, quas quis tetigerit sciret cui demoni, vel cui visio subiceret.

Hilarion dolet ad se turbas accedere. Igitur sexagesimo tertio vitæ suæ anno nens grande monasterium, & multitudinem eorum secum habitantium, turbaque eorum diversis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere minimum solitudo per circuitum repletur, fiet quotidie, & incredibili desiderio conversatione antiqua recordabatur. Interrogatus à fratribus quid haberet, cur se conficeret ait: Rursum seculum redij, & recepi mercedem meam in mea. En homines Palaestina & vicinæ provincie existimant me alicujus esse momenti: & ego prætextu monasterij, ad dispensationem fratrum vilem supercilium habeo. Servabatur autem fratribus, maxime ab Hesichio, qui miro amore venerationi senis deditus erat. Cumque transisset lugens biennium, Aristoneta illa, cujus præfecimus mentionem præfeci tunc uxore, nihil de præfeci ambitu habens, venit ad eum, volens etiam ad Antonium pergere. Cui respondens: Vellem, ait, ipse quoque ire, si non carceris hujus monasterij clausus tenerer, & si cunctis etus esset. Biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est. Crediti illi, substitit. Et post paucos dies, veniente rursus Antonij dormitionem audivit.

Mors Antonij Magni.

Hilarion gloria contemptor.

Mirantur alij signa quæ fecit, mirantur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem, egam nihil in a stupeo, quam gloriam illum & hoc calcare potuisse. Concurrerant Episcopi, Presbyteri, Clericorum & Monachorum greges.

matronarum quoque Christianarum grandis
tentatio, & hinc inde ex urbibus & agris vulgus
ignobile: sed & potentes viri & iudices, ut bene-
dictum ab eo panem vel oleum acciperent. At il-
le nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, in-
tantum ut quâdam die proficiscenda uerit, & ad-
iudicio asello (nimis quippe exesus jejunijs, vix in-
gredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum
percrebuisset, & quasi vilitas quâdam & iusti-
tium Palæstinæ indiceretur, plus quàm decem
milia hominum diversæ ætatis & sexûs ad reti-
nendum eum congregata sunt. Immobiles ille ad
preces, & baculo arenas discutens loquebatur:
Eulicé Dñm meum non faciam: Non possum vi-
dere subversas Ecclesias, calcata Christi altaria, fi-
liorum meorum sanguinem. Universi autem qui
aderant, intelligebant ei quiddam esse secreti re-
velatum, quod nollet confiteri. Et nihilominus cu-
stodiebant eum, ne proficisceretur. Decrevit ergo
publica omnes voce contestans, non tibi se, non
potius quicquâ sumere, nisi dimitteretur. Et post
septem dies mediæ tandè relaxatus, ac valedicens
plurimis, cum infinito agmine prosequentium
venit Bethaniam, ubi per turbas ut reverteren-
tur, elegit quadraginta monachos, qui haberent
vaticum, & possent jejunantes ingredi id est post
sols octavum cibum sumere. Quinto igitur die
venit Pelusium, visitatisq; fratribus, qui in vicina
eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos, mo-
rabantur: perrexit post triduum ad castrum
Theubatium ut videret Diaconum Episcopum
& Confessorem, qui ibi exulabat. Quo incre-
dibiliter consolato tanti viri præsentia, post
aliud

* matro-
næ.

*Jejunium
erat us-
que ad
Sols oc-
casum
astinen-
tia.*

* Tom-
balton,

aliud

aliud triduum multo Babylonem labore pervenit ut videret Philonem Episcopum, & ipsum Confessorem. Constantius enim Rex, Arianorum favens hæresi, utrumque in ea loca deportaverat. Inde egrediens post triduum venit ad oppidum Aphroditon, ubi convento Diacono Baisæ, qui locatis camelis & dromedis, ob aquæ in creta penuriam conueverat euntes ad Antonium decere. Confessus est fratribus instans diem dormitionis beati Antonij, & pervigilem noctem in iusto, quo defunctus fuerat, loco, a se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per vastam & horribilem solitudinem, tandem ad montem altissimum pervenerunt, repertis ibi duobus monachis, Isaac & Pelusiano, quorum Isaac interpretis Antonij fuerat. Et quia se præbet occasio, & ad locum venimus, dignum videtur brevi sermone habitaculum tanti viri describere.

*Hilarion
B. Anto-
nio cele-
brat vi-
galias.*

*Describi-
tur An-
tonij ha-
bitatio.*

Saxeus & sublimis mons per mille circiter passus, ad radices suas aquas exprimit, quarum alias arena ebibunt, alia ad inferiora delapsa, paulatim rivum efficiunt, super quem ex utraque ripa palmæ innumerabiles, multum loco & amoenitatis & commodi tribuunt. Videres senem hoc atque illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic, agebant psallere, hic orare, hic operari, hic sessus residere solitus erat. Has vites, has arbutusculas ipse plantavit. Illam areolam manibus suis ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Iltum sarculum ad fodiendum terram pluribus annis habuit. Jacebat in strato ejus, & quasi calens ad hanc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus

Quanta

plus mensuræ per quadrum tenens quàm homo
 dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi
 montis vertice, quasi per cochleam ascendenti-
 bus, arduæ valde duæ ejusdem mensuræ cellulæ
 viscebantur, in quibus venientium frequentiam,
 & discipulorum suorum contubernium fugiens,
 moratus est. Verùm hæc in vivo excita saxo ostia
 tantum adlita habebant. Postquam autem ad hor-
 tum venerant: Videtis inquit, Isaac hoc poma-
 rum arbuticulis confutum, & holeribus virens.
 Ante hoc fermè triennium cum onagrorum grex
 vastaret, unum è ductoribus eorum stare jussit, ba-
 eoloque tondens latera: Quare (inquit) comedi-
 tis quod non seminastis? Et exinde acceptis aquis
 res quas potandas ventitabant, nunquam eos nec
 ulsoulans, nec holeribus contigisse. Præterea roga-
 tur, ut tibi locum tumuli ejus ostendat.
 Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum mon-
 straverint necne ignoratur: causam occultandi ju-
 sta præceptum Antonii fuisse referentes, ne Per-
 gamus, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad-
 villam suam sancti corpore, martyrium fabricare-
 tur.

*cellulæ
Antonii*

Igitur reversus ad Aphroditon, duobus secum
 tantum retentis fratribus, in vicina eremo mora-
 tus est, tanta abstinentia & silentio, ut tunc pri-
 mum se coepisse Christo servire diceret. Porro
 jam triennium erat, quod clausum cælum illas
 terras arefecerat, ut vulgò dicerent, Antonii
 mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama
 Hilarionis & accolæ quoque illius loci, & certatim
 virilis ac muliebris sexus ora luidi & attenuati
 sunt, pluvias à servo Christi, id est, à beati An-
 tonii

*Hilarionis
in eremo
latet.*

tonii successore deprecabantur. Quos ille certum mirè doluit. Elevatisque in cœlum oculis, utrasque in sublime erigens palmas, statim petrauit quod rogaverant. Ecce autem sitientis renosque regio, postquam pluvis irrorata est, tantam serpentum & venenatorum animalium improvise ebullivit multitudinem, ut percussis numerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo, universis agricolæ atque pastores tangentes vulnera, certam salutem retinebant.

*Fugit iterum
urbam,*

Videns etiam ibi se miris honoribus affici, perrexit Alexandriam: inde ad interiorum Oram eorum transiturus. Et quia nunquam ex quo ceperat esse monachus, in urbibus manserat, divertit ad quosdam fratres notos sibi in Brutio, haud procul ab Alexandria, qui cum miro gaudio susceperunt senem, & jam vicina nox esset, repente audiunt discipulos ejus asinum sternere, illumque parare proficisci. Itaque advoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret, & ante limen prostrati, citius se mori, quàm tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit: Idcirco abire festino, ne vobis molestiam generem. Certè ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum hœtoribus profecti (nam pridie eum venisse cognoverant) intrantes monasterium, cum illum minimè invenissent, invicem loquebantur: Nonne vera sunt quæ audimus? magus est & futura cognoscit. Urbs autem Gaza, postquam profecto de Palæstina Hilarione, Julianus in imperium successerat, destructo monasterio ejus, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionem

Insidiantur Hilarioni.

arionis & Hefichii mortem impetraverat, ambo-
que ut quareretur, toto orbe scriptum erat. E-
gressus ergo d. Brutio, per inviam solitudinem
intravit Olam, ibique anno plus minus exacto,
quia ille quoque eum sui fama prævenerat, quasi
tam in oriente latere non posset, ubi multi Iam &
opinione & vultu noverant, ad solas navigare in-
salas cogitabat, ut quem terra vulgaverat, saltem
maria celarent.

Eodem fermè tempore Hadrianus discipulus
ejus de Palæstina supervenit, dicens Julianum oc-
cistum, Christianum Imperatorem regnare cœpisse,
se reverti eum debere ad monasterii sui reliquias.
Quod ille audiens detestatus est, & conductio can-
culo per vastam solitudinem pervenit ad mariti-
mam urbem Lybiæ Paretonium, ubi Hadrianus
infelix volens Palæstinam reverti, & pristinam sub
nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit
injurias. Ad extremum, * convastatis quæ à fra-
tribus ei missa deulerat, nesciente illo profectus
est. Super hoc quia alter locus referendi non est,
hoc tantum dixerim in terrorem eorum, qui ma-
gistros despiciunt, quod post aliquantulam tem-
poris computruerit morbo regio.

Habens igitur senex * Gazanum secum, ascen-
dit elasm, quæ Siciliam navigabat. Cumque ve-
nisset ad evan geliorum codice, quem manu
sua adolescens scripserat, dare nauticum dispo-
neret, in medio fermè Adriæ, naucleti filius arre-
ptus à damone, clamare cœpit & dicere, Hilarion
non serve Dei, cur nobis per te & in pelago tutos
esse non licet? Da mihi spatium, donec ad ter-
ram veniam, ne hic ejectione præcipiter in abyf-
sum. Cui ille, si Deus meus (ait) tibi concedis ut

*Hadria-
nus Hi-
larioni
infestus.*

** con-
vastatis*

** Zana-
num.*

*Hilarion
nec in
mar: po-
test late-
re.*

maneas, mane. Sin autem ille te eicit, quid
 invidiam facis homini peccatori atque mendaci.
 Hoc autem dicebat, ne nauæ & negotiatores
 in navi erant, secum ad terrã si pervenissent, per-
 derent. Nec multo post purgatus est puer, per
 fidem dante, & ceteris qui aderant, nulli se
 ejus nomine locuturos. Ingressus autem Pachy-
 num promontorium Siciliae, obtulit nauclero
 evangelium pro subvectione sua & Gazani. Qui
 nolens accipere, maximè cum videret illos extra
 pto illo codice, & his quibus vestiti erant, im-
 plius nihil habere, ad extremum jurat se non re-
 cepturum. Sed & senex accensus fiducia pauperum
 conscientia, in eo magis lætabatur, & quod nihil
 haberet seculi, & ab accolis illius loci mendicari
 putaretur.

*Evange-
 lium pro
 nauulo
 datur.*

*in Sicilia
 latere
 studet.* Porro recogitans, ne negotiatores de Oriente
 venientes se notum facerent, ad mediterranea
 git loca, id est, vicefimo à mari milliario, ibidem
 in quodam deserto agello, lignorum quotidie
 scem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo
 proxima villa venundato, & sibi alimoniam, & his
 qui fortè ad eos veniebant, pauxillum panis
 mebant. Sed verè juxta quod scriptum est. Non
 potest civitas latere super montem posita, Scitu-
 rius quidam cum in Basilica beati Petri Romae
 torqueretur, clamavit in eum mundus spiritus.
 Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarus
 servus Christi, & nemo cum novit, & putat se esse
 secretum: ego vadam & prodam illum. Statim qu-
 cum servulis suis ascensa in portu nave, appulsi-
 est Pachynum, & deducente se dæmone, ubi
 * tugurium senis se prostravit, ilico curatus est.

*Matth. 5.
 * con-
 spectum.*

Hoc initium signorum ejus in Sicilia, innume-
rabilem ad eum deinceps agrotantium, sed & re-
gioforum hominum adduxit multitudinem, in
tantum, ut de primoribus quidam tumens morbo
intercutis, eodem die quo ad eum venerat, cura-
tus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, au-
divit dictum Salvatoris ad discipulos: *Gratis ac-*

Matt. 10.

ceptis, gratis date.
Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hefichius di-
scipulus ejus, toto senem orbe quærebat, lustrans
litora, deserta penetrans, & hanc tantum habens
spem, quia ubicunque esset, diultere non
posset. Transacto igitur jam triennio audivit Me-
mona à quodam Judæo, vilia populis scruta ven-
dente, prophetam Christianorum apparuisse in
Sicilia, tanta miracula & signa facientem, ut de
veteribus sanctis deputaretur. Interrogatus ita-
que habitum ejus, incessum & linguam, maximè
que ætatem, nihil dicere potuit. Ille enim qui refe-
rebat, famam ad se venisse tantum hominis testa-
batur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu
venit Paconum; & in quadam curvi litoris vil-
lula famam lenis sciscitatus, consona voce om-
nium cognovit, ubi esset, quid ageret, nihil in eo
ita cunctis admirantibus, quàm quod post tanta
signa atque miracula, ne fragmen quidem panis à
quoquam in illis locis accepisset. Et ne longum
faciam, sanctus vii Hefichius ad magistri genua
provolutus, plantasque ejus lachrymis rigans,
tandem ab eo sublevatus, post bidui triduique
sermonem audit à Gazano, non posse senem jam
in illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras
quasdam pergere nationes, ubi & nomē & tumor
suum incognitus foret.

*Hefichius
amissum
Hilario-
nem ma-
gistrum
quærit.*

Die

In Dal-
matiam
fugit.

Bovs.

Duxit itaque illum ad Epidaurum Dal-
matiam oppidum, ubi paucis diebus in vicino agello
sitans, non potuit abscondi. Siquidem dracon-
um ræ magnitudinis (quos gentili sermone boves
dicunt, ab eo quod tam grandes sint, ut boves
re soleant) omnem latè vastabat provinciam,
non solum armenta & pecudes, sed agricolas
que & pastores tractos ad se vi spiritus ablo-
quebat. Cui cum pyram iussisset præparari, & oratione
ad Christum missa, evocato populo, præcepit
struem lignorum scandere, ignem supponere
Tum itaque cuncta spectante plebe, immensam
bestiam concremavit. Unde æstuans quid faceret,
quò se verteret, aliam parabat fugam, & fo-
retarias terras mente perlustrans, moerebat, quæ
tacente de se lingua, miracula loquerentur.

Ea tempestate terræ motu totius orbis, qui post
Juliani mortem accidit, maria egressa sunt ter-
renos suos, & quasi rursus Deus diluvium minis-
travit, vel in antiquum Chaos redirent omnia, nam
ad prærupta de latere montium pependissent.
Quod cum viderent Epidauritani, frementes fre-
ctus & undarum moles, & montes gurgitum litte-
ribus inferri, verentes quod jam evenisse cerne-
bant, ne oppidum funditus subverteretur, in-
gressi sunt ad senem, & quasi ad prælium præ-
sentes, posuerunt eum in littore. Qui cum tri-
crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contra
tenderet, incredibile dictu est, in quamnam altitu-
dinem intumescens mare ante eum steterit, et
diu fremens, & quasi ad obicem indignans, pau-
litim in semetipsum relapsus sit. Hoc Epidaurus
omnis illa regio usque hodie prædicat, maris
docent

**subru-*
etur.

Hilarion
imperat
maris.

docent liberos suos ad memoriam in posteros
transmittendam. Verè illud, quod ad Apostolos *Matt. 17.*
dictum est: Si credideritis, dicetis huic monti,
transi in mare & fiet: etiam juxta litteram imple-
ri potest: si tamen quis habuerit Apostolorum fi-
dem, & talem, qualem illis habendam Dominus
imperavit. Quid enim interest, utrum mons de-
scendat in mare, an immensi undarum montes re-
pentè obriguerint, & ante senis tantum pedes fa-
xer, ex alia parte mollior fluxerint? Mirabatur
omnis civitas, & magnitudo signi Salonis quo-
que percrebuerat. Quod intelligens senex, in bre-
vi lembo clam nocte fugit, & inventa post biduum
oneraria navi perrexit Cyprum. Cumque inter
Maleam & Cytheram piratæ derelicta classe in lit-
tore, quæ non antenna, sed conto regitur, duobus
haud parvis myoparonibus occurrissent, & denuò
hinc inde fluctus occurrerent, emiges omnes qui
in navi erant, trepidare, flere, discurrere, præpara-
re contos, & quasi non sufficeret unus nuntius,
certatim seni piratas adesse dicebant. Quos ille
procul intuens, subrisit. Et conversus ad discipu-
los, Modicæ, inquit, fidei, quare trepidatis. Nun-
quid plures sunt hi quàm Pharaonis exercitus?
tamen omnes Deo volente submersi sunt. Loque-
batur hic, & nihilominus spumantibus rostris, ho-
stiles * turmæ imminebant, jactu tantum lapidis
medio. Stetit ergo in prora navis, & porrecta con-
tra venientes manu: Huc usque (ait) venisse suffi-
ciat. O mira rerum fides: statim resilière navicu-
læ, & impellentibus contrà remis, ad puppim im-
petus redit. Mirabantur piratæ, post tergum se re-
dite nolentes, totoque corporis nixu, ut ad navi-
gium

*Alia fu-
ga Hila-
rionis.*

*Defendit
connavi-
gantes à
piratis.*

* catinæ.

gium pervenirent laborantes, velocius multo
quàm venerant, ad littus ferebantur.

Hilarion Prætermitto cetera, ne videat in narratione
neque in gnorum volumen extendere. Hoc solum dico
Cypro la- quòd inter Cycladas navigans, hinc inde clamor
tuare po- tium de urbibus & vicis, & ad littora, concurren-
est. tium, immundorum spirituum voces audiebatur.
Ingressus ergo Paphum urbem Cypri, nobilium
carminibus poetarum, quæ frequenter terræ mo-
ru lapsa, nunc ruinarum tantum vestigiis quid
lim fuerit ostendit in secundo ab urbe milliare
habitabat ignobilis, gaudensque, quod paucis
diebus quietè viveret. Verùm non ad plenum
ginti transire dies, cum per omnem illam insu-
lam quicumque immundos habebant spiritus, de
mare cœperunt, venisse Hilarionem seruum Chris-
sti & ad eum se debere properare. Hoc Salamita
hoc Curium, hoc Lapetha & urbes reliquæ con-
clamabant: plerisque assensibus scire se quidem
Hilarionem, & verè illum esse famulum Dei, ubi
esset ignorare. Intra triginta igitur, nec multo
amplius dies ducenti ferme tam viri, quàm mulie-
res ad eum congregati sunt. Quos cum vidisset,
dolens quod se non paterentur quiescere, & quo-
dammodo in ultionem sui sapiens, tanta eos o-
rationum instantia flagellavit, ut quidam statim,
alii post biduum triduumve, omnes verò intra
nam hebdomadam curarentur.

Manens itaque ibi biennio, & semper de fugi-
cogitans, Heschium ad se veris tempore reve-
surum Palestinam ad salutationem fratrum,
monasterii sui cineres visendos misit. Qui cum
revertisset, cupienti rursus ad Ægyptum naviga-

re, hoc est, ad ea loca, quæ vocantur Bucolia. cō
 quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara
 tantum & serox natio, suavit ut in ipsa magis insu-
 la ad secretiorem locum conscenderet. Quem
 cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum
 duodecim millibus à mari procul inter secretos
 asperosque montes, & quo vix reptando mani-
 bus genibusque posset ascendi. Qui introgressus,
 contemplatus quidem est terribilem valdè & re-
 motum locum, arboribusque hinc inde circum-
 datum, habentem etiam aquas de supercilio col-
 lis irriguas, & hortulum peramœnum, & pomaria
 plurima, quorum fructum nunquam in cibo sum-
 pit: sed & antiquissimi juxta templi ruinam, ex
 quo (ut ipse referebat, & ejus discipuli testantur)
 tam innumerabilium per noctes & dies dæmo-
 num voces resonabant, ut exercitum crederes.
 Quo ille valdè delectatus, quod scilicet tantos
 antagonistas haberet in proximo, habitavit ibi
 per annos quinque, & sæpè invisente se H. sichio,
 in hoc extremo jam vitæ suæ tempore refocilla-
 tus est, quòd propter asperitatem difficultatem-
 que loci, & umbrarum (ut ferebatur vulgo) mul-
 titudinem aut nullus aut rarus ad se vel posset, vel
 auderet ascendere. Quodam autem die egressus
 hortulum, vidit hominem toto corpore paralyti-
 cum jacentem ante fores, interrogavitque Hesi-
 chium, quisnam esset, vel quomodo fuisset addu-
 ctus. Qui respondens ait: procuratorem se fuisse
 villula, ad cujus confinia hortulus quoque in quo
 ipsi erant, pertineret. Et ipse collachrymans ten-
 densque ad jacentem manum: Tibi, inquit, dico
 in nomine Domini nostri Jesu Christi, surge &
 ambu-

*Fugit ite-
 rum in
 montes
 abd. 103.*

Q

ambu-

ambula. Mira velocitas. Adhuc verba in ore
 quentisolvebantur, & jam membra solidata
 standum hominem surrigebant. Quod postquam
 auditum est etiam difficultatem loci, & iter
 vium plurimorum vicit necessitas nihil exque
 circuitum cunctis villis observantibus, quam
 quo modo elaboretur. Disseminaverat enim
 de eorumor, diu cum in eodem loco manere
 posse. Quod ille non levitate quadam, aut pueri
 sensu victus faciebat, sed honorem fugiens & in
 portunitatem. Semper enim silentium & vitam
 ignobilem desiderabat.

Igitur octogesimo ætatis sue anno cum abierat
 esset Hesichius, quasi testamenti vice brevem
 nu propria scripsit epistolam, omnes divitias
 ei derelinquens, Evangelium scilicet & tunica
 facceam, cucullam & palliolum. Nam minister
 jus ante paucos dies obierat. Venerunt itaque
 agrotantem de Papho multi religiosi viri, & mo
 ximè, quod eum dixisse audierant, jam se ad Do
 minum migraturum & corporis vinculis libera
 dum. Sed & Constantia quædam sancta femina
 cujus generum & filiam de morte liberaverat
 ctione olei. Quos omnes adjuravit, ut ne punctum
 quidem hora post mortem reservaretur, sed
 tim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut
 vestitus erat in tunica cilicina, & cuculla, & sago
 rustico.

Jamque modicus calor tepebat in corpore,
 nec præter sensum quicquam vivi hominis super
 erat, & tamen apertis oculis loquebatur: Egrede
 re, quid times? egredere anima mea: quid dubitas?
 Septuaginta propè annis serviisti Christo, & mor
 tem

*Divitia
 Hilario-
 nis,*

*Præhibet
 corpus
 suum
 mortuum
 reservari*

*De morte
 Hilario-
 nis.*

cem times? In hæc verba exhalavit spiritum. Sta-
 timque humo obrutum antè urbi sepultum, quàm
 mortuum nuntiaverunt. Quod postquam Palæ-
 stinæ sanctus vir audivit Hefichius, perrexit ad *Hefichius*
 Cyprum, & simulans se velle habitare in eodem *suffur-
 hortulo, ut diligentius custodiæ suspicionem ac-
 tolleret, cum ingenti vitæ suæ periculo, pus Hila-
 rionis.*
 post decem ferè menses corpus ejus furatus est.
 Quod Mafoniam * deferens, totis monachorum * in asi-
 & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo na-
 monasterio condidit, illæta tunica, cuculla & pal-
 lolo, & toto corpore, quasi adhuc viveret, inte-
 gro, tantisque fragrante odoribus, ut delibutum
 unguentis putaretur.

Non mihi videtur in calce libri tacenda Con- *Miracu-
 stantia illius sanctissimæ mulieris devotio, quæ lum cum*
 perlato ad se nuntio, quòd corpusculum Hilario- *corpore*
 nis Palæstinæ esset, statim exanimata est, veram *Hilario-
 nis servum Dei dilectionem etiam morte com-
 nis.*
 probans. Erat enim solita pervigiles in sepulchro
 ejus noctes ducere, & quasi cum præfente ad *Constan-
 vandas orationes suas fermocinari. Cernas uf-
 ria cum*
 que hodiè miram inter Palæstinos & Cyprios *Hilario-
 contentionem, his corpus Hilarionis illis spiri-
 ne mor-
 tum se habere certantibus. Et tamen in utrisque tun loqui
 solita.*
 locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in
 hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum di-
 scerit.

Q 2

III. Hie-

III. Hieronymus de vita Malchi captivi
nachi.

Quinavali præio dimicaturi sunt, ante in
portu & in tranquillo mari flebant gubernacula,
remos trahunt, ferreas manus & uncor
preparant, dispositumque per tabulata militem
pendente gradu, & labente vestigio stare firmiter
consuecunt, ut quod in simulacro pugna didice
runt, in vero certamine non perhorrescant. Ita &

* Mens ego, qui diu tacui (silere quippe me fecit, * cui
cujus meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio
termo. in parvo opere, & veluti quandam rubiginem
linguæ abstergere, ut venire possim ad latiore
historiam. scribere enim disposui (si tamen vitam
Dominus dederit, & si vituperatores mei saltem
fugientem me & * inclusam persequi desierint, *
sum. adventu Salvatoris usque ad nostram aetatem, si
est, ab Apollolis usque ad nostri temporis tecum
quo modo & per quos Christi Ecclesia nata sit, &
adultæ persecutionibus creverit, martyriis coro
nata sit & postquam ad Christianos principes ve
nit, potentia quidem & divitiis major, sed virtutibus
minor facta sit. Verum hæc alias. Nunc quod
imminet, explicemus.

Maronias triginta ferme millibus ab Antiochia
urbe Syriæ haud grandis ad orientem distant
viculus. Hic post multos vel dominos, vel patro
nos, dum ego adolescentulus morarer in Syria
ad Papæ Evagrii necessarii mei possessionem de
volutus est, quem idcirco nunc nominavi, ut
stenderem, unde nossem quod scripturus sum.

rat illic quidam senex nomine Malchus (quem nos latinè regem possumus dicere) Syrus natione & lingua, & revera *αυτοχθων* Anus quoque in ejus contubernio valdè decrepita, & jam morti proxima videbatur. Tams studiosè ambo religiosi, & sic Ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam & Elizabeth de Evangelio crederes, nisi quòd Joannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quænam esset eorum copula matrimonii, sanguinis, an spiritus: omnes voce consona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adorsus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi: Ego, inquit, mimate, Maronitæ agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui, & hæredem familiæ suæ ad nuptias cogerent, monachum potius me velle esse respondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditiis persecuti sint, ut pudicitiam * proderem, hæc res sola indicio est, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad Orientem ire non poteram propter vicinam Persidem, & Romanorum militum custodiam ad Occidentem verti pedes, pauillum, nescio quid, portans viatici, quod me ab inopia tantum defensaret. Quid multa? Pervenivi vicinam tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Ellam magis ad Austrum sita est. Ibi repertis monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore victum quærans, lasciviamque carnis refrægens jejunis. Post multos annos incidit mihi desiderium, ut ad patriam pergerem, & dum adhuc viveret mater (jam enim patrem mor-

*Hoc est
indigena
ejus loci.*

Luc. 1.

*Malchus
fugit à
parentibus
me
dicat
* per-
derem.*

*Malchus
monachus
factus.
Tentatio
sathana
Patriam
tuum*

desidera- tuum audieram) solaret viduitatem ejus & ex
ri à mo- inde venundata possessiuncula, partem erogare
nacho. rem pauperibus, * partem monasterio conli-
 * ex par- tuerem. Quid erubescio confiteri infidelitatem
 te mona- meam? partem in sumptuum meorum solati-
 sterium reservarem. Clamare coepit Abbas meus, dis-
 con- boli esse tentationem, & sub honestæ rei occu-
 struerem sione latere antiqui hostis insidias: hoc esse re-
 verticane ad vomitum suum: sic multos mo-
 nachorum esse deceptos. Nusquam diabolus
 aperta fronte se proderet. Proponebat mihi ex-
 xemplum de scripturis plurimum, inter quæ illud
Genes. 3. quod initio Adam quoque & Evam spe divinitatis
 supplantaverit. Et cum persuadere non poteret,
 provolutus genibus obsecrabat, ne se desererem,
 ne me perderem, nec aratrum tenens, poterat
 tergum respicerem. Væ misero mihi, vici mona-
 stium pessima victoria, putans illum non meam
 salutem, sed suum solatium querere. Prosecutus
 ergo me de monasterio, quasi funus efferret, & ad
 extremum valedicens, Video (ait) te fili Sathanae
 cauterio notatum: non quero causas, excusationes
 non recipio. Ovis quæ de ovilibus egreditur
 lupi statim moribus patet. De Beria ad Essiam pe-
 gentibus vicina est publico itineri solitudo, per
 quam Saraceni incertis sedibus huc atque illuc
 semper vagantur. Quæ suspicio frequentiam
 illis locis viatorum congregat, ut imminens per-
 riculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comi-
 titatu meo viri, foeminae, senes, juvenes, parvuli
 numero circiter septuaginta. Et ecce, subito
 quorum camelorumque sessores Ismaelicae irruunt,
 crinitis vittatisque capitibus, ac seminudo

Lus. 9.

*S. Hieronimo
do mona-
chi in
salvando
fratre.*

*Quomo-
do Mal-
chus cap-
tivus fa-
ctus sit.*

corpore, pallia & latas caligas trahentes: pende-
bant ex humero pharetræ laxos arcus vibrantes,
hastilia longa portabant. Non ad pugnandum, sed
ad prædam venerant. Rapimur, dispergimur, in
diversa trahimur. Ego enim longo postliminio
hereditarius possessor, & serò mei consilii pœni-
tens, cum altera mulierecula in unius heri servitu-
tem sortitus venio. Ducimur, imò portamur sub-
limes in camelis, & per vastam eremum semper
ruinam timentes, pendemus potius quàm fede-
mus. Carnes sem crudæ cibus, & lac camelorum
potus erat. Tandem grandi amne transmissio, per-
venimus ad interiorem solitudinem, ubi domi-
nam liberosque ex more gentis adorare iussi, ce-
vices flectimus. Hic quasi clausus carcere, mutato
habitu, id est, nudus ambulare disco. Nam aëris
quoque intemperies, nihil aliud præter pudenda
velari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ o-
ves, & in malorum comparatione hoc fruor sola-
tio, quòd dominos meos & conservos rarius vi-
deo. Videbar mihi aliquid habere sancti Jacobi:
recordabar Moyfi, qui & ipsi in eremo quondam
fuerunt pastores. Vescebar recenti caseo & lacte.
Orabam jugiter, canebam psalmos, quos in mo-
nasterio didiceram. Delectabat me captivitas
mea. Agebam Dei iudicio gratias, quòd mona-
chum quem in patria fueram perditurus, in ere-
mo inveneram, O nihil unquam tutum apud dia-
bolum. O multiplices & inestabiles eius insidie.
Sic quoque latentem me invenit invidia. Domi-
nus videns gregem suum crescere, nihilque in me
comprehendens fraudulentie (sciebam enim Apo-
stolum præcepisse: Dominis sic quasi Deo fideli-

*Malchus
nudus
ambula-
re cogitur
Malchus
factus
pastor o-
vium.
Gen. 29.
Exod. 30.*

Ephes. 6.

Renuit**uxorem****u ventis****viri ac-****cipere.***** bra-****chium****tenere****mulier****præoc-****cupisset.****Malchi****sollicitu.****do & per-****turbatio.****Consiliū****Malchi****de seipso****meditando.****Mulieris**

ter servendum) & volens me remunerare, quod
fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illam con-
servam meam, aliquando captivam. Et cum ego
refutare, diceremque me Christianum, necesse
cere mihi uxorem viventis mariti accipere
quidem captus nobiscum vir ejus, ab alio domo
no fuerat abductus) rursus ferus ille, & implacabi-
bilis in furorem versus, evaginato me cepit per-
tere gladio. Et nisi confestim * brachia tene-
mulierem præoccupassem, illico fadisset sangui-
nem. Jam igitur venerat tenebrosior solito, & mihi
hi nimium matura nox. Duce in speluncam se-
rutam novam conjugem, & pronubante nobis
maestitia, uterque detestamur alterum, nec facti
mur. Tunc verè sensi captivitatem meam, prostra-
tusque humi, monachum cœpi plangere, quem
perdebam, dicens: Huccine miser servatus sum
non me mea scelera perduxerunt, ut incensum
fcente jam capite, virgo maritus fierem? Quo-
prodest, parentes, patriam, rem familiarem con-
templisse pro Domino, si hoc facio, quod ne fecis-
cerem, illa contempserim: nisi quod fortè propter
hæc sustineo, quia patriam desideravi? Quid age-
mus anima? perimus an vincimus? Expediamus
manum Domini, an proprio macrone confide-
mur? Verte in te gladium, tua magis mors timen-
da est, quàm corporis. Habet & servata pudicitia
suum martyrium: jaceat insepultus Christi testis
in eremo, ipse mihi ero persecutor & martyr. Sa-
fatus, eduxi in tenebris quoque micantem gla-
dium, & acumine contra me verso: Vale
quam in scelerum mulier, habeto me martyrem
tius quàm maritum. Tunc illa pedibus meis per-

voluta : Precor te (inquit) per Jesum Christum, & per hujus horæ necessitatem adjuro, ne effundas sanguinem tuum in crimen meum. Vel si mori placet, in me primum verte mucronem : sic nobis potius jungamur. Etiam si vir meus ad me rediret, servarem castitatem quam me captivitas docuit : vel interirem potius, quam perderem. Cur moreris, ne mihi jungaris ? Ego morerer, si mihi jungi velles. Habeto me conjugem pudicitæ, & magis animæ copulam amato, quam corporis. Sperent Domini maritum, Christus noverit fratrem. Facile suadebimus nuptias, cum nos viderint sic amare. Fateor (inquit) oblitui, & admiratus virtutem fœminæ, conjugem plus amavi. Nunquam tamen illius nudum corpus intuius sum, nunquam ejus carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio servaveram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabilius nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspicio, interdum & mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande intervalum dum solus in eremo sedeo, & præter cœlum terramque nihil video, cœpi mecum tacitus volvere, & inter multa, contubernii quoque monachorum recordari, maximèque vultum patris mei, qui me erudierat, tenerat, perdideratque. Sicque cogitans, aspicio formicarum gregem angulo calle fervere, ferre onera majora, quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe ortis trahebant. Aliæ egerebant humum de foveis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illatâ semina præcebant.

Qs

ad Mal-
chum
hortatio
piæ.

Malchi
pudicitia

Labor
quis for-
micarum

bant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta depo-
tabant. Quodque magis mirum est in tanto
mine egrediens non obstabat intranti, quin po-
tius si quam vidissent, sub fasce & onere con-
cidisse suppositis humeris adjuvabant. Quam
multa? Pulchrum mihi spectaculum dies illi

Prov. 6.

*Adspirat
ad mona-
stium
stium.*

tribuit. Unde recordatus Salomonis, ad for-
micarum solertiam nos mittentis, & pigras me-
tes tali exemplo suscitantis, cœpi raderet cap-
tivitatis, & monasterii cellulas quærere, ut
formicarum illarum similitudinem desiderare, ut
ubi laboratur in medium, cumque nihil cuiusquam
proprium sit, omnium omnia sunt. Regressus
ad cubile occurrit mulier, tristitiam animi dissi-
mulare non potui. Rogat, cur ita exanimatus
sim. Audit causas, hortatur fugam. Petro
lentii fidem. Non aspernatur, & jugi suscipio
inter spem & metum medii fluctuamus. Erant
mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis, quibus
occisis utres facio, eorumque carnes vitibus
copræparo. Et primo vespere, putantibus nos

*Fugit
M. l. h. h.
cum vi-
vere clā-
culum.*

dominis secreto cubitare, invadimus iter, utres
& partes carniū portantes. Cumque pervenisse-
mus ad fluvium (nam decem millibus aberat)
inflatis conscensisque utribus, aquis nos cre-
dimus, paulatim pedibus subremigantes, ut
deorsum nos flumine deferente, & multo lon-
gius quàm conscenderamus, in alteram nos
exponente ripam, vestigium sequentes perde-
rent. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex
parte lapsæ, vix tridui cibum pollicebantur. Bi-
bimus usque ad satietatem, futuræ nos siti præ-
parantes. Currimus, post tergum semper aspi-
cimus;

cimus, & magis nocibus provehimur, quam
 diebus, vel propter insidias latè vagantium Sa- *Malchū*
 racenorum, vel propter ardorem solis nimium. *fuga ple-*
 Pavescō miser etiam referens, & si tota mente *na discris*
 securus, toto tamen corpore perhorresco. Post *minis.*
 diem verò tertium, dubio prospectu procul asp-
 cimus duos camelis insidentes venire * concitè. * *conci-*
 Statimque mens mali præfaga, putare cœpit do- *tos.*
 minum meditati mortem, solem cernere nigre-
 scentem. Dumque timemus, & vestigiis nos pro-
 ditos per arenas intelligimus, offertur ad dexte-
 ram specus longè sub terram penetrans. Igitur ti-
 mentes venenata animalia (nam solent viperæ,
 reguli & scorpiones, cæteraque hujuscemodi fer-
 vorem solis declinantia umbras petere) intravi-
 mus quidem speluncam: sed statim in ipso introi-
 tu sinistra nos foveæ credimus, nequaquam ultrà
 progredientes, ne dum mortem fugimus, incurra-
 mus in mortem: illudque nobiscum reputantes:
 Si juvat Dominus miseros, habemus salutem: si
 despiciat peccatores, habemus sepulchrum. Quid *Hierus*
 putas nobis fuisse animi? quid terroris? cùm ante *Malchū*
 specum haud præcul starent dominus & conser- *insequen-*
 vus, & vestigio indice, jam ad latebras pervenis- *tur.*
 sent? O multo gravior expectata quàm illata mors.
 Rursus cum timore & labore lingua balbutit, &
 quasi clamante Domino, mutire non audeo. Mit-
 te servum, ut nos de specu trahat: ipse camelos
 tenet, & evaginato gladio, nostrum expectat ad-
 ventum. Intereà tribus ferè vel quatuor cubitis
 introgresso famulo, nobis ex occulto tergum ejus
 videntibus (nam oculorum istiusmodi natura
 est, ut post solem umbram intrantibus cœca sint
 cimus,

omnia:) vox per antrum sonat : Exite furciferi
 exite morituri. Quid statis? quid moramini? Egre-
 te, dominus vocat, patienter expectat. Adhuc
 loquebatur, & ecce per tenebras aspiciamus
 nam invalisse hominem, & gutturē suffocatum
 cruentum intrò trahere. Jesu bone, quid tunc ter-
 roris nobis, quid gaudii fuit? Spectabamus do-
 mino nesciente, hostem nostrum perire. Qui cum
 videret illum moras facere, suspicatus est duros
 uni resistere. Sed iram differre non valens, hinc
 tenebat gladium ad speluncam venit, & furor
 rabido servi increpans vecordiam, prius à se
 est tentus, quam ad nostras latebras perveniret.
 Qui sunt qui hoc crederent, ut ante os nostrum
 bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo
 metu, similis ante oculos nostros versabatur in-
 ritus, nisi quod turius erat rabiem leonis, quam
 iram hominis sustinere. Pavemus intrinsicè, ut
 ne movere quidem nos ausi, praestolabamur even-
 tum rei, inter tanta pericula, pudicitiae tantū co-
 scientia pro muro septi. Leana insidias cavens, ob-
 visam esse se sentiens, apprehensos mordicus ce-
 tulos maturè effert, nobisq; cedit hospitium. Nos
 tamen satis creduli, firmè erupimus, sed ex-
 stantes diu, & egredi cogitantes, illius nobis figu-
 rabamus occursum. Sublato ergo horrore, & al-
 tranfacta die egredimur ad vespertam, vidimus
 camelos (quos ob nimiam velocitatem dromede-
 rios vocant) praeteritos cibos in ore volvere, sin-
 alvum missos iterum retrahere: quibus ascensis
 nova sitarcia, id est, annona refocillati. decem
 tandem die ad Romana per desertum castra ve-
 nimus. Oblatque tribuno, rem ordine panem

*Leana
 pro Mal-
 cho pug-
 nat.*

*Servus
 Eberus
 Malcho
 adver-
 santes
 percutit.*

*Malchi
 paver in
 spectu.*

mus, inde transmissi ad Sabinum Mesopotamiæ
Ducem, camelorum pretium accepimus. Et quia
jam Abbas ille meus dormierat in Domino, ad
hæc delatus loca me monachis reddo: hanc trado
virginibus, diligens eam ut sororem, non tamen
ei me credens ut forori.

Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retu-
lit. Hæc ego vobis narraui senex, & castis histo-
riam castitatis expono, Virgines * virginitatem * castita-
custodire exhortor. Vos narrate posteris, ut sciant tem.
inter gladios, & inter deserta & bestias pudici-
tiam nunquam esse captivam, & hominem Chri-
sto deditum posse mori, non posse superari.

Epilogus.

*IV. Hieronymus de vita Nepotiani Presbyteri, seu
illius Epitaphium, scriptum ad Heliodorum
eiusdem avunculum & Episcopum.*

Præcepta sunt Rhetorum, ut majores ejus, qui
laudandus est, & eorum gesta alius repetan-
tur, sicque ad ipsum per gradus sermo perveniat:
quo videlicet avitis paternisque virtutibus illu-
strior fiat, & aut non degenerasse à bonis, aut me-
diocres ipse ornasse videatur. Ego carnis bona, *Non est*
quæ semper & ipse contempsit, in animæ laudi- *laudatus*
bus non requiram. Nec me jactabo de genere, id *quis à do-*
ni, de alienis bonis: cum Abraham & Isaac sancti *nis carnis*
viri Ismaëlem & Esau peccatores genuerint, & è *& alio-*
regione, septe in catalogo justorum Apostoli vo- *nis.*
ce numeratus, de meretrice sit natus. Anima, in- *Heb. 11.*
quit, quæ peccaverit, ipsa morietur. Ergo quæ *Judic. 17.*
non peccaverit, ipsa vivet. Nec virtutes, nec *Ezec. 18.*
vitia parentum liberis imputantur. Ab eo tem-
pore

Q7

pore

*Act. 9.**Gen. 49.*

pore censemur, ex quo in Christo renascimur. Paulus persecutor Ecclesie, & mane lupus pax, Benjamin, ad vesperam dividit escam, Annæ ovi submittens caput. Igitur & Nepotianus noster, quasi infantulus vagiens, & rudis puer, sititò nobis, quasi de Jordane nascatur. Alius fortan scriberet, quòd ob salutem illius Orientem remumq; dimiseris, & me clarissimum totius tuum, redeundi spe lactaveris, ut primum, si fieri posset, sororem cum parvulo videam: deinde consilium illa respueret, saltem nepotem dulcissimum conservares. Hic est enim ille de quo tu

Nepotianus gen-; stat cili- cum li- cet nobi- lis miles.

quondam vaticinatus sum: Licet parvulus ex te lo pendeat nepos. Referret, inquam, alius, quòd Palatii militia sub chlamyde & candenti lineo capus ejus cilicio tritum sit, quòd stans ante seculi potestates, lurida jejunijs ora portaverit, quòd adhuc sub alterius indumentis, alteri militaverit, & ad hoc habuerit cingulum, ut viduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisque subveniret. Multum non placent dilationes istæ imperfectæ servitutis

Act. 10.

Dei. Et centurionem Cornelium, ut lego, justum statim audio baptizatum. Veruntamen velut in cunabula quadam nascentis fidei comprobemur, ut qui sub alienis signis devotus miles fuit, conandus lauro sit, postquam suo Regi cæperit militare. Baltheoposito, habituq; mutato, quicquid castrensis peculij fuit, in pauperes erogavit. Legerat enim: Qui vult perfectus esse, vendat omnia quæ habet, & det pauperibus, & sequatur me. Et iterum: Non potestis duobus dominis servire, Deo & mammonæ. EXCEPTA vili tunica & operimento pari, quo tectò tantum corpore frui

*Matt. 19.**Matt. 6.**Nepotianus bona dispensat in pauperes, & se*

gus excluderet, nihil sibi amplius reservavit. *pauperem*
 Cultus ipse provinciæ morem sequens, nec mun- *facit.*
 ditijs, nec sordibus notabilis erat. Cumque arde- *Cultus*
 ret quotidie aut ad Ægypti monasteria pergere, *externus,*
 aut Mesopotamiæ invifere choros, vel certè in-
 sularum Dalmatiæ, quæ Altino tantum freto di-
 stant, solitudines occupare, avunculum pontifi-
 cem deferere non audebat, tot in illo cernens ex-
 empla virtutum, domique habens unde disceret, *Heliodo-*
 in uno atque eodem & imitabatur monacham, *rum in-*
 & Episcopum venerabatur. Non (ut plerisque *telligit.*
 accidere solet) assiduitas familiaritatem, familia-
 ritas contemptum illius fecerat: sed ita eum co-
 lebat, quasi parentem: ita admirabatur, quasi *Nepotia-*
 quotidie novum cerneret. Quid multa? Fic- *nus or-*
 clericus, & per solitos gradus presbyter ordina- *dinibus*
 tur. Jesu bone, qui gemitus? qui ejulatus? quæ ci- *sacris in-*
 interdicio? quæ fuga oculorum omnium? *stantur.*
 Tum primum & solum avunculo iratus est. Que-
 rebatur se ferre non posse, & juvenilem ætatem
 incongruam sacerdotio cavabatur. Sed quanto *Recusat*
 magis repugnabat, tanto magis in se studia o- *dignitatē*
 mnium concitabat, & merebatur negando quod *Ecclesia-*
 esse nolebat, eoque dignior erat, quò se clamabat *sticam.*
 indignum. Vidimus Timotheum nostri tempo- *1. Tim. 4.*
 ris, & canos in sapientia, electumque à Moysi *Sap. 4.*
 presbyterum, quem ipse sciret esse presbyte- *Num. vi.*
 rum. Igitur clericatum, non honorem intelli-
 gens, sed onus, primam curam habuit, ut *Nepotia-*
 humilitate superaret invidiam: deinde, ut *ni virtu-*
 nullam obsceni in se rumoris fabulam da- *tes & of-*
 ret: ut qui mordebantur ad ætatem ejus, *ficta.*
 sperent ad continentiam. subvenire pau-
 pe-

Rom. 12.

peribus, visitare languentes, provocare hospitios, lenire blanditijs, gaudere cum gaudentibus, inter-
cum flentibus. Cæcorum baculus, esurientium
cibus, spes miserorum, solamen lugentium.
Ita in singulis virtutibus eminebat, quali cetera
non haberet. Inter Presbyteros & coæquales po-
mus in opere, extremus in ordine. Quicquid bo-
ni fecerat, ad avunculum referebat. Si quid fore
aliter evenerat, quàm putârat, illum nescire,
errâsse dicebat. In publico venerabatur Episco-
pum, domi patrem noverat: gravitatem morum
hilaritate frontis temperabat. Gaudium in risu
non cachinnum intelligeres. Virgines & viduas
Christi honorare ut matres, hortari ut toro-
cum omni castitate. Iam verò postquam domum
se contulerat, & relicto foris clerico, duritia
traderet monachorum, creber in orationibus, ve-
gilans in precando, lacrymas Deo, non homini-
bus offerebat: jejunia in aurigæ modum pro
tudine & viribus corporis attemperabat. Membra
avunculi intererat, & sic apposita quæque libere
ut & superstitionem fugeret, & continentiam
servaret. Sermo ejus per omne convivium
scripturis aliquid proponere, libenter audire, re-
spondere verecundè, recta suscipere, prava
acriter confutare, disputantem contra se magis
docere, quàm vincere. Et ingenuo pudore, qui
ornabat ætatem, quid cujus esset, simpliciter con-
fiteri. Atque in hunc modum, eruditionis gra-
riam declinando, eruditissimus habebatur. Illud
(ajebat) Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactan-
tij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita
Corinus, in hunc modum est locutus Arnobius.

*Qualis
erga Epi-
scopum.*

*Qualis
erga mi-
lieres.*

*Ex cleri-
co factus
mona-
chus.*

*Qualis
in mensa.*

*Studium
in do-
ctrina.*

quoque, quia pro sodalitate avunculi dilige-
 re, interdum proferebat in medium: lectione que
 studium, & meditatione diuturna pectus suam
 bibliothecam fecerat Christi. Quoties ille trans-
 missis epistolis deprecatus est, ut aliquid ad se
 scriberem? Quoties nocturnum de Evangelio
 precatorem, & interpellatricem duri iudicis mihi
 exhibuit? Cumque ego silentio magis,
 quam literis denegarem, & pudore reticentis,
 pudorem suffunderem postulantis, avunculum
 mihi opposuit precatorem, qui & liberius pro alio
 peteret, & pro reverentia sacerdotij facilius im-
 petrarer. Feci ergo quod voluit, & brevi libello,
 amicitias nostras aeternae memoriae consecravi.
 Quo suscepto, Cræsi opes, & Darij divitias se vi-
 disse jactabat. Illum oculis, illum manibus, illum
 ore, illum ore tenebat. Cumque instratu fre-
 quenter evolveret, sæpè super pectus soporati,
 ducis pagina decidebat. Si verò peregrinorum,
 quicquam venerat, latrabatur nostro
 super se testimonio. Et quicquid minus in opu-
 lentia moderatâ, & pronuntia-
 tionis varietate pensabat, ut in recitando illo
 se vel placere quotidie, vel displicere videre-
 tur. Unde hic sermo, nisi ex amore Dei? Unde
 legis Christi indefessa meditatio, nisi ex deside-
 rio ejus, qui legem dedit? Alij nummum addant
 summo, & maius supium suffocantes, matronarum
 opes venentur obsequijs: sint ditiores monachi,
 quam fuerant seculares: possideant opes sub
 Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non
 habuerant, & suspirer eos Ecclesia divites, quos
 tenuit mundus autem mendicos. Nepotianus no-
 ster

Luc. 11.

Luc. 18.

Intelligo

scriptum

quod scri-

psit

est fol. 1. 5

ster aurum calcans, schedulas confectatur : sicut sui in carne contemptor eff , & pauper incedit ornator, ita totum animæ investigatum. Ad comparationem quidem superiorum modica sunt, quæ dicitur sumus : sed & in partem idem animus ostenditur. Ut enim creatorem in cælo tantum miramur, & terra, sole, occæ elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, ursis, leonibus ; sed & in minutis quoque animalibus, musca, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora, quam nomina, eandemque in cunctis veneramur sollicitiam : Ita mens Christo dedita, æquè & in majoribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam per

Matt. 12. otioso verbo reddendam esse rationem. Erat enim sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fundamento, si pavimenta terfa, si janitor creber in portis, si vela semper in ostijs, si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes ceremonias pietas disposita non minus, non majus negligebat officium. Ubi cunq; eum quæres, in Ecclesia invenies. Nobilem virum Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanæ scriptor historiae sed magis ex pictura, quam ex literis nomen invenit. Et Beselehel nostrum plenum sapientie spiritu Dei scriptura testatur. Hiram quoque filium mulieris Tyriæ, quod alter tabernaculi, alter templi supellectilem fabricati sint. Quomodo enim læta fegetes & uberes agri interdum cultu aristisq; luxuriant, ita præclara ingenia, & mentes plena virtutibus in variarum artium redundant elegantiam. Unde & apud Græcos philosophus ille laudatur, qui omne quo uteretur, usq; ad palmam

Matt. 12.

Qualis

in orna-

tu templi

& care-

monijs.

** lucu-*

lencia.

Affiduus

in templo

Neporia-

nus.

Exod. 31.

2. Par. 2.

Exod. 36.

3. Reg. 7.

& anulum, manu suâ factum gloriatus est.
 hoc idem possumus & de isto dicere, qui basilicas
 ecclesiarum, & martyrum conciliabula, diversis flo-
 ribus, & arborum comis, vitiumque pampinis ad-
 oravit: ut quicquid placebat in Ecclesia, tan-
 si positione quam visu, presbyteri laborem & stu-
 dum testaretur. Macte virtute, cujus talia prin-
 cipia, qualis finis erit? O miserabilis humana con-
 ditio, & sine Christo vanum omne quod vivimus.
 Quid te subtrahis? quid tergiversaris oratio?
 Quasi enim mortem illius differre possimus, &
 vitam facere longiorem, sic timemus ad ultimum
 pervenire. Omnis caro scœnum, & omnis gloria
 quasi flos fœni. Ubi nunc decora illa facies?
 totius corporis dignitas? quo veluti pulehro
 indumento pulchritudo animæ vestiebatur. Mar-
 cescebat, pro dolor, flante austro lilium, & purpu-
 ra viola in pallorem sensim migrabat. Cumque
 venaribus astuaret, & venarum fontes hauriret ca-
 sso, lasso anhelitu tristem avunculum consolaba-
 tur. Lætus erat vultus, & universis circa ploran-
 tibus solus ipse ridebat. Projicere pallium, ma-
 nus extendere, videre quod alij non videbant, &
 quasi in occursum se erigens, salutare venientes.
 Intellegentes illum non emori, sed emigrare, & mu-
 tare amicos, non relinquere. Volvuntur per ora
 lacrymarum, & obfirmato animo non queo dolo-
 rem dissimulare, quem patior. Quis crederet
 in tali illi tempore nostræ necessitudinis re-
 cordari, & luctante animâ studiorum scire
 precedinem? Apprehensâ avunculi manu:
 Hinc, inquit, tunicam, quâ utebar in mi-
 serio Christi, mitte dilectissimo mihi, dat me-
 ata-

*De morte
 Nepotiani.
 Epist. 30.*

*Comme-
 dat me-
 ata-*

riēs Hieronymum avūculo, atate patri fratri collegio : & quicquid à te potest fieri debet affectus, in illum transfer, mecum pariter diligebas. Atque in talia defectit, avūculum manu, me recordans, eundem rectans.

V. Hieronymus de vita Nebridij, qui filius Salvinae una nobilissima matris Salvinae, hanc viduam & matrem scribitur.

Matt. 11.

Vereor, ne officium putetur ambitio : & illius exemplo facimus, qui ait : Discite a me quia mitis sum & humilis corde, gloria appetitione dicamur : & non viduam angustia constitutam : sed aulæ nos in generali : & sub occasione sermonis, amicitias querere. Quod liquidò non putabit, scierit esse præceptum : Personam pauperem accipias in iudicio : ne sub prætextu misericordix, quod injustum est, iudicemus. Unusquisque enim non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diviti obsunt opes, si eis bene tunc nec pauperem egestas commendabiliorem cit, si inter sordes & inopiam, peccata non

Gen. 13.

braham Patriarcha, & quotidiana exempla peditant : quorum alter in summis divitijs, cuius Dei tuit, alij quotidie in sceleribus deprent, si, pœnas legibus solvunt. Alloquimur igitur vitem pauperem, ita ut nesciat ipsa quæ possidet. Neque enim marsupium ejus discutimus, anima puritatem. Loquimur ad eam, cupiditatem ignoramus, & virtutes novimus quas

fama commendat. cuius venerabiliorem pu-
 fer, quæ mortem iuve-
 alia mariti sic fleuit, ut exemplum conjugij dede-
 or dicitur: sic exulit, ut eum profectum crederet, non
 missum. Orbitatis magnitudo, religionis occa-
 sivit. Nebridium suum sic quærit absentem, ut
 Christo præsentem noverit. Cur ergo ad eam
 scribimus, quam ignoramus? Triplex nimirum
 causa est. Prima, quia pro officio sacerdotij o-
 nes Christianos filiorum loco diligimus, & pro-
 o: & quæritus eorum nostra est gloria: altera, quia pa-
 iscite a defuncti intimâ mihi necessitudine copulatus
 oria facit: extrema, quæ & validior, quod filio meo
 alloquio roganti negare nihil potui: qui crebris li-
 sinuare interpellatricem duri iudicis superans, &
 rias potestatorum mihi, ad quos ante super eadem mate-
 abbit, quæ scripseram, exempla proponens, ita suffudit
 superius pudorem negantis, ut plus considerarem quid il-
 misericordie cuperet, quàm quid me facere conveniret.
 usquis illius forsitan laudet Nebridium, quod de sorore
 e iudicis generatus Augustæ, & in materterâ nutritus sinu,
 s bene in vicinissimo principi ita charus fuit, ut ei conju-
 ilio rem nobilissimam quæreret: & bellis civilibus
 ta non Africam dissidentem, hac velut obside sibi fidam
 rium & redderet. Mihi à principio statim illud prædican-
 empla hunc, quod quasi vicinæ mortis præsciis, inter
 vitij amorem palatij, & honorum culmina, quæ æta-
 deprebatem anteibant, sic vixit, ut se ad Christum crede-
 rjgitur ret profecturum, Sacra narrat historia, Corne-
 æ possiduum centurionem cohortis Italicæ in tantum ac-
 mus, ceptum Deo, ut Angelum ad eum mitteret. & o-
 , cupane mysterium, quo Petrus de circumcissionis
 s quas angustijs transferbatur ad præputij latitudinem,
 ad

*Scribendi
causa.*

LUC. 18.

ACT. 10.

ad illius merita pertineres : qui primus ab
 stolo baptizatus, salutem gentium dedicavit.
 ptumque est de eo: Erat vir quidam in Caesariensi
 nomine Cornelius, centurio cohortis, quae dice-
 tur Italica, religiosus & timens Deum cum
 domo sua, faciens eleemosynas multas plebi,
Nebridi- **U**rans Deum semper. Quicquid de illo dicitur
as us reli- nomine commutato, in Nebridio meo vendit
giusosus ti- Sic religiosus fuit & amator pudicitiae, ut vir
mensque fortiretur uxorem: sic timens Deum cum
Deum. domo sua, ut oblitus dignitatis omne confortum
 cum monachis haberet & clericis: tantaque ele-
 mosynas faceret in populis, ut fores ejus pauperum
 ac debiliu[m] obsiderent agmina. Certe
 semper orans Deum, ut illi, quod optimum
 eveniret. Raptus est, ne malitia mutaret mentem
 ejus, quia placita erat anima illius Deo. Unde
 possum super eo verè abuti Apostoli voce, dicitur
Sap. 4. **I**tem: In veritate cognovi, quoniam non est per-
 narum acceptor Deus, sed in omni populo, qui
 timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est
 illi. Nihil nocuit militanti paludamentum, & bal-
 theus, & apparitorum catervæ: quia sub habitu
 alterius, alteri militabat. Sicut è contrario
 nihil prodest vile palliolum, surva tunica, corporis
 illuvies, & simulata paupertas, si nominis di-
 gnitatem operibus destruant. Legimus & in Evan-
 gelio de alio Centurione Domini testimonium,
 nec in Israël tantam fidem inveniri. Et ut ad
Gen 39. **U**periora redeamus, Joseph, qui & in egestate,
Ex 39. **U** in divitijs dedit experimenta virtutum, qui se-
Exempla **U**rus & dominus docuit animæ libertatem: non
divitum post Pharaonem regijs ornatus insignibus, sic Deo
 charus
 tribuunt
 erant B
 pes civi
 mente
 purpura
 te vic
 Gerious
 chenea
 anguin
 ga po
 cente E
 protegi
 monio p
 difficile
 sursum
 nimen a
 regnum
 us, q
 contra h
 quomod
 apud De
 docet,
 jus fa
 erare i
 Deo vivo
 struenc
 us bon
 defauriz
 rum,
 nus qu
 nimen a
 posito
 che

charus fuit , ut super omnes Patriarchas duarum *& san-*
 tribuum pater fieret? Daniel & tres pueri sic præ- *ctorum.*
 erant Babylonæ opibus , & sic erant inter princi- *Gen. 48.*
 pes civitatis , ut habitum Nabuchodonosor, Deo *Dan. 2.*
 mente fervirent. Mardocheus & Hester inter *& 3.*
 purpuras, sericum & gemmas, superbiam humili- *Esther 2.*
 tate vicerunt, tantique fuere meriti, ut captivi vi- *& 3.*
 caribus imperarent. Hæc illuc tendit oratio, ut
 ostendam juvenem meum conjunctionem regalis
 sanguinis, & affluentiam divitiarum, atque insi-
 gnia potestatis, materiam habuisse virtutum, di-
 cente Ecclesiaste : Sicut protegit sapientia , sic *Eccles. 7.*
 protegit & pecunia. Nec statim illud huic testi-
 monio putemus adversum : Amen dico vobis, *Matt. 19.*
 difficile dives intrabit in regnum cælorum. Et *Divites*
 vobis dico : Facilius est camelum per fo- *posse sab-*
 rumen acûs transire , quàm divitem intrare in *vari.*
 regnum cælorum. Alioquin Zachæus publica-
 nus , quem ditissimum scriptura commemorat, *Luc. 19.*
 contra hanc sententiam salvatus videbitur. Sed
 quomodo quod apud homines impossibile est ,
 apud Deum possibile fiat , Apostoli consilium
 docet , scribentis ad Timotheum : Divitibus *1. Tim. 6.*
 huius sæculi præcipe non superbè sapere , nec
 sperare in incerto divitiarum suarum , sed in
 vivo , qui præstat nobis omnia abundanter
 contribuendum. Benefaciant , divites sint in ope-
 ribus bonis , facile tribuant , communicent,
 saccum sibi fundamentum bonum in fu-
 turum , ut apprehendant veram vitam. Didi-
 mus quomodo camelus intrare possit per fo-
 rumen acûs : quomodo animal tortuosum ,
 deposito pondere sarcinarum , assumat sibi
 pen-

- Pf. 54.* pennas columbæ, & requiescat in ramis arboribus par
Matt. 13. quæ de sinapis semine succrevit. Legimus civitatem
Esa. 60. in Esaiâ, camelos Madian & Epha & Saba, aurum & ar
 & thus ad urbem Domini deportantes. In regnum teth
 horum camelorum, Simahelita negotiatores capiendi.
Gen. 37. Sten, & thymiana, & resinam, quæ nascitur in Syria, Nebri
 laad, & cutem vulneribus obducit, Ægyptijs de Arabia veni
Gen. 41. runt: tantæque felicitatis sunt, ut emant & vendunt
 dant Joseph, & mercimonium eorum salus multorum
 sit. Docet & Æsopi fabula, plenum mutis angulas
 trem per angulum foramen egredi non valeat. Quis for
 Ergo Nebridius meus quotidie illud revolvens, gressus
1. Tim. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem diavoli
 & in laqueos diaboli, & desideria multa: quibus con
 quid & imperatoris largitio, & honoris insula, & munus
 bi dederant, in usus pauperum conferebas. Nam legi
 verat enim à Domino esse præceptum: Si quis voluerit
 perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & veni sequere
 pauperibus, & veni sequere me. Et quia hoc, Nebridius
 sententiam implere non poterat, habens uxorem, & filios
 & parvulos liberos, & multam familiam, faceret, &
Luc. 16. sibi amicos de mammona iniquitatis, qui eum in æternum
 ciperent in æterna tabernacula. Nec semel dicitur, quod
Matt. 4. jiciebat sarcinam, quod fecerunt Apostoli, & petra, &
2. Cor. 8. trem, & rete, & naviculam relinquentes: sed & illam
 æqualitate, aliorum inopiæ suam abundantiam communicabat,
 ut postea illorum divitiarum indigentiam sustentarent.
 Scit ipsa, cui libenter hic scribitur, me non nota, sed audita narrare
 ex aliquo in me beneficio scriptorum more gratiam reddere.
 corum gratiam lingua reddere. Procul à Christianis ista suspicio.
 stianis ista suspicio. Habentes victum & vestimentum, &
1. Tim. 6. his contenti sumus. Ubi vile olusculum, & cetera

panis, & cibus potusque moderatus: ubi
vitæ supervacua, ibi nulla adulatio, quæ vel
fructum respicit. Ex quo colligitur fi-

In regale testimonium, quod causas non habet men-
tores. Ac ne quis me putet solas eleemosynas
Nebriديو prædicare, quanquam & has exer-
sit magnum, de quibus dicitur: Sicut aqua
extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit pec-
catum: ad virtutes ejus ceteras veniam, quas
in paucis hominibus deprehendimus.

quis fornacem Regis Babylonij sine adustione
egressus est? Cujus adolescentis Ægyptia do-

mina pallium non tenuit? Quæ uxor eunuchi
illos creat liberos voluptate transactâ? Quem
illorum illa disputatio non terreat. Video a-

nam legem in membris meis repugnantem legi
mentis meæ, & captivum me ducentem in lege
peccati, quæ est in membris meis? Mirum dictu

Nutritus in palatio, contubernalis & condi-
tulus Angustorum, quorum mensæ ministrat
terris, & terræ ac maria serviunt, inter rerum o-

abundantiam, in primo ætatis florentiæ
recundiæ fuit, ut virginalem pudorem vince-

re, & ne levem quidem in se obsceni rumoris
scandalum daret. Deinde purpuratorum propin-

quis socius, consobrinus, isdemque cum ambo
studij eruditus (quæ res etiam externorum
concordes sibi conciliat) non est inflatus superbiâ:

ceteros homines adductâ fronte contempnit:
cunctis amabilis, ipsos principes amabat ut
patres, venerabatur ut dominos: & in illorum sa-
lute salutem suam positam fatebatur, Ministres
autera

Eccli. 3.

Dan. 3.

Gen. 39.

Rom. 7.

Nebriديو

in adole-

scencia

pudicus

et immo-

rens.

Modestia

Nebriديو

et commi-

tas.

R

autera

*officio.

Patronus
miserorū
Nebri-
dius.

Esa. 40.

Mors Ne-
bridij.
Sap. 4.Nebridij
hæres &
filius.Filia Ne-
bridij.

autem eorum, & universum ordinem palatii, regalis frequentatur ambitio, sic sibi charitatem sociarat, ut qui merito inferiores erant, officio se pares arbitrarentur. Difficile factu est, gloriose virtute superare: & ab his diligi quos præcedunt. Quæ vidua non hujus auxilio sustentata est? Quis pupillus non in eo reperit patrem? Totius Orientis Episcopi ad hunc miserorum preces, & laborantium desideria conferebant. Quicquid Imperatore poscebat, elemosyna in pauperum pretium captivorum, misericordia in afflictis erat. Unde & ipsi principes libenter præstabant quod sciebant non uni, sed pluribus indulgere. Quid ultra differimus? Omnis caro scænum, & omnis gloria ejus quasi flos scæni. Reversa est terra in terram suam: dormivit in Domino, & positus est ad patres suos, plenus dierum ac luminis, & nutritus in senectute bona. Cani enim hominis sunt sapientia ejus. In brevi ætate tempora multa complevit. Tenemus pro illo dulcissimos liberos. Uxor hæres pudicitie pretium est. Nebridius pusio, patrem quærentibus exhibuit. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Scribitur la vigoris paterni lucet in filio: & similitudo morum per speculam carnis erumpens, ingenuos animos angusto in pectore versat. Jungitur germana, rosarum & liliorum calathus, ebullit ostrique commercium. Sic refert ore patrem, ut ad venustatem propensior sit. Sic matrem mentem pingit similitudine, ut in uno eodemque corpore utrumque agnoscas. Ita suavis est & melitula, ut honor sit omnium propinquorum.

Hanc tenere non dedignatur Augustus : hanc
 fovere in sinu Regina lætatur : certatim ad se
 omnes rapiunt. Pendet ex collo , hæret in bra-
 chijs singulorum. Garrula atque balbutiens ,
 linguæ offensione fit dulcior. Habes ergo Salvi-
 na quos nutrias , in quibus virum absentem te-
 nere te credas. Ecce hæreditas Domini , filij
 merces fructus ventris. Pro uno homine duos fi-
 lios recepisti , auctus est numerus charitatis.
 Quicquid debeas marito , redde filijs. Amore
 præsentium, absentis desiderium tempera. Non
 est parvi apud Deum meriti , benè filios educa-
 re. Audi Apostolum commonentem : Vidua
 eligatur non minùs annorum sexaginta , quæ fuit
 unius viri uxor , in bonis operibus habens testi-
 monium : si filios educavit , si hospitalis fuit ,
 si sanctorum pedes lavit , si afflictis abundanter
 præbuit , si omne opus bonum subsecuta est.

*Hortatio
 ad uxore
 Nebridij.
 Ps. 126.*

1. Tim. 5.

Didicisti catalogum virtutum tuarum, quid
 debeas nomini tuo , quibus meri-
 tis secundum pudicitia gra-
 dum possideas.

*Vl. Hieronymus ad Theodoram viduam de vita
Lucini Betyci mariti. Estque simul epistola
consolatoria.*

Lugubri nuntio consternatus super sancti &
venerabilis mihi viri dormitione Lucini, vix
breve epistolam dictare potui. Non quod ejus vi-
cem doleam, quem scio ad meliora transisse, di-
cente Moysse: Transiens videbo visionem hanc ma-
gnam: sed quod torquear desiderio, non meruisse
me hujus viri videre faciem, quem in brevi tem-
pore huc venturum esse credebam. Verum est il-
lud super necessitate mortis prophetale vaticini-
um, quod fratres dividat, & charissima inter se
nomina crudelis & dura dissociet. Sed habemus
consolationem, quia Domini sermone jugulamur,
ut dicitur ad eam: Ero mors tua, o mors: ero
mortuus tuus inferne. Adversus mortis ergo du-
ritiam, & crudelissimam necessitatem hoc solatio
erigimur, quod brevi visuri sumus eos, quos do-
lemus absentes. Neque enim mors, sed dormi-
tio & somnus appellatur. Unde & beatus Aposto-
lus vetat de dormientibus contristari: ut quos
dormire novimus, suscitari posse credamus, &
post digestum soporem vigilare cum sanctis, &
cum Angelis dicere: Gloria in excelsis Deo: &
super terram pax hominibus bonae voluntatis. In
caelo ubi non est peccatum, gloria est & perpetua
laus, & indefessa praeconia. In terra autem, ubi
seditio, bella atque discordiae, pax imprecanda
est: & pax non in omnibus, sed in his, qui bonae
voluntatis sunt.

Exod. 3.

Qse. 13.

Ibidem.

*Mors dor-
mitionis &
somnia
est.*

1. Thes. 4.

Luc. 2.

voluntatis sunt, & salutationem audiunt Aposto-
 licam: Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domi-
 no nostro Jesu Christo multiplicetur: ut in pace
 sit locus ejus, & habitatio ejus in Sion, id est, in
 specula, in sublimitate dogmatum atque virtu-
 tum, in anima credentis: cujus quotidie Angelus
 videt faciem Dei, & revelato vultu faciem Do-
 mini contempletur. Unde obsecro te, & curren-
 tem (ut ajunt) impello: ut Lucinum tuum desi-
 deres quidem ut fratrem, sed gaudeas regnare
 cum Christo: quia raptus est, ne malitia immuta-
 ret mentem ejus. Placita enim erat Deo anima
 illius, & in brevi spatio tempora multa comple-
 vit. Nos dolendi magis, qui quotidie stamus in
 prælio peccatorum, vitijs sordidamur, accipimus
 vulnera, & de otioso verbo reddituri sumus ratio-
 nem. Ille jam securus & victor te aspicit de ex-
 cello, & favet laboranti: & juxta se locum præ-
 parat, eodem amore, & eadem charitate, qua ob-
 litus officij conjugalis, in terra quoque sororem
 te habere cõperat, imò tu illum fratrem: quia
 talis conjunctio sexum non habet nuptialem. Et
 fradhuic in carne positi & renati in Christo, non
 sumus Græcus & Barbarus, servus & liber, ma-
 sculus & femina, sed omnes in eo unum sumus:
 quanto magis eum corruptivum hoc induerit in-
 corruptionem, & mortale hoc induerit immorta-
 litatem non nubent, neque nubentur: sed erunt
 sicuti Angeli in cœlis? Quando dicit: Non nu-
 bent, neque nubentur, sed erunt sicuti Angeli in
 cœlis, non natura & substantia corporum tolli-
 tur, sed gloriæ magnitudo monstratur. Neque
 enim scriptum est: Erunt Angeli: sed sicut Ange-

*Pf. 75.**Matt. 18.**1. Cor. 3.**Sap. 4.**Matt. 12.**Gal. 3.**1. Cor. 15.**Matt. 22.**Homines**non sicut**Angeli.*

li, ubi similitudo promittitur, veritas denegatur. Erunt (inquit) sicut Angeli, id est, similes Angelorum. Ergo homines esse non desinent. Iam quidem & Angelico splendore decorati: sed non homines: ut Apostolus, Apostolus sit; & Maria, Maria: & confundatur hæresis, quæ idem certa & magna promittit, ut quæ certa & magna rata sunt, auferat.

*Lucinus
ab hæresi
immacu-
latus.*

* Arma-
zel.
* Abra-
xath.

Irenæus.

*Basilidis
hæresis.*

Et quia hæreseos semel fecimus mentionem, quæ Lucinus noster dignâ eloquentiæ tubâ predicari potest, qui spurcissimâ per Hispanias Basilidis hæresi saviente, & instar pestis & mortificantis intra Pyrenæum & Oceanum vastante provincias, fidei Ecclesiasticæ tenuit puritatem, & quaquam suscipiens * Armagil, Baibelon, * Abraxath, Balsamum, & ridiculum Leusiboram: carioraq; magis portenta, quàm nomina: quæ ad impii ritorum & muliercularum animos concitantur, quasi de Hebraicis fontibus hauriunt: barbati simplices quosque terrentes sono: ut quod non intelligunt, plus mirentur. Refert Irenæus viri apostolicorum temporum, & Papiæ auditoris & angelistæ Joannis discipulus, Episcopusq; Ecclesiæ Lugdunensis, quod Marcus quidam de Basilidis Gnostici stirpe descendens, primùm ad Gallias venerit: ad eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, suâ doctrinâ maculaverit: maximeq; nobiles scæminas, quædam in occulto mysteria repromittens, hoc errore seduxerit: magicis artibus, & secretâ corporum voluptate, amoris sui concilians: inde Pyrenæum transiens, Hispanias occupavit: & hoc studio habuerit, ut divitum domus, & in ipsius scæminas maximè appet-

ter, quæ ducuntur varijs desiderijs, semper di-
 scentes, & nunquam ad scientiam veritatis per-
 venientes. Hoc ille scripsit ante annos circiter
 trecentos. Et scripsit in his libris, quos adversus
 omnes hæreses doctissimo & eloquentissimo ser-
 mone composuit. Ex quo perpendat prudentia
 tua, quâ Lucinus noster laude sit dignus: qui clau-
 dit aures ne audiret iudicium sanguinis, & om-
 nem substantiam suam disperfit & dedit pauperi-
 bus, ut iustitia ejus maneret in æternum. Nec pa-
 triæ suæ largitate contentus, misit Hierosolymo-
 rum & Alexandriae Ecclesiæ tantum auri, quan-
 tum multorum possit inopiæ subveniri. Quod cum
 multi mirentur & prædicent, ego in illo magis
 laudabo fervorem & studium scripturarum. Quo
 ille desiderio opuscula nostra flagitavit, & mis-
 sit sex notarijs (quia in hac provincia Latini ser-
 monis scriptorumque penuria est) describi sibi
 fecit, quæcunque ab adolescentia usque in præ-
 sens tempus dictavimus: non nos honoravit,
 qui parvuli & minimi Christianorum omnium
 sumus, & ob conscientiam peccatorum Bethle-
 hemitici ruris saxa incolimus: sed Christum, qui
 honoratur in servis suis, & Apostolis repromit-
 tit, dicens: Qui vos recipiunt, me recipiunt:
 & qui me recipiunt, recipiunt eum, qui me misit.
 Itaque charissima filia hanc epistolam amoris mei
 in illum habeto epitaphium & quicquid posse me
 scieris in opere spirituali, audacter impera: ut
 sciant secula post futura eum, qui dicit in Esaiâ:
 Posuit me ut sagittam electam, in pharetra sua
 abscondit me: duos viros tantis maris atque terra-
 rum inter se spatijs separatos, acumine vulnerasse

2. Tim. 3.

Esai. 33.

Pf. 110.

Lucinus
amat sa-
ora stu-
dia.

Mat. 10.

Esai. 49.

ut cum mutuo in carne se nesciant, amore spiritus copulentur. Sanctam te corpore & spiritu seruet ille Samarites, id est, seruator & cultor de quo in Psalmo scribitur: Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.

1. Cor. 7.

Luc. 10.

Ps. 120.

VII. Hieronymus Innocentio de muliere septuaginta, & mirabiliter conseruata.

SÆpè me, Innocenti charissime, postulasti, ut de eius rei miraculo, quæ nostrâ ætate acciderat, non tacerem. Cumque ego id verendum & verè, ut nunc experior, negarem, meque ab eo qui posse diffiderem: siue quia omnis sermo manus inferior esset laude cœlesti, siue quia quasi quædam ingenij rubigo, parvulam licet elegantiam pristinam siccaisset eloquij: tu è contrario asseruas, in De rebus non possibilitatem inchoare debere, sed animum: neque posse eum verba credere, qui credidisset in verbo. Quid igitur sciam? Quod implere non possum, negare non audeo. Super onerariam navem rudis vedor imponor: & homo qui necdum scalmum in lacu rexi. Euxini maris credor fragoribus. Nunc mihi evanescentibus terris, cœlum undique, & undique pontus, nunc unda tenebris inhorrescat, & cœcâ nocte, nimborum spumei fluctus conteseunt. Hortaris, ut tumida malo vela suspendam, rudentes explicem, clavum regam. Pareo tibi jubenti, & quia charitas omnia potest, Spiritu sancto cursum prosequente confidam, habitum in utraque parte solarium. Si me ad optatos portus altus appulerit, gubernator putabor.

nibus, ut fera, quæ gustatum semel sanguinem
 semper fitit, duplicari tormenta jubet, in se autem
 dentibus frendens, similem carnifici mittit
 est poenam, nisi confiteretur sexus infirmitatem
 quod non poterat robur virile reticere. **SUB-**
CURRE Domine Jesu (ait mulier) ad unum ho-
 minem tuum, complura sunt inventa supplicia.
 Crines ligantur ad stipitem, & toto corpore
 equuleum fortius alligato, vicinus pedibus lignis
 apponitur. Utrumque latus carnifex fodit, ut
 papillis dantur induciæ. Immotamulier maeret
 à dolore corporis spiritu superato, dum confite-
 tiæ bono fruitur, vetuit circa se sævire tormenta.
 Judex crudelis, quasi superatus at tollitur. Illa De-
 minum precatur, solvantur membra compage
 bus. Illa oculos ad cælum tendit, quasi de celo
 manu scelere alius confitetur. Illa pro confite-
 negat, & periclitans ipsa, alium vendicat pericu-
 tantem. Una interim vox est: Cæde, torque, ma-
 lacera, non feci. Si distis tollitur fides, vult
 dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat, habeat
 judicem meum. Jam lassus tortor suspirabat
 gemitum: nec erat novo vulnere locus. Jam vultu
 sævitiâ corpus quod laniarat, horrebat. **EXTEN-**
dit plò irâ excitus Consularis: Quid miramini,
 quit, circumstantes, si torqueri mulier non
 quàm perire? Adulterium certè sine duobus com-
 mitti non potuit, & esse credibilius reor, noxam
 ream negare de scelere, quàm innocentem ju-
 nem confiteri. Pari igitur prolatâ in utrumque
 sententiâ, damnatos carnifex trahit: totus ad spec-
 taculum populus effunditur, ut prorsus quasi
 grare civitas putaretur: stipatis proruens popu-

*Mulier
 tortoros
 fatigas.*

*Damatur
 juvenis
 et casti-
 tur.*

turba densatur. Et quidem miserissimi juvenis
 primum statim ictum amputatur gladio ca-
 put, truncumque in suo sanguine volutatur ca-
 ver. Postquam verò ad foeminam ventum est,
 flexis in terram poplitibus, super trementem
 vicem micans elevatus est gladius, & exerta
 carnifex dextram totis viribus concitavit, ad
 primum corporis tactum sterit mucro lethalis, &
 venter perstringens cutem, rasura modica san-
 guinem asperlit, sine bello imbellem manum per-
 cussor expavit, & victam dexteram gladio marce-
 sente miratus, in secundos impetus torquet,
 Languidus rursus in foeminam mucro delabitur,
 & quasi foeminam ferrum ream timeret attinge-
 re, circa cervicem torpet innoxiam. Itaque fu-
 gens & anhelans listor, paludamento in cervi-
 cem retorto, dum totas exeret vires, fibulam, quæ
 clamydis mordebat oras, in humum excussit,
 ignavusque rei ensem librabat in vulnus. En tibi,
 mulier ex humero aurum sicut, collige mul-
 tum quæsitum labore, ne perest. Rogo quæ est ista
 securitas? Impendentem non timet mortem, læ-
 tur percussa, carnifex pallet, oculi gladium non
 videntes, tantum fibulam vident. Et ne parum ef-
 ferat, quod non formidabat interitum, præstat be-
 neficium sævienti. Jam igitur & tertium * ictum
 sacramentum frustraverat Trinitatis. Jam spi-
 ritualis exterritus, & non credens ferro, mucro
 aptabat in jugulum, ut qui secare non pote-
 rat saltem premente manu corpori * conderet.
 Omnibus res inaudita seculis. Ad capu-
 tum gladius reflectitur, & velut Dominum
 victus aspiciens, confessus est se ferire
 R. 6 non

*Mulier
 innoxia
 decollari
 non potest.*

*Mulier
 listora
 forstor.*

**tertius
 ictus sa-
 cramen-
 tum fru-
 stratus
 *mānda-
 retur.*

Dan. 3. non posse. Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter rigidos flammatarum globos hinc nos edidere pro fletibus, circa quorum sarabanda sanctamque caesariem, innoxium ludit incendium.

Dan. 6. Huc beati Danielis revocetur historia, juxta adulantibus caudis, prædam suam leonum omnia muerunt. Nunc Susanna nobilis fide mentes coninium subeat, quæ iniquo damnata judicio sancto puerum replente, servata est. Ecce dispar in utraque misericordia Domini. Illa liberata per judicem, ne iret ad gladium: hæc in iudice damnata, absoluta per gladium est. Tandem ergo ad feminam vindicandam populus armatur. Omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, coetu in circulum coeunte, non credit pene unquam quisque quod videt. Turbatur tali nuntio propinqua, & tota licitorum * turma glomeratur. Equibus medius, ad quem damnatorum pertinebat, erumpens, & canis emittitur, per fuso pulvere turpans: Meum, inquit, o caput? me illi vicarium * datis? Si misericordes, si clementes estis, si vultis servare damnatam, innocens certè perire non debeo. Quo facti vulgi concussus est animus, mæstusque se per omnes torpor insinuat: & mirum in modum voluntate mutata, cum pietatis fuisset, quod defendiderant, pietatis visum est genus, ut perirentur occidi. Novus igitur ensis, novus percussor opponitur. Stat victima, Christo tantum favente munita. Semel percussa concutitur iterum repetita quassatur, tertio vulnerata profertur. O divinæ potentiae sublimanda potentias, quæ prius fuerat quarto percussa,

*caterva

*date.

neclasa, ideo paululum visa est mori, ne pro ea
 periret innocuus CLERICI, quibus id officii erat,
 eruentum lint eis cadaver obvolvunt, & fossam
 humum lapidibus extruentes, ex more tumulum
 parant. Et finito sol cursu occasum petit, & mise-
 ricordia Dei celerior matura nocte advenit. Su-
 bito formina palpitat pectus, & oculis quærenti-
 bus lucem, corpus animatur ad vitam. Jam spi-
 rat, jam videt, jam sublevatur, & loquitur: jam in-
 illam potest vocem erumpere, Dominus auxilia- *Ps. 117.*
 tor meus, non timebo, quid faciat mihi homo. An-
 nus interim quadam, quæ Ecclesia sustentabatur
 opibus, debitum cælo spiritum reddidit, & quasi
 de industria ordine currente rerum vicarium tu-
 tulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in * li- * littore,
 tore diabolus accurrit, quærit cadaver occisa,
 sepulchrum sibi monstrari petit, vivere putat
 quam mori potuisse miratur. Recens à clericis
 cæspes ostenditur, & dudum superjecta humus
 eum his vocibus ingeritur flagitanti, Erue scilicet
 ossa jam condita. Infer novum sepulchro bel-
 lum, & si hoc parum est, avibus ferisque lanianda
 membra discerpe. Septies percussa debet aliquid
 plus morte perpeti. Tali ergo invidia carnifice
 confuso, clam domi mulier refocillatur. Et ne
 forte creber medici ad Ecclesiam com meatus su-
 spicionis panderet viam, eum quibusdam virgini-
 bus ad secretiorem villulam secto crine transmi-
 titur. Ibi paulatim virili habitu veste mutata, in-
 cicatricem vulnus obducitur. Et ô verè jus sum-
 mum summa malicia, post tantâ miracula adhuc
 seviunt leges. En quo me gestorum ordo pertra-
 hit? Jam enim ad Evagrii nostri nomen perveni- *Evagrius*
 mus.

mus. Cujus ego pro Christo laborem, si arbitror
me dici posse, non sapiam: si penitus tacere vo-
lim, voce in gaudium erumpente non possim.
Quis enim valeat digno canere præconio, Au-
xentium Mediolani incubantem, hujus excubiis
sepultum, penè antequàm mortuum? Romanus
Episcopum jam penè factionis laqueis irretitum
& vicisse adversarios, & non nocuisse superatis

*Verùm hac ipse equidem spatii exclusus iniquis
Præterea, atque aliis post me memoranda reli-
quo.*

Præsentis tantùm rei sine contemptus sum. Im-
peratorem de industria adit, precibus flagitans
merito lenit, sollicitudine promeretur, ut redderet
tam vitæ, redderet libertati.

*VIII. Hieronymus ad Eustochium, de vita Paulæ
viduæ venerabilis. Alii hoc Epitaphium Paulæ
vocant.*

*Paula
genere
nobilis.*

SI cuncta corporis mei membra verterentur in
linguas, & omnes artus humana voce resons-
rent: nihil dignum sanctæ ac venerabilis Paulæ
virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed multo
nobilior sanctitate: potens quondam divitiis, sed
nunc Christi paupertate insignior. Græcorum
stirps, soboles Scipionum, Pauli hæres, cujus vo-
cabulum trahit, * Martiæ Papyriæ matris Africa-
ni, vera & germana progenies, Romæ prætulit
Bethlehem: & auro testæ fulgentia, luti vilitate
mutavit. Non moeremus, quod talem amissimus

sed gratias agimus, quod habuimus, imò habemus. Deo enim vivunt omnia, & quicquid revertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur. Quamquam amissio illius, cœlestis domus habitatio sit: quæ quamdiu in corpore fuit, peregrinata est à Domino; & voce semper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est; habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Nec mirum, si planxerit se versari in tenebris (hoc enim Cedar interpretatur) cum mundus in maligno positus sit: & sicut tenebræ illius, ita & lumen ejus. Luxque in tenebris luceat, & tenebræ eam non comprehendant. Unde & illud crebrius inferbat. Advena sum & peregrina, sicut omnes patres mei. Et iterum: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Quoties autem infirmitate corpusculi (quod incredibili abstinentia & duplicatis contraxerat jejunii) vexabatur, hoc in oreolvebat: Subjicio corpus meum, & in servitutem redigo, ne aliis prædicans, ipsa reproba inveniar. Et, benum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Et, humiliavi in jejunio animam meam, & totum lectum meum versaſti in infirmitate mea, & versaſta sum in miseria, dum mihi inſigitur spina. Atque inter dolorum aculeos quos mira sustinebat patientia, quasi apertos sibi cœlos aspiceret, loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columba? & volabo, & requiescam? Testor Jesum & sanctos Angelos ejus, ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis œminæ, me nihil in gratiam, nihil dicere more laudantium: sed quicquid dicturus sum pro testimonio dicere & mi-

2. Cor. 5.

Paula
mori da-
siderabat.

Ps. 119.

Cedar.

1. Joan. 5.

Ps. 138.

Joan. 1.

Ps. 38.

Phil. 1.

1. Cor. 9.

Rom. 14.

Psal. 34.

Psal. 40.

Psal. 31.

Psal. 44.

barbara & Romana terra miratur. Cuius enim
gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis
torem in sanctis locis præter Paulam, quod plus
inter homines miraretur, invenit? Et sicut inter
multas gemmas pretiosissima gemma micat, &
obrar solis parvos igniculos stellarum obruit &
obscura: ita cunctarum virtutes & potentiam
sua humilitate superavit, miri imagine fuit inter o-
mnes, ut omnium major esset. Et quanto se plus
repetebat, tanto magis à Christo sublevabatur. *Luc. 22.*
Latebat, & non latebat. FUGIENDO gloriam glo- *Gloria*
riam merebatur: quæ virtutes, quasi umbra sequi- *sequitur*
tur: & appetitores sui deserens, appetit contem- *fugientem.*
ptores.

Sed quid ago, narrandi ordinem prætermi-
tens? Dum in singulis teneor, non servo præcepta
dicendi. Talisigitur stirpe generata, juncta est vi-
ro Toxorio, qui Æneæ & Juliorum altissimum
sanguinem trahit. Unde etiam filia ejus, Christi
virgo Eustochium Julia nuncupatur, & ipse Ju-
lius à magno dimissum nomen Julo. Et hæc dici-
mus, non quò habentibus grandia sint, sed quò
contemnentibus mirabilia. Seculi homines suspi-
ciant eos, qui his pollent privilegiis. Nos lauda-
mus qui pro Salvatore ista despexerint: & mira-
nimodum quos habentes parvi pendimus, si ha-
berenoluerint prædicamus. His, inquam, orta
majoribus, & fecunditate & pudicitia probata
viro primùm, deinde propinquis, & totius urbis
testimonio, cum edidisset quinque liberos: Blesil-
iam, super ejus morte eam Romæ consolatus
fuit: Paulinam, quæ sanctum & admirabilem vi-
rum, & propoliti & rerum suarum Pammachium
reli-

*Paulæ
liberi
quæ .i. ac.*

reliquit heredem, ad quem super obitu eius *periam h*
vulum libellum edidimus: Eustochium, quæ *nam dom*
in sanctis locis, virginitatis & Ecclesia *ma* Quorum
pretiosum est: Ruffinam, quæ immaturo *hunc* am de
pium matris animum consternavit: & Toxotianum, *rum,*
post quem parere desit: ut intelligeres, eam *us rei.*
diu servire voluisse officio conjugali: sed *sed*
deiderio, qui mares optabat, liberos *edidit* que P
Postquam vir mortuus est, ita eum planxit, *ita*
sa propè moreretur: ita se convertit ad *Dom* defias
servitutum, ut mortem videretur ejus *optat* ario
Quid ego referam amplæ & nobilis domus, *Quid*
quondam opulentissimæ omnes penè divitiarum, *re, cog*
pauperes erogatas? Quid in cunctos clementer *beris pr*
mum animum, & bonitatem etiam in eos, qui *uncere*
nunquam viderat, evagantem? Quis in opum *antur,*
riens non illius vestimentis obvolutus est? *Quæ* batur
clientorum non ejus facultatibus sustentatus *ebat in*
Quos curiosissimè tota urbe perquirens, *dam* datet n
putabat, si quisquam debilis & esuriens *cibolo* men illa
stentaretur alterius. Spoliabat filios, & *inter* am in
jurgantes propinquos, majorem se eis *hæred* ut se n
tem Christi misericordiam dimittere loque *queban*
tur. Nec diu potuit excelsi apud seculum *genet* berent
& nobilissimæ familiæ visitationes & *frequent* mirabil
sustinere. Mœrebat honore suo, & ora *laudat* tr hof
tium declinare ac fugere festinabat. *Cumque* Quæm r
rientis & Occidentis Episcopos, ob quasdam *Ep* separar
eleharum dissensiones, Romam Imperiales *Inter* ebaru
contraxissent, vidit admirabiles viros *Christiq* tem si l
Pontifices, Paulinum Antiochenæ Ecclesie *Ep* bene:
* Con- scopum, & Epiphanium Salaminæ *Cypri,* gationi
stantina, nunc * Constantia dicitur. *Quorum* Epiphanium *interim*
etiam

Paula
virum
amittit.
Laus fa-
milia
Paula.

Paula a-
pes im-
pendit
pauperi-
bus.

De sacof-
su cogi-
sac.

tu ejus pietatem hospitem habuit: Paulinum in alia manen-
 que in domo, quasi propriam humanitate possedit.
 Quorum accensa virtutibus, per momenta pa-
 uro suam deserere cogitabat. Non domus, non libe-
 rorum, non familia, non possessionum, non alicu-
 us rei, quæ ad seculum pertinet, memor: sola (si
 sed potest dici) incomitata ad eremum Antoniorum
 os edidit, que Paulorum pergere gestiebat. Tandemque
 xit, ut in cetera heme, aperto mari, redeuntibus ad Ec-
 d. Domus suas Episcopis, & ipsa voto cum eis ac de-
 us optulidario navigavit.

Quid ultra differo? Descendit ad portum fra-
 tre, cognatis, affinibus, & (quod his majus est) li-
 beris prosequentibus, & clementissimam matrem
 vincere pietate cupientibus. Jam carbasa tende-
 rantur, & remorum ductu navis in altum protra-
 cebatur. Parvus Toxotius supplices manus ten-
 debat in lictore. Ruffina jam nubilis, ut suas expe-
 dat nuptias, tacens fletibus obsecrabat. Et ta-
 men illa siccos tendebat oculos ad cælum, pieta-
 tem in filios pietate in Deum superans. Nescie-
 rat se matrem, ut Christi probaret ancillam. Tor-
 quebantur viscera, & quasi à suis membris distra-
 dentur; cum dolore pugnabat, in eo cunctis ad-
 mirabilior, quod magnam vinceret pietatem. In-
 ter hostium manus & captivitatis duram necessi-
 tatem nihil crudelius est, quam parentes à liberis
 separari. Hoc contra jura naturæ plena fides pa-
 rebatur, imò gaudens animus appetebat: & amo-
 rem filiorum majore in Deum amore contem-
 nens: in sola Eustochio, quæ & propositi & navi-
 gationis ejus comes erat, acquiescebat. Sulcabat
 interim navis mare, & cunctis qui cum ea vehe-
 ban-

*Navigat
 in Syriam
 relinquens
 omnia.*

bantur, littora respicientibus, illa verfos ten-
 oculos, ne videret, quos sine tormento videre
 poterat. Fateor, nulla sic amavit filios, quibus
 tequam proficisceretur, cuncta largita est: cum
 rediisset in terra, ut hereditatem inveniret
 celo. Delata ad Pontias insulas: quas est
 quondam fecimurum, sub Domitiano Imperatore
 pro confessione nominis Christiani, Flaviana
 mit illa nobilitavit exilium: vidensque cellulis
 quibus longum illa martyrium duxerat, sum-
 fidei alis Hierosolymam & sancta loca videre
 prebat. Tardi ei erant venti, & omnis pigriti-
 citas. Inter Scyllam & Charybin Adriaticam
 credens pelago, quasi per strigum venit Mala-
 nem, ubique refocillato paululum corpusculo
 ne & sale, tabentes artus in littore ponens,
 Maleam & Cytheram, sparsasque per aquor
 eladas, & crebris freta consista terris, post
 dum & Lyciam tandem vidit Cyprum. Ulterius
 Ali & venerabilis Epiphanius pedibus provolvit
 decem diebus ab eo retenta est: non in refectio-
 nem, ut ille arbitrabatur: sed in opus Dei, ut
 comprobatum est. Nam omnia illius regionis
 strans monasteria, prout habere poterat, refectio-
 ria sumptuum fratribus dereliquit, quos ante
 sancti viri de toto illuc orbe condaxerat. In
 brevi cursu transfretavit Seleuciam: de qua
 scendens Antiochiam, sancti confessorisque Pauli
 lini modicum charitate detenta: media hyeme
 calente ardore fidei, foemina nobilis, quae
 eunuchorum manibus portabatur, a sella seorsum
 profecta est. Omitto Coeles Syriae & Phanicis
 (neque enim * hocæporicon ejus dispositum

*Epipha-
 nius Pau-
 lam ex-
 cipit, &
 mona-
 chos un-
 dæque
 colligit.*

* Hoc

ea tantum loca nominabo, quæ sacris volu- est itine-
 tibus continetur. Beryto Romana colonia, & rarium.
 qua urbe Sidone derelicta, in Sarepta littore, *Descri-*
 est ingressa turriculam: in qua adorato Do- *p'ro Isco-*
 no Salvatore, per Tyri arenas, in quibus Pau- *r. in no-*
 gena fixerat, pervenit ad Corum, quæ nunc *b leum in*
 amais dicitur: & per campos Mageddo, Jo- *Syria,*
 ancis conficios, intravit terram Philistim. Mi- *Act. 21.*
 ruinas Dor, urbis quondam potentissimæ: & *4. Reg. 23*
 a vice Stratonis turrim ab Herode rege Ju-
 da in honorem Caesaris Augusti Casarem
 occupatam, in qua Cornelii domum, Christi *Act. 10.*
 Ecclesiam & Philippi ædiculas, & cubicu-
 m quatuor viginum Prophetarum, Dein An- *Act. 21,*
 tidam semitutum oppidulum, quod de patris
 nomine Herodes vocaverat: & Lyddam versam
 Dilpolim, Dorcadis atque Æneæ restructio- *Act. 9.*
 neque sanitate inclytam. Haud procul ab ea A-
 mathiam viculum Joseph, qui Dominum sepe *Matt. 27.*
 & Nobe urbem quondam sacerdotum, quæ *1. Re. 22,*
 tumulus occisorum: Joppen quoq; fugien- *Jonæ 1.*
 portum Jonæ, & ut aliquid perstringam de fa-
 ctis poetarum, religatæ ad Saxum Adromadæ
 matricem: Reperitoque itinere Nicopolim,
 prius Emaus vocabatur, apud quam in fra- *Luc. 24.*
 gmentis panis cognitus Dominus, Cleophræ do-
 mum in Ecclesiam dedicavit. Atque inde profici- *2. Par, 86*
 ens ascendit Bethoron inferiorem & superio-
 res, urbes à Salomone conditas, sed varia postea
 horum tempestate deletas: ad dexteram aspi-
 cimus Haiaton & Gabaon, ubi Jesus filius Nave *Ios. 10.*
 contra quinque reges dimicans. Soli imperavit &
 & Gabaonitas ob dolos & insidias fœderis *Ios. 9.*
 imz

impetrati, in aquarios, lignariosque damnati, quæ d
Judic. 19, Gabæon urbe usque ad solum diruta, paulatim
 20 substitit, recordata peccati ejus, & concubitorum
 * sex- frustra divisæ, & tribus Benjamin * in tremore cav
 centos, viros, propter Paulum Apostolum, referunt, se
 Quid diu moror? Ad lavam mausoleo Hierosolymæ
 derelicto, quæ Adiabænorum regina in famam in
Hierosolyma tri- pulum frumento juverat: ingressa est Hierosolymam
novimio. mam urbem trinonimem, Jebus, Salem, Hierosolyma
 lem, quæ ab Helio postea Hadriano, de ruinâ sepe D
 cineribus civitatis in Heliam suscitata est. Capulis
 que proconsul Palæstinæ, qui ejus familiam neminem in
 me noverat, præmissis apparitoribus iustitiam fu
 parari prætorium: elegit humilem cellulam, præcitur
 cuncta loca tanto ardore ac studio circumviserent
 nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset evang
 duci. Et cum pervenisset Hierosolymam, præcitur
 taque ante Crucem quasi pendentem Domini parvu
 cerneret, adorabat. Ingressa sepulchrum, refertur Joseph &
 ctionis osculabatur lapidem, quem ab ostio sepulchri
 numenti amoverat Angelus. Et ipsum corpus Domini
Matt. 28. locum, in quo Dominus jacuerat, quasi sine corpore desc
 desideratas fidei aquas ore lambebat. Quid dicitur de
 chrymarum, quantum gemituum, quid dicitur de
 effuderit, testis est cuncta Hierosolyma: testis est
 ipse Dominus, quem rogabat. - Unde egrediendo
 ascendit Sion, quæ in arcem vel speculam vocatur: &
 tur. Ostendebatur illi columna, Ecclesie prætorium. Et
 cum sustinens, infecta cruore Domini, ad quædam
 vincus dicitur & flagellatus. Monstrabatur locum
Mat. 1. ubi super centum viginti credentium animas præcep
 ritus sanctus descendit, ut Joëlis vaticinium imple
 pleretur. Deinde pro facultatula sua pauperum quoni

*Paula
 in visis
 religiose
 loca san-
 ctis.*

Mat. 1.

Joel. 2.

damna, quæ conservis pecunia distributa, perrexit Beth-
 lehem, & in dextera parte itineris stetit ad sepul-
 crum Rachel, in quo mater Benjamin, non ut
 in trepidatione moriens, Benoni, hoc est, filius doloris
 referretur, sed ut pater prophetizavit in spiritu, filium
 oleo in dextera procreavit. Et inde Bethlehem ingressa,
 in foveam in specum Salvatoris introiens, postquam vi-
 sit Hierosolymam sacra Virginis diversorium, & stabulum, in
 quo agnovit bos possessorem suum, & asinus præ-
 sepe Domini sui. Me audiente jurabat, cernere se
 ta est. Capulis fidei, infantem pannis involutum, vagien-
 miliam in præsepe Dominum, adorantes Magos stel-
 lus justitiam fulgentem desuper matrem, virginem, nu-
 cellulam precium sedulum, pastores nocte venientes, ut vi-
 rcum viderent verbum quod factum fuerat, & jam tunc
 non per Evangelistæ Johannis principium dedicarent, In
 nam, pro principio erat verbum, & verbum caro factum est:
 in Domum parvulos interfectos, Herodem savientem, Jo-
 seph & Mariam fugientes in Ægyptum, mixtisq;
 ab ostio studio lachrymis loquebatur: Salve Bethlehem
 domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cœ-
 quasi descendit. Salve Ephrata regio uberrima, at-
 Quid dicitur κηρόφορα cujus fertilitas Deus est. De te
 quid dicitur quondam Michæas vaticinatus est: Et tu Bethle-
 ma: terra domus Ephrata, non minima es in millibus
 de egressa. Ex te mihi egredietur qui sit princeps in Is-
 rael: & egressus ejus ab initio, à diebus æternita-
 tis. Et ego misera, ait, atque peccatrix digna sum
 ni, ad quæ predicata deosculari præsepe, in quo Dominus
 abatur parvulus vagiit? orare in spelunca, in qua Virgo
 animalis propera Dominum sudit infantem? Hæc requies
 vicinium mea, quia Domini mei patria est: Hic habitabo,
 a pauperum quoniam Salvator elegit eam. Paravi lucernam
 Chri-

*Gen. 35.**Isai. 1.**Luca 2.**Matt. 2.**Luca 2.**Joan. 1.**Matt. 2.**Paula in
Bethlehẽ
precatia.**Mich. 5.**Pf. 1. 31.*

- Pf. 21.* Christo meo Anima mea illi vivet, & semen meum
serviet ipsi. Atque inde divertens, vidit duodecim
Patriarcharum sepulchra, & Sebaften, id est
Samaritam, quæ in honorem Augusti ab Herode
græco sermone Augusta est nuncupata. Ibi
sunt Helisæus & Abdias Prophetæ: & quo magis
Matt. 21. inter natos mulierum non fuit, Baptista Joannes.
Ubi multis intremuit mirabilibus. Namque cre-
Miracu- nebat dæmones variis rugire cruciatibus, & ante
la circa sepulchra sancta ululare homines more luporum,
sancto- vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare
rum se- serpentum, mugire taurorum. Alios totare caput
pulchra. & post tergum terram vertice tangere, suspensæ
que pede læminis, vestes non defluere in faciem.
** per sin-* Miserebatur omnium, & * pro singulis effusus
gulos. ch ymis. Christi clementiam deprecabatur. Et
cut erat invalida, ascendit pedibus montem,
cujus duobus speluncis persecutionis & famis
3 Reg. 18. pære, Abdias Propheta centum Prophetas in
pane & aqua. Inde cito itinere percurrit Nazareth,
Matth. 2. nutriculam Domini: Canam & Capharnaum
Ioan 2. signorum ejus familiares, Lacum Tyberiam
Matt. 11. navigante Domino sanctificatum: & solitudinem
Matt. 14. in qua multa millia populorum paucis factis
sunt panibus, & de reliquiis vescentium impleti
Matt. 17. sunt cophini duodecim tribuum Israël. Ascendit
bat montem Thabor, in quo transfiguratus est
Dominus. Aspiciebat procul montes Hermonum
& campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara
Judic. 4. omnis ejus exercitus, Barach vincente prostratus
est. Torrens Eison, qui mediam planiciem dividit
Luc. 7. debat, & oppidum juxta Naim, in quo vidua
scitatus est filius, monstratus est. Dies me præ
quæ

quàm sermo deficiet, si voluero cuncta percur-
 re, quæ Paula venerabilis fide incredibili perva-
 rata est, Veniam ad Aegypti fluvium Sior, & oppi-
 dum Domini Nitriam in quo purissimo virtutum
 vitro, sordes quotidie lavantur plurimorum.
 Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto & ve-
 nerabili Episcopo Isidoro Confessore, & turbis
 innumerabilibus monachorum, è quibus multos
 sacerdotalis & leviticus ordo sublimabat: læta-
 tur quidem ad gloriam Domini, sed se indig-
 nam tanto honore fatebatur. Quid ergo navem
 Macarios, Arseniotas, Serapionas, & reliqua co-
 mnarum Christi nomina? Cujus non intravit
 cellulam? quorum non pedibus advoluta est? Et
 per singulos sanctos Christum se videre credebatur,
 quicquid in illos contulerat, contulisse se in Do-
 minum lætabatur. Mirus ardor, & vix in fœmina
 credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis
 corporeæ, inter tot millia monachorû cum puel-
 lis suis habitare cupiebat. Et fortè cunctis eam
 impetantibus impetrasset: nisi majus sanctorum
 precum retraxisset desiderium, Atque per fer-
 ventissimos ætus de Pelusio Majoniam naviga-
 tione perveniens, tanta velocitate reversa est, ut
 neminem putares. Nec multo post in sancta Bethle-
 hem mansura perpetuò, angusto per triennium
 mansit hospitio: donec extrueret cellulas ac
 monasteria, & diversorum peregrinorum juxta
 viam conderet mansiones: in qua Maria & Jo-
 seph hospitium non invenerant.

*Paula evan-
 gista mona-
 chos re-
 verentia.*

Luce 2.

Hucusque iter ejus descriptum sit, quod multis
 virginibus, & filia comite peragravit: Nunc vir-
 tus atque vita latius describatur, quæ ipsius pro-
 pria

S

pria est, atque in qua exponenda, Deo iudice teste profiteor, me nihil addere nihil in maius tollere more laudantium: sed me rerum excedentes, multa detrahere: & ne apud detractores, genuino me semper dente rodentes hæc fingere puter, & cornicem Ælopi alienis coloribus adornare.

Paula humilitas singularis.

Quæ prima Christianorum virtus est, se humilitate dejecit: ut qui eam vidisset, & celebritate nominis videre gestisset, ipsam non crederet, sed ancillarum ultimam. Et choris virginum frequentibus cingeretur, & voce, & habitu, & incessu minima omnium

Paula vidua cum nullo viro edit, nec balneas adit. Humi-dormitio.

Nunquam post viri mortem usque ad diem dationis suæ cum ullo comedit viro, quamvis sanctum sciret, & in pontificali culmine constitutum. Balneas, nisi perichitans, non adiit. Mollitiam in gravissima febre, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum, stratis cilicibus quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, quæ jugibus penè orationibus dies noctesque habebat, illud implens de psalterio, Lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In quo fontes crederes lachrymarum. Ita levia peccata plangebatur, ut illam gravissimorum criminum crederes ream. Cumque a nobis crebrius admoneretur, ut oculis parceret, eos reservaret Evangelicæ lectioni, aiebat: turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purissimo & cerussa & stibio sæpè depinxit. Affligendum est corpus, quod multis vacavit deliciis. Linteamina, & serica pretiosissima, asperitate licii commutanda. Quæ viro & seculo placere

Psal. 6.

las noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In quo fontes crederes lachrymarum. Ita levia peccata plangebatur, ut illam gravissimorum criminum crederes ream. Cumque a nobis crebrius admoneretur, ut oculis parceret, eos reservaret Evangelicæ lectioni, aiebat: turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purissimo & cerussa & stibio sæpè depinxit. Affligendum est corpus, quod multis vacavit deliciis. Linteamina, & serica pretiosissima, asperitate licii commutanda. Quæ viro & seculo placere

Deflet peccata venialia.

Deflet peccata venialia. Cumque a nobis crebrius admoneretur, ut oculis parceret, eos reservaret Evangelicæ lectioni, aiebat: turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purissimo & cerussa & stibio sæpè depinxit. Affligendum est corpus, quod multis vacavit deliciis. Linteamina, & serica pretiosissima, asperitate licii commutanda. Quæ viro & seculo placere

Paula poenitentia qualis

gus visus, perpeti compensandus est fletu. Molle linteamina, & serica pretiosissima, asperitate licii commutanda. Quæ viro & seculo placere

nunc placere Christo desidero. Si inter tales tan- *Paula*
 tasq; virtutes castitatem in illa voluero prædica- *castitas.*
 re, superfluus videar: in qua etiam cum secularis
 esset, omnium Romæ matronarum exemplum
 fuit: quæ ita se gessit, ut nunquam de illa etiam
 maledicorum quisquam auderet infama contin-
 gere. Nihil animo ejus elementius, nihil erga hu-
 miles blandius fuit. Non appetebat potentes: nec
 tamen superbos & gloriolam quærentes fastidio
 despiciebat. Si pauperem videbat, sustentabat: si
 divitem, ad bene faciendum cohortabatur. Li- *Paula*
 beralitas sola excedebat modum. Et usuras tri- *liberali-*
 buens, usuram quoque sæpius faciebat: ut nulli *tas.*
 stipem rogantium denegaret. Fateor errorem
 meum: cur in largiendo esset profusior, argue-
 bam, illud proferens de Apostolo: Non ut aliis *2. Cor. 8.*
 refrigerium, vobis autem tribulatio, sed exæ-
 qualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia sit
 ad illorum inopiam, & illorum abundantia sit ad
 vestram inopiam. Et hoc de Evangelio Salvato-
 ris: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et *Luce 3.*
 providendum esse, ne quod libenter faceret, sem-
 per facere non posset, multa que hujuscemodi:
 quæ illa mira verecundia, & sermone paratissimo
 dissolvebat: testem invocans Deum, se pro illius *Paula*
 nomine cuncta facere, & hoc habere voti, ut *cupit mon-*
 mendicans ipsa moreretur: ut unum nummum *ri mendic-*
 illi non dimitteret, & in funere suo, aliena *cas.*
 sandone involveretur. Ad extremum inferebat:
 ego si petiero, multos inveniam qui mihi tri-
 buant: iste mendicans si à me non acceperit, quæ
 ei possum etiam de alieno tribuere, & si mortuus
 fueret, à quo anima ejus requiretur? Ego cau-
 tior

tior in re familiari esse cupiebam, sed illa ardentior fide, toto Salvatore animo iungebatur: & pauperem Dominum, pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pro ipso pauper esset. Denique consecuta est quod optabat, & grandi ære alieno filiam dereliquit: quod hucque debens, non suis viribus: sed Christi se committit misericordia reddituram. Solent plerique matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa, manum à cæteris retrahere: quo illa omnino vitio carebat. Ita enim singulis suam pecuniam dividebat, ut singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Nemo ab ea pauperum vacuus est reversus.

*Paula
nulli panem
peri. deest
Matt. 5.
Comme-
datio e-
leemosy-
na.
Luc. 16.
Luc. 21.
Dan. 4.*

Apo. 21.

Quod obtinebat non ad divitiarum magnitudinem sed prudentia dispensandi: illud quotidie replicans: Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et dicitur de eleemosyna: & ecce omnia mundus sunt vobis. Verba Danielis, regem Nabuchodonosor sermone monentis, ut eleemosynis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere qui cum terra & seculo transitori sunt; sed in vis lapidibus, quivolvuntur super terram. De quibus in Apocalypsi Joannis civitas magni Regni extruitur: quos in Sapphirum & Smaragdum, Jaspidem & cæteras gemmas esse vertendos, scriptura commemorat.

Verum hæc possunt communia esse cum pauperibus, & scit diabolus, non in summo virtutum

hinc posita. Unde loquitur ad Dominum post a-
 missam Job substantiam, post eversam domum,
 post liberos interfectos, Corium pro corio, & o-
 mnia quæ habuerit homo, dabit pro anima sua.
 Sed extende manum tuam, & tange ossa ejus &
 carnes, nisi in faciem benedixerit tibi. Scimus ple-
 rosque dedisse eleemosynam, sed de proprio cor-
 pore nihil dedisse: porrexisse egentibus manum,
 sed carnis voluptate superatos: dealbasse ea quæ
 foris erant, & intus plenos fuisse ossibus mortuo-
 rum. At non Paula talis: quæ tantæ continentiæ
 fuit, ut propè mensuram excederet: & debilita-
 tem corporis, nimis jejuniis ac labore contra-
 heret. Quæ, exceptis festis diebus vix oleum in
 tubo caperet, ut ex hoc uno æstimetur, quid de vi-
 tio & liquamine, & piscibus, & melle, & ovis, &
 reliquis quæ gustui suavia sunt, judicavit. In qui-
 bus fumendis quidam se abstinentissimos putant,
 si his ventrem non ingurgitaverint, tutam pu-
 dicitiam suspiciunt. Semper quidem virtutes
 sequitur invidia, feriuntq; summos fulgura mon-
 tes. Nec mirum, si hoc de hominibus loquar:
 tam etiam Dominus noster Phariseorum zelo
 crucifixus sit: & omnes sancti æmulos habuerint:
 in paradyso quoque serpens fuerit, cujus invidia
 mors introivit in orbem terrarum. Suscitaverat
 etiam dominus Adad Idumeum, qui eam colaphiza-
 ret, ne se extolleret: & quasi quodam stimulo car-
 nis sæpius admonebat, ne magnitudo virtutum
 altius saperet: & aliarum vitis fecinarum, se in
 excelso crederet constitutam. Ego aiebam, livo-
 ri esse cedendum, & dandum insanix locum,
 quod fecisset Jacob in fratre suo Esau, & David

Iob 2.

Matt 23.

Paula
continen-
tiæ ab-
stinentiæ.

Gen. 3.

Paula ab
amulio
insecta-
tur.

2. Cor. 12.

Gen. 27.

1. Reg. 21. in pertinacissimo inimicorum Saul : quorum
 27. ter in Mesopotamiam fugerit, alter se Alloph
 tradiderit, malens hostibus, quam invidis sub
 Non faci cere. At illa respondebat: Juste hoc diceret, si qu
 le fugien bolus contra servos Dei & ancillas non ubique
 di caluma pugneret: & ad omnia loca fugientes non prece
 niatores. deret: si non sanctorum locorum amore reme
 rer, & Berthelem meam in alia reperire possen
 parte terrarum. Cur enim non patientia live
 rem superem? Cur non humilitate frangam
 Matt. 5. perbiam, & percutienti maxillam offeram alter
 Rom. 12. ram? Dicente Apostolo Paulo: Vincite in bono
 Scriptura malum. Nonne Apostoli gloriabantur, quando
 loca de pro Domino passi sunt contumeliam: Nonne
 ferendis ipse Salvator humiliavit se, formam servi accu
 adversa piens, & factus est obediens Patri usque ad mor
 rumpu tem, & mortem crucis: ut nos sua passione sal
 tenter. varet? Job nisi certasset & vicisset in praelio, non
 Act. 5. accepisset coronam justitiæ, nec audisset à Do
 Phil. 2. mino: Putas me aliter locutum tibi, quam ut ap
 pareres justus? Beati dicuntur in Evangelio, qui
 Matt. 5. persecutionem patiuntur propter justiciam. Se
 cura sit conscientia, quod non propter peccata
 patiamur: & afflictio in seculo, materia præmio
 rum est. Si quando procacior fuisset inimicus, &
 usque ad verborum jurgia profuisset. illud Psal
 tern decantabat: Cum confisteret adve sum mihi
 peccator, obmutui & stui à bonis. Et rursum
 Ego autem quasi surdus non audiebam, & quasi
 Psal. 37. mutus non aperiens os suum. Et factus sum
 homo non audiens, & non habens in ore suo in
 crepationes. In tentationibus, Deuteronomio
 Deut. 13. verbaolvebat: Tentat vos Dominus Deus ve
 stris

Quomodo Paulus seipsum consolabatur in tentationibus. *2. Cor. 12.* *2. Cor. 4.* *1. Cor. 15.* *2. Cor. 1.* *Ibidem.* *Psal. 41.* *Matt. 16.* *Ibidem.* *Matt. 16.* *Iob 1.* *1. Ioan. 1.*

Quomodo Paulus seipsum consolabatur in tentationibus. *2. Cor. 12.* & per Christum abundabit & consolatio. Ac deinde: *2. Cor. 4.* Ut socii passionum estis, ita & eritis consolationis. *1. Cor. 15.* In mœrore cantabat: Quare tristis es anima? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, sicutare vultus mei, & Deus meus. *Psal. 41.* In periculis loquebatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterum: Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam. Et qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet. Quando dispendia rei familiaris, & cetero: *Matt. 16.* si totius patrimonii nuntiabatur, aiebat: Quis enim prodest homini, si totum mundum lucrificerit, & animæ suæ damnum habuerit? Anquam dabit homo commutationem pro anima sua? Et: Nudus exivi de utero matris meæ, nudus & redeam, Sicut Domino placuit, ita factum est. *Iob 1.* Sit nomen Domini benedictum. Et illud: Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Quoniam omne quod in mundo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ hujus, quæ non est ex Patre, sed ex mundo. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Scio scriptas infirmitate gravissimas liberorum, & maxime Toxotii sui, quem diligebat plurimum. Cumque illud virtute compleisset, Tur-

atum, & non sum locuta, in hæc verba pro- *Pfal. 76.*
 cepit: Qui amat filium aut filiam plus quam me. *Matt. 10.*
 non est me dignus. Novi susurrone[m] quendam,
 quod genus hominum vel perniciosissimum est)
 quasi benevolam nuntiasse, quod pro nimio fer-
 rore virtutum, quibusdam videretur insana,
 & cerebrum illius dicerent confovendum: Cui
 ille respondit: Theatrum facti sumus mundo, & *1. Cor. 4.*
 Angelis & hominibus. Nos stulti propter Chri- *1. Cor. 1.*
 stum, sed stultum Dei, sapientius est homini-
 bus. Unde & Salvator loquitur ad Patrem: Tu
 scis insipientiam meam. Et iterum: Tanquam *Pfal. 68.*
 prodigium factus sum multis, & tu adjutor for- *Psal. 70.*
 tis: Ut jumentum factus sum apud te, & ego *Psal. 72.*
 semper tecum. Quem & in Evangelio quasi *Marc. 3.*
 mentis impotentem ligare propinqui cupiebant, &
 adversarii suggillabant, dicentes: Dæmonium *Joan. 8.*
 habet, & Samaritanus est. Et: In Beelzebub *Marc. 3.*
 principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Sed nos *Luc. 11.*
 audiamus Apostolum cohortantem: Hæc est
 gloria nostra, testimonium conscientie nostræ, *2. Cor. 1.*
 quoniam in sanctitate & sinceritate, & in gra-
 tia Dei conversati sumus in hoc mundo. Et Do-
 minum dicentem ad Apostolos: Ideo mundus *Joan. 15.*
 vos odit, quia non estis de mundo. Si enim es-
 setis de mundo, amaret utique mundus quod
 suum erat. Et ad ipsum Dominum verba verreb-
 at: Tu nosti cordis abscondita: & hæc om- *Psal. 3.* 4
 nia venerunt super nos, & nō sumus obli-
 tui, nec iniquè egimus in testamento tuo, nec
 aversum est retrò cor nostrum. Et: Propter te
 mortificati sumus tota die. Reputati sumus ut
 oves occisionis: sed Dominus auxiliator meus, *Psal. 117.* 76
 non

non timebo quid faciat mihi homo. Legi enim
Prov. 7. Fili honora Dominum. & confortaberis: & extra
 Deum nullum timebis.

Eph. 5. 6. His & talibus testimonius quasi armatura Christi,
 & adversus omnia quidem vitia, sed se prae-
 puè instruebat saepe contra invidiam saevientem
 & patièdo injurias, furorem rapidi pectoris miti-
 gabat Denique & usque ad diem mortis & ho-
 jus patientia, & aliorum zelus omnibus patitur
 qui suum rodit autorem, & dum æmulum laedere
 nititur, in semetipsum proprio furore bacchatur.

*Livor
 quid fa-
 ciat.*

1 Cor. 9. Aeternam continentiam in suum verterit lucrum. Se-
 minabat carnalia, ut meteret spiritualia: dicitur
 terrena, ut caelestia tolleret: breviter concedebat

ut pro eis aeterna mutaret. Post virorum mona-
 sterium quod viris tradiderat gubernandum, plu-
 res virgines, quas è diversis provinciis congrega-
 rat, tam nobilis, quam mediæ, & infimæ generis
 in tres turmas monasteriaque divisit: ita distri-
 buit, ut in opere, & in cibo separatae, psalmis &
 rationibus jungerentur. Post alleluja cantatum
 (quo signo vocabantur ad collectam) nulli recu-
 dere licitum erat. Sed prima vel inter primas ve-
 niens, cæterarum operiebatur adventum, pudor
 & exemplo eas ad laborem provocans, non terro-
 ra. Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, in
 medio, per ordinem psalterium canebant. Nec ce-
 cebat cuiquam sororum ignorare psalmos, & non
 de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. De
 tantum Dominico ad Ecclesiam procedebant, quæ
 cujus habitabant latere. Et unumquodque agnoscere
 matrem propriam sequebatur, atque inde pariter

*De ordi-
 ne mo-
 nasterii
 à Paula
 constitu-
 to.*

*De horis
 canonicis
 observa-
 tis.*

*Qualis
 conver-
 satio for-*

revertentes instabant operi distributo, & vel sibi, *minarē*
 vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat no- *in Paula*
 bilis, non permittebatur de domo sua habere co- *monaste-*
 mitem ne veterum actuum memor, & lascivien- *rio.*
 tis infantia errorem refricaret antiquum, & cre-
 bra confabulatione renovaret. Unus omnium
 habitus. Lintes mine ad tergendas solū manus
 utebantur. A viris tanta separatio, ut à spadoni-
 bus quoque eas se jungeret, ne ullam dare occa-
 sionem linguæ maledicæ, quæ sanctos carpere so-
 lita est in solatium delinquendi. Si qua vel tardior
 veniebat ad psalmos, vel erat in opere pigrior, va-
 ritis eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda,
 blanditiis si patiens, correptione: illud Apostoli
 imitans: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an *1. Cor. 4.*
 in spiritu venitis & mansuetudinis? Excepto vi-
 ctu atque vestitu, nullam habere quicquam pa-
 tiebatur, dicente Paulo: Habentes victum & ve- *1. Tim. 6.*
 stitum, his contenti simus: ne plus habendi con-
 suetudine locum praberet avaritiæ: quæ nullis *Eccles. 5.*
 expletur opibus: & quanto amplius habuerit, plus
 requirit: & neque copia, neque inopia minuitur.
 Jurgantes inter se, sermone lenissimo fœderabat.
 Lascivientem adolescentularum carnem crebris
 & duplicatis jejuniis frangebatur, malens eis sto-
 machum dolere, quàm mentem. Si aliquam com-
 ptiorem vidisset, contractione frontis, & vultus
 tristitia arguebat errantem, dicens: munditiam
 corporis atque vestitus immunditiam esse ani-
 ma. Et turpe verbum atque lascivum nunquam
 de ore virgineo proferendum: quibus signis libi-
 dinosus animus ostenditur: & per exteriorem
 hominem, interioris hominis vitia demonst-
 rantur.

*Qua sū-
pra pœna
de immo-
rigeria.*

tur. Quam linguosam, garrulam ac procacem ri-
xisque perspexerat delectari, & sæpius commo-
nitam nolle converti: inter ultimas & extra con-
ventum sororum, ad foresticlinii orare facie-
bat, & separatim cibum capere: ut quam objura-
tio non correxerat, pudor emendaret. Fur-
tum quasi sacrilegium detestabatur. Et quod in-
ter seculi homines velle ve putatur, vel nihil hoc
in monasteriis gravissimum esse dicebat deli-
ctum. Quid memorem clementiam & sedulita-
tem in ægrotantes, quas miris ministeriis & ob-
sequiis confovebat? Cumque aliis languentibus
largè præberet omnia, & esum quoque exhiberet
carnium si quando ipsa ægrotaret, sibi non indul-
gebat; & in eo inæqualis videbatur, quod in aliis
clementiam, in se duritiam commutabat. Nulla
juvenum puellarum sano & vegeto corpore, tan-
tæ se dederat continentia, quam ipsa fracto &
senili debilitatoque corpusculo. Fateor in hac re
pertinacior fuit, ut sibi non parceret, & nulli cre-
deret admonenti.

*Paula si-
bi rigida,
visis a-
liis.*

*Paula li-
cet agro-
sa, tenuis
visum,
visibere.*

Referam, quod expertus sum. Mense Julio,
frequentissimis æstibus, incidit in ardorem febris,
& post desperationem, cum Dei misericordia res-
pirasset, & medici persuaderent, ob refectioem
corporis vino opus esse tenui & parvo, ne aquam
bibens in hydropem verteretur: & ego clam ro-
garem beatum Papam Epiphanium, ut eam mone-
ret, imò compelleret vinum bibere: illa (ut erat
prudens & solertis ingenii) statim sensit insidias,
& subridens, meum esse, quod ille diceret, intima-
vit. Quid plura? Cum beatus Pontifex post multa
hor-

portamenta exisset foras, quærenti mihi quid e-
 sset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini
 enè persuaserit, vinum ut non bibam. Hæc re-
 ro, non quod inconsideranter & ultra vires sum-
 onera probem: monente scripturâ: Super te
 mus ne levaveris: sed quòd mentis ejus ardorem
 desiderium fidelis animæ ex hac quoque pro-
 are volum perseverantia, decantantis: *Sicut in Ps. 62.*
 anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.
 Difficile est modum tenere in omnibus. Et verè
 iuxta Philosophorum sententiam, *μεσότης ἢ ἀρε-
 τικαία ὑπερβολὴ πέλονται*, id est, modus virtus
 est, vitium nimietas reputatur. Quod nos unâ &
 brevi sententiolâ exprimere possumus: Ne quid
 curis. Quæ in contemptu ciborum tantam ha-
 uit pertinaciam, in luctu mitis erat, & suorum
 mortibus frangebatur, maximè liberorum. Nam
 in viri, & in filiarum dormitione sæpè pericli-
 tata est. Et cum os stomachumque signaret, & *Jesu cris-*
 matris dolorem crucis niteretur impressione le- *cis apud*
 tare, superabatur affectu, & credulam mentem, *Paulam*
 parentis viscera consternabant: animoque vin- *in dolo-*
 dens, fragilitate corporis vincebatur. Quam se- *ribus.*
 mel languor arripiens, longo tempore possidebat:
 & nobis inquietudinem, & sibi discrimina of-
 ferret. In quo illa lætabatur, per momenta com-
 memorans: Miser ego homo, quis me liberabit *Rom. 7.*
 de corpore mortis hujus? Dicat prudens lector,
 pro laudibus me vituperationem scribere. Te-
 stor Jesum, cui & illa servivit, & ego servire cu-
 pio: me utramque in partem nihil fingere, sed
 quasi Christianum de Christiana, quæ sunt vera,
 proferre, id est, historiam scribere, non panegyri-
 cum.

cum: & illius vitia aliorum esse virtutes. Vitia lo-
 quor, secundum animum meum, ac omnium ho-
 minum ac fratrum desiderium, qui illam dilige-
 mus, & absentem quarimus. Cæterum illa imple-
 vit cursum suum fidemque servavit: & nunc fru-
 tur coronam justitiæ, sequiturque agnum quocumque
 vadit. Saturatur, quia esurivit, & læta decantat.
 Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Do-
 mini virtutum, in civitate Dei nostri. O beata re-
 rum commutatio: flevit, ut semper rideret. De-
 spexit lacus contritos, ut fontem Dominum re-
 periret. Vestita cilicio est, ut nunc albis vestime-
 tis uteretur, & diceret: Scidisti sacco meum, &
 induisti me lætitiã. Cinerem sicut panem man-
 ducabat, & portionem suam cum fletu miscbat,
 dicens: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac
 nocte: ut in æternum Angelorum vesceretur pa-
 ne, & caneret: Gustate & videte, quoniam suavis
 est Dominus. Et: Eructavit cor meum verbum
 bonum, dico ego opera mea regi. Et Esaiæ, in
 Domini per Esaiam in se cerneret verba com-
 pleri. Ecce qui serviunt mihi, manducabunt: vos
 autem esuriatis. Ecce qui serviunt mihi, bibent,
 vos autem sitietis. Ecce qui serviunt mihi, læta-
 buntur: vos autem confundemini. Ecce qui ser-
 viunt mihi, exultabunt: vos autem clamabitis cor-
 dolo rem cordis, & præter contritionem spiri-
 tûs ululabitis. Dixeram lacus eam semper fugisse
 contritos, ut fontem Dominum reperiret, ut pos-
 set læta cantare: Sicut cervus desiderat ad fontes
 aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
 Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum.
 Quando vaniam & apparebo ante faciem Dei?

*De felio**morte**Paula.**2. Tim. 3.**Apo. 14.**Matt. 5.**Pf. 47.**Hiere. 2.**Pf. 29.**Pf. 101.**Pf. 47.**Pf. 33.**Pf. 44.**Isa. 65.**Pf. 41.*

Tang
 cæno
 Ebnic
 Qui
 deba
 propo
 infan
 surre
 autri
 altera
 sed tra
 nis ma
 quente
 no. Si
 cor por
 habita
 erunt
 corpus
 quiba
 creatu
 corpor
 is pec
 at vel
 diviti
 domos
 rent de
 abus
 diler,
 lūque
 mort
 comm
 mam
 tionib

T. 10

Tangam ego breviter, quomodo hæreticorum
cenosios devitaverit lacus, & eos instar habuerit *Matt. 18.*
Ethnicorum.

Quidam veterator callidus, atque (ut sibi vi-
debatur) doctus & sciolus, me nesciente cœpit ei
proponere quæstiones, & dicere: Quid peccavit
infans, ut à dæmone corripiatur? In qua ætate re-
surrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur, ergo
nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin in

*Disputa-
tio de re-
surrectio-
ne mor-
tuo-
rum.*

altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum,
sed transformatio in alios. Diversitas quoque se-
xis maris & femina erit, aut non erit? Si erit, se-
quentur & nuptiæ, & concubitus, sed & genera-
tio. Si non erit, sublata diversitate sexus, eadem

Sap. 7.

corpora non resurgent (aggravat enim terrena
habitatio sensum multa cogitantem) sed tentia
erunt & spiritualia, dicente Apostolo: Seminatur
corpus animale, resurget corpus spirituale. Ex

1. Cor. 15.

quibus omnibus probare cupiebat, rationales
creaturas ob quædam vitia, & antiqua peccata in
corpora esse delapsas, & pro diversitate ac meri-
tis peccatorum, tali vel tali conditione generari;

ut vel corporum sanitate gauderent, & parentum
divitijs ac nobilitate vel in morbidas carnes &
domos inopum venientes, pœnas pristinorû lue-
rent delictorum, & in præsentî seculo atq; corpo-
ribus quasi carcere clauderentur. Quod cum au-
disset, & ad me retulisset, indicans hominem, mi-
lîque incubuisset necessitas nequissima vipera ac

mortifera bestia resistendi: de quibus Psalmista
commemorat, dicens: Ne tradas bestijs ani-
mam confitentem tibi: conveni hominem, & ora-
tionibus ejus, quam decipere nitebatur, inter-

Pf. 73.

rog-

roga-

rogatione brevi conclusi, dicens: Utrum crede-
ret futuram resurrectionem mortuorum, an non.
Qui cum se credere respondisset, intuli: Eadem
resurgent corpora, an altera? Cum dixisset, ce-
dem: iciscitatus sum: In eodem sexu, an in altero.
Ad interrogata reticenti, & instar colubri huco-
lucque transferenti caput, ne feriretur: quia, in-
quam taces, ego mihi pro te respondebo, & con-
sequentia inferam. Si non resurget mulier, ut ma-
lier, neque masculus ut masculus, non erit mor-
tuorum resurrectio, quia sexus membra habent,
& membra totum corpus efficiunt. Si autem se-
xus & membra non fuerint, ubi erit resurrectio
corporum, quæ sine sexu non constat & membris.
Porro si corporum non fuerit resurrectio, neque
quam erit resurrectio mortuorum. Ex quo die
ita cœpit hominem detestari, & omnes qui ejus-
modi dogmatis erant: ut eos voce publicæ homi-
ni Domini proclamaret. Et hoc dixi, non ut brevi-
ter hæresim contutarem, cui multis voluminibus
respondendum est, sed ut fidem tantæ scemine
ostenderem: quæ maluit inimicitias hominum
subire perpetuas, quam Dei offensam amicis
noxijis provocare. Dicam ut cœperam, nihil in
genio ejus docilius fuit. Tarda erat ad loquen-
dum, velox ad audiendum: memor illius præce-
pti: Audi Israël, & tace. Scripturas sanctas re-
bat memoriter. Et cum amaret historiam, & hoc
veritatis diceret fundamentum: magis tamen se-
quebatur intelligentiam spiritalem: & hoc culmi-
ne ædificationem animæ protegebat. Denique
compulit me ut vetus & novum instrumentum
cum filia, me disserente perlegeret. Quod præ-
cipit

*Hæretici
hostes
Domini.*

Jacob. 11.

*Paula
scriptura:
studiosa.
Historia:
est veri-
tatis fun-
damentum.*

ter verecundiam negans, propter assiduitatem
tamen & crebras expostulationes ejus præstiti: ut
doceam quod didiceram: non à memetipso, id
est, a præsumptione pessimo præceptore, sed ab
doctrinæ Ecclesiæ viris. Sicubi hæsitabam, &
nescire me ingenuè confitebar: nequaquam mi-
hi volebat a' quiescere, sed jugi interrogatione
cogebat: ut ex multis variisque sententijs, quæ
mihi videretur probabilior, indicarem.

Lòquer & aliud, quod forsitan æmulis videatur
incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab
adolescencia multo labore ac sudore ex parte di-
dici, ac infatigabili meditatione non desero, ne
ipse ab ea deserat, discere voluit, & consecuta est:
ita ut Psalmos Hebraicè caneret: & sermonem
absque ulla Latinæ linguæ proprietate personar-
et. Quod quidem usque hodie in sancta filia e-
jus Eustochio cernimus: Quæ ita semper adhæ-
sit matri, & ejus obedivit imperijs, ut nunquam
absque ea cubaret, nunquam procederet, nun-
quam sine illa cibum caperet, ne unum quidem
nummum haberet potestatis suæ: sed & paternam
& maternam substantiolam à matre distribui pau-
peribus lataretur. & pietatem in parentem, hæ-
reditatem maximam & divitias crederet. Non
debeo silentio præterire, quanto exultaverit
gaudio, quod Paulam neptem suam ex Læta &
Toxotio genitam, imò voto & futuræ virginita-
tis repromissione conceptam, audierat in cunis
& crepitaculis, balbutiente linguâ Alleluja can-
tare: avia quæ & amara nomina dimidiatis verbis
frangere: in hoc solo patriæ desiderium habuit, ut
filium, nurum, neptem renuntiâsse seculo, &
Christi

*Paula:**Hebræa**didicit cū**Eustochio**Eustochiæ**commen-**datio.*

Christo servire cognosceret. Quod & impetra-
vit ex parte. Nam neptis Christi flammæ refer-
vatur. Nurus aeterna se tradens pudicitiae, lo-
crum opere, fide, & eleemosynis sequitur: & Romæ
conatur exprimeret quod Hierosolymis illa com-
plevit.

Quid agimus anima? Cur ad mortem ejus ve-
nire formidas? Jam dudum prolixior liber cubi-
tur, dum timemus ad ultima pervenire: qualita-
centibus nobis, & in laudibus illius occupatis, dif-
ferri possit occubitus. Hucusque prosperis navi-
gavimus ventis, & crispantia maris æquora la-
bens carina sulcavit. Nunc in scopulos incurrit
oratio, & tumentibus fluctuum motibus, præsentis
utriusque monasterij intentatur naufragium, ita
ut cogamur dicere: Præceptor, salvos nos fac,
perimus. Et illud: Exurge, ut quid obdormis, Do-
mine? Quis enim possit siccis oculis Paulam nar-
rare morientem? Incidit in gravissimam valetudi-
nem, imò quod optabat, invenit, ut nos desereret,
& Domino plenius jungeretur. In quo languore,
Eustochij filiae probata semper in matre pietas, &
magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidue
lectulo, stabellum tenere, sustentare caput, pulvil-
lum supponere, fricare pedes, manu stomachum
confovere, molla strata componere, aquam cali-
dam temperare, mappulam apponere, omnium
ancillarum prævenire officia, & quicquid alia fe-
cisset, de sua mercede putarat esse subtractum.
Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu,
inter jacentem matrem & specum Domini dis-
currit, ne privaretur tanto contubernio, ne illa
absente viveret, ut eodem feretro portaretur? sed

Luc. 8.

Ps. 43.

*Quomo-
do Paula
obserit.*

*Eustochij
obsequium
erga ma-
trē agra-
tam.*

mortalium fragilis & caduca natura / & nisi
 Christi fides nos exollat ad cœlum, & æternitas
 vite promittatur, cum bestiis & jumentis cor-
 porum una conditio est: idem occubitus iusto & *Sap. 2.*
 impio, bono ac malo, mundo ac immundo, sacri-
 ficienti, & non sacrificanti: Sicut bonus, ita & qui
 peccat: sicut qui jurat, sic & is qui iuramentum
 petuit. Similiter homines & jumenta in favillam
 cinerem dissolvuntur. Quid diu differo, & dolo-
 rem meum in alijs immorando facio longiorem?
 Erat tunc prudentissima feminarum adesse mor-
 tem, & frigente aliâ parte corporis atque mem-
 brorum, solum animæ teporem in sacro pectore
 palpitare: & nihilominus quasi ad suos pergeret,
 venosque defereret, illos versiculos susurrabat:
 Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum *Ps. 25.*
 habitationis gloriæ tuæ. Et: Quàm dilecta taber- *Ps. 83.*
 nacula tua Domine virtutum, concupiscit & desi-
 nit anima mea in atra Domini. Et: Elegi abjecta *Ibidem.*
 in domo Dei mei magis, quàm habitare in ta-
 bernaculis peccatorum. Cumque à me interro-
 garetur, cur taceret, cur nollet respondere incla-
 manti, an doleret aliquid? Græco sermone re-
 spondit, nihil se habere molestiæ, sed omnis quie-
 tis & tranquilla perspicere. Post hæc obmutuit, &
 cæcis oculis quasi jam mortalia despiceret, usque
 ad expirationem animæ, eosdem repetebat versu-
 los: vix ut aure appositâ quod dicebat, audire
 possemus. Digitumque ad os tenens, crucis signum
 agebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhela **Immor-*
 te *te*
 in mortem, animæque erumpere gestiens *te*
 in sudorem, quo mortalium vita finitur, in *luja.*
 laudes Domini convertebat. Aderant Hierosoly *Frequens*
 mo-

Clerus morum & aliarum urbium Episcopi, & sacerdo-
adest tum inferiores gradus, ac Levitarum innumera-
Paula bilis multitudo. Omne monasterium, virginum
morienti. & monachorum chori repleverant: statimque
C. nt. 21 audivit sponsum vocantem: Surge, veni proxima
 mea, speciosa mea, columba mea: quonia in hunc
 transijt. pluvia abiit: sibi læta respondit: Flores
Ibidem. vili sunt in terra, tempus sectionis advenit. Et
Pf. 26. Credo videre bona Domini in terra viventium.
 Ex hinc non ululatus, non planctus (ut inter seculi
 * diversis homines fieri solet) sed Psalmsorum linguis
 Honeste versa examina concrepabant. Translataque
 Paula se- piscoporum manibus, & cervicem feretro sub-
 pelitur. cientibus, cum alij Pontifices lampades cereas
 que præferrent, alij choros psallentium docerent,
 in media Ecclesia in spelunca Salvatoris
 posita. Tota ad funus ejus Palæstinarum urbium
 turba convenit. Quem monachorum latenter in
 in eremo cellula sua tenuit? Quam virginum
 creta cubiculorum texerunt? Sacrilegium putabatur,
 qui non tali feminae ultimum reddidisset officium:
 Viduæ & pauperes in exemplum Dorcedis, vestes ab ea
 præbitas ostendebant. Omnis opus multitudo matrem
 & nutriciam se perdidisse clamabat. Quodque mirum sit,
 nihil pallor mutaverat faciem, sed ita dignitas quædam
 gravitas ora compleverat, ut eam putares non
 mortuam, sed dormientem. Græco, Latino, Syroque
 sermone Psalmi in ordinem personabant non solum
 triduo, & donec subter Ecclesiam iuxta specum
 Domini conderetur, sed per omnem hebdomadam,
 cunctis qui venerant, summi funus, & proprias credentibus lacrymas. Venerabilis

bilis virgo filia ejus Eustochium, quasi ablacta- *Ps. 139.*
 super matrem suam, abstrahi à parente non po-
 rat: deoculari oculos, hærere vultui, totum cor-
 pus amplexari, & se cum matre velle sepeliri.
 Tellis est Jesus, ne unum quidem nummum ab ea *Nummū*
 derelictum: sed ut antè jam dixi, derelictum *non reli-*
 magnum æs alienum; & (quod his difficilius est) *quit Pau-*
 ratum & sororum immensam multitudinem, *la moris.*
 quos & sustentare arduum, & abjicere impium
 est. Quid hac virtute mirabilius? sceminam no-
 bilissimæ quondam familiæ, magnis quondam
 opibus, tantâ fide omnia dilargitam, ut ad egesta-
 tem penè ultimam perveniret? Jactent alij pecu-
 nias, & in corbonam Dei æra congesta, funalibus-
 que aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pau-
 peribus, quàm quæ sibi nihil reservavit. Nunc il-
 la divitijs fruitur, & his bonis, quæ nec oculus vi- *1. Cor. 2.*
 dit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascen-
 derunt. Nos nostram vicem dolemus, & invide-
 re ejus gloriæ potius videbimur, si voluerimus
 diutius flere regnantem. Secura esto Eusto-
 chium, magnâ hæreditate ditata es. Pars tua Do- *Thren. 30*
 minus, & quò magis gaudeas, mater tua longo
 martyrio est coronata. Non solùm enim effusio *Quid*
 sanguinis in confessione reputatur, sed devotæ *martyrè*
 quoque mentis immaculata servitus, quotidiana *efficere*
 num martyrium est. Illa corona de rosis & violis *possit.*
 plectitur, ista de lilijs. Unde in cantico scribitur *Cant. 5.*
 cantorum: Fratruelis meus candidus & rubi-
 cundus & in pace, & in bello, eadem præmia vin-
 centibus tribuens. Mater, inquam, tua, cum A- *Gen. 12.*
 braham audivit: Exi de terra tua, & de cogna-
 tione tua, & veni in terram, quam ostendam tibi.
 Et

*Kier. 51.**Num. 11.**Ruth 1.*

Et per Hieremiam Dominum precipientem
 gite de medio Babylonis, & salvate animas
 vestras. Et usque ad diem mortis suæ non est recessa
 in Chaldæam: nec ollas Ægypti, & virulentas
 carniū desideravit, sed choris comitata virgi-
 neis, civis est Salvatoris effecta, & de parva
 Bethlehem, cœlestia regna conscendens, distat
 veram Noëmi: Populus tuus, populus meus: &
 Deus tuus, Deus meus.

*Precatio
 Hierony-
 mi ad
 Paulam.*

Hunc tibi librum ad duas lucubratiunculas
 eodem, quem tu iustines, dolore distavi. Nam
 quotiescunque stylum figere volui, & opus ex-
 re promissum: toties obriguerunt digiti, cecidit
 manus, sensus elanguit. Unde & inculta oratio
 votum scribentis absque ulla elegantia & verborum
 lepore testatur. VALE ò Paula, & cul-
 ris tui ultimam senectutem orationibus iu-
 des & opera tua Christo te sociant, præsentibus
 ciliis, quod postulas, impetrabis. Exegi monu-
 mentum ære perennius, quod nulla destruere
 sit vetustas. Incidi elogium sepulchro tuo, quod
 huic volumini subdidi: ut quocumque sermo
 fieri pervenerit, te laudatam, te in Bethlehem
 conditam lector agnoscat:

SEQUITUR TITULUS
 SEPULCHRI.

*Scipio quam genuit Paule fudere parentis,
 Gracchorum soboles, Agamemnonis incognita
 proles,*

*Hoc jacet in tumulo: Paulam dixere pro-
 tes:*

*Esstochij genitrix: Romani prima senatus
Pauperiem Christi & Bethlehemitica rura
secusa est.*

IN FRONTE SPELUNCÆ.

*Aspicis angustum præcisâ rupe sepulchrum?
Hospitium Paula est cœlestia regna tenen-
tis.*

*Fratrem, cognatos, Romam, patriamquare-
lquens*

*D. vitias, Sobolem Bethlehemi conditur an-
tro.*

*Hic præsepe tuum Christe, atque hic mystica Matt. 2:
Magi*

*Munera portantes hominique Deoque de-
dere*

Dormivit sancta & beata Paula septimo Ka-
endarum Februariarum, tertiâ sabbati, post Solis
occubitum. Sepulta est quintâ Kalend. earun-
dem, Honorio Augusto, & Arestemo Consuli-
bus. Vixit in sancto proposito, Romæ annos
quinque, Bethlehem annos viginti. Omne
vitæ tempus implevit annis quinquagin-
ta sex, mensibus octo, diebus
viginti duo.

IX. Hieronymus ad Principiam virginem de vi-
nobilitate & sancta vidua Marcella. Potest
Epitaphium quoque Marcella
appellari.

SÆpè & multum flagitas virgo Christi Principia,
ut memoriam sanctæ sceminæ Marcellæ
literis recolam : & bonum, quo diu fructi sumus,
etiam cæteris noscendum imitandumque descri-
bam. Satisque doleo, quod hortaris sponte cur-
rentem : & me precibus indigere arbitraris, quæ
ne tibi quidem in ejus dilectione concedam, multo
quoque plus accipiam, quàm tribuam benefici-
tantarum recordatione virtutum. Nam ut huius-
usque reticerem, & biennium silentio præter-
rem, non fuit dissimulationis, ut male existimas,
sed tristitiæ incredibilis: quæ ita meum opprimit
animum, ut melius judicarem tacere in præsen-
tiarum, quàm nihil dignum illius laudibus dice-
re. Neque enim Marcellam tuam, imò meam,
(ut verius loquar) nostram, omniumque sancto-
rum, & propriæ Romanæ urbis inclytum decus
instituti Rhetorum prædicabo : ut exponam illius
lustrem familiam, altis sanguinis decus, & stemma
ta per proconsules & præfectos prætoria decus
rentia. Nihil in illa laudabo, nisi quod proprium
est: & eò nobilius, quod opibus & nobilitate con-

Marcella temptâ, facta est paupertate & humilitate no-
recusat bilior. Orbata patris morte, viro quoque
denuò post nuptias septimo mense privata est. Con-
nubere, que eam Cerealis (cujus clarum inter consules
calibatũ nomen est) propter ætatem & antiquitatem fam-

& insignem (quod maxime viris placere con- *ample-*
 uevit) decorem corporis ac morum temperan- *ctas.*
 tiam ambitiosius peteret, suaque longævus polli-
 ceretur divitias; & non quasi in uxorem, sed quasi
 in filiam vellet donationem transfundere: Albina
 que mater tam clarum præsidium viduatæ don-
 citò appeteret: illa respondit: Si vellem nubere,
 non æternæ me cuperem pudicitiaæ dedicate
 que maritum quærerem, non hæreditatem. Il-
 lique mandante, posse & senes diu vivere: & juve-
 nes citò mori, eleganter ludit: Juvenis quidem
 potest citò mori, sed senex diu vivere non potest.
 Quà sententiã repudiatus, exemplo cæteris fuit:
 ut ejus nuptias desperarent. Legimus in Evange-
 lo secundum Lucam: Et erat Anna prophetissa, *L. 46. 2.*
 filia Phanuel, de tribu Aser: & hæc provec-
 ta ætate in diebus plurimis, vixeratque cum viro suo
 annis septem à virginitate sua: & erat vidua an-
 nis octoginta quatuor: nec recedebat de templo:
 in obsecrationibus & jejunijs Domino serviens no-
 nis ac die. Nec mirum, si videre meruit Salvato-
 rem, quem tanto labore quæsierat. Conferamus
 septem annos septem mensibus; sperare Christum
 & tenere; natum confiteri, & in crucifixum crede-
 re; parvulum non negare, & virum gaudere re-
 manentem. Non facio ullam inter sanctas fœminas
 præferentiam: quod nonnulli inter sanctos viros &
 ecclesiarum principes stultè facere consueve-
 runt: sed illò tendit assertio, ut quarum unus est
 labor, unum & præmium sit. Difficile est in male-
 fica civitate, & in urbe, in qua orbis quondam
 capulus fuit, palmaque vitiorum, si honestis de-
 traherent, & puta ac munda macularent, non ali-
 quam

T

quam

quam sinistri rumoris fabulam contrahere. Quamquam de hac muliere, quod displiceret, audivit ut crederet? Quis credidit, ut non magister ipsum malignitatis & infamiae condemnaret? Ab hac primum confusa gentilitas est, dum omnibus paruit, quae esset viduitas Christiana, quam conscientia & habitu promittebat. Illa enim voleat purpuris & ceruisa ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere gemmis, aurum portare cervicibus, & auribus perforatis, rubri maris pretiosissima grana suspendere, fragrare mirrice, maritos ita plangere, ut tandem dominatorum se caruisse latentur: quaerantque alios, quibus juxta Dei sententiam serviant, sed quibus imperent. Unde & pauperes eligunt, ut non tantum virorum videantur habere, qui patienter rivales sustineant: si mussitaverint, illico proijcendi. Nostra vidua talibus usa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret: aurum usque ad annuli signaculum repudians, magis in ventribus egenorum, quam in marsupio recondens. Nusquam sine matre. Nullum clericorum aut monachorum (quod amplius dominorum interdum exigebat necessitas) vidit absque matris. Semper in comitatu suo virgines ac viduas & ipsas graves feminas habuit: sciens ex latibilia puellarum, sapere de dominarum moribus predicari: & qualis quaque sit, talium consilio delectari. Divinarum scripturarum ardor eius incredibilis, semperque cantabat: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Et illud de perfecto viro: Et in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabatur.

Vidua reprehensibilis.

Gen. 3.

Marcella nunquam sola.

studiosa in scripturis. Ps. 118. Ps. 1.

die ac nocte: Meditationem legis non in repli-
cando quæ scripta sunt, ut Judæorum existi-
mant Pharisei: sed in opere intelligens: juxta
illud Apostolicum: Sive comeditis, sive bibitis, *1. Cor. 10.*
sive quid agitis, omnia in gloriam Domini fa-
cientes. Et Prophetæ verba dicentis: A man- *P/. 118.*
datis tuis intellexi: ut postquam mandata com-
plesses: tunc se sciret mereri intelligentiam scri-
pturarum. Quod & alibi legimus. Quia cœpit Je- *Act. 1.*
sus facere & docere. Erubescit enim quamvis
præclara doctrina, quam propria reprehendit
conscientia Frustraque ejus lingua prædicat pau-
peratē, & docet eleemosynas, qui Cræsi divitijs
tinet: viliq; opertus pallio, pugnat contra tineas
vestium sericarum, Moderata jejunia, carniū
abstinentia: odor vini magis quàm gustus, propter *1. Tim. 5.*
stomachum & frequentes infirmitates. Rarò pro-
cebat ad publicum, & matronarum maxime no-
bilitatem vitabat domos, ne cogeretur videre quod
contempserat. Apostolorum & martyrum basilicas
secretis celebrans orationibus: & quæ populorum
frequentiam declinarent. Matri in tantum obe-
diens, ut interdum faceret quod nolebat. Nam cū
illa suum diligeret sanguinem, & absq; filijs & ne-
potibus, vellet in fratris liberos universa confer-
re, ista pauperes eligebat: & tamen matri contrai-
re non poterat, monilia & quicquid suppellectilis
sue, divitibus peritura concedens: magisq; volens
pecuniam perdere, quàm parentis animum con-
tristare. Nulla eo tempore nobilium sceminarum
proverat Romæ propositum Monachorum, nec
audebat propter rei novitatem, ignominio-
sum (ut tunc putabatur) velatæ in populis no-
men

men assumere Hæc ab Alexandrinis sacerdotibus
 Papaque Athanasio, postea Petro, qui persecutio-
 nem Arrianæ hæreseos declinantes, quasi ad-
 tissimum communionis suæ portum Romam con-
 fugerant: vitam beati Antonij adhuc tunc viven-
 tis, monasteriorumque in Thebaide Pachumij, &
 virginum ac viduarum didicerat disciplinam.
 Nec erubuit profiteri, quod Christo placere cog-
 noyerat. Hanc multos post annos imitata est
 Sophronia & aliæ: quibus rectissime illud Enniani
 aptari potest: Utinam ne in nemore Pelio. Hujus
 amicitia fructa est Paula venerabilis. In hujus no-
 trita cubiculo Eustochium virginitatis decus, &
 facilis æstimatio sit, qualis magistra, ubi tales dis-
 cipulæ. Rideat fortè infidelis lector, me in mul-
 tularum laudibus immorari: qui si recorderet
 sanctas fœminas comites Domini Salvatoris, quæ
 ministrabant ei de sua substantia: & tres Marias
 stantes ante crucem: Mariamque proprie Magda-
 lenam, quæ ob sedulitatem & ardorem fidei, tur-
 ritæ nomen accepit, & prima ante Apostolos
 Christum videre meruit resurgentem: se potius
 superbiæ, quam nos condemnabit ineptiarum
 qui virtutes non sexu, sed animo judicamus: con-
 temptæque nobilitatis & divitiarum, majorem
 gloriam ducimus. Unde & Jesus Joannem
 angelistam amabat plurimum: qui propter gene-
 ris nobilitatem erat notus pontifici, & Judæorum
 insidias non timebat: in tantum ut Petrum intro-
 duceret in atrium, & solus Apostolorum staret an-
 te crucem, matremque Salvatoris in sua accipe-
 ret: ut hæreditatem virginis Domini, virginem
 Domini matrem, filius virgo susciperet.

*Mulieres
 etiã lau-
 dari pos-
 sunt.*

Marc. 15.

Luc. 8.

Marc. 16.

Ioan. 18.

Ioan. 19.

igitur plurimis sic suam transegit ætatem, ut ante
 se vetulam cerneret, quam adolescentulam fuisse
 meminisset: laudans illud Platonicum, qui phi-
 losophiam meditationem mortis esse dixit. Sic
 ergo ut dicere cœperamus, ætatem duxit & vi-
 xit, ut semper se crederet esse morituram: Sic in-
 stituta est vestibus, ut meminisset sepulchri: offerens
 hostiam rationabilem, vivam, placentem Deo.
 Denique cum & me Romam cum sanctis Pontifi-
 cibus Paulino & Epiphanio Ecclesiastica traxisset
 necessitas: quorum alter Antiochenam Syriæ, al-
 ter Salaminiam Cyprî rexit Ecclesiam: & vere-
 cundè nobilium scœminarum oculos declinarem:
 ita egit secundum Apostolum, importunè, oppor-
 tunè, ut pudorem meum sua superaret industria. *2. Tim. 4*
 Et quia alicujus tunc nominis esse existimabar
 super studio scripturarum, nunquam convenit,
 quin de scripturis aliquid interrogaret: nec statim
 acquiesceret, sed è contrario moveret quæstio-
 nes: non ut contenderet, sed ut quarendo earum
 disceret solutiones, quas opponi posse intelli-
 gebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid fan-
 ctitatis, quid puritatis invenerim, vereor dicere,
 ne fidem credulitatis excedam: & tibi dolorem
 majorem ineutiam, recordanti quanto bono ca-
 rueris Hoc solum dicam: quod quicquid in nobis
 fuit longo studio congregatum, & meditatione
 æterna quasi in naturam versum, hoc illa liba-
 rit, hoc didicit, hoc possedit: ita ut post profectio-
 nem nostram, si de aliquo testimonio scriptura-
 rum esset oborta contentio, ad illam judicem per-
 geretur. Et quia valdè prudens erat, & noverat il-
 lud, quod appellant Philosophi *ἡρό οἰετορ*, id est de-

cere quod facias : sic ad interrogata respondebat ut etiam sua non sua diceret : sed vel mea, vel cuiuslibet alterius : ut & in eo ipso quod docebat, se discipulam fateretur. Sciebat enim dictum ab Apo-

1. Tim. 2. postolo: Docere autem mulieri non permitto. Ne virili ergo sexui, & interdum sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus facere videretur injuriam, in nostrum locum eos statim ire iussit. Audivimus te illius adhaesisse consortio, & utquam ab illa, ne transversum quidem unguem, ut dicitur, recessisse : eadem domo, eodem cubiculo usam, ut omnibus in urbe clarissima notum fieret, & te matrem, & illam filiam reperisse. Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit : & rus electum pro solitudine. Multoq; ita vixistis tempore, ut ex imitatione vestri, & conversione multarum gauderemus Romam factam Hierosolymam. Crebra virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo : ut pro frequentia servientium Domini, quod prius ignominiae fuerat, esset postea gloria. Interim absentiam nostri mutuis solabamur aliter, & quod carne non poteramus, spiritu reddebamus : semper obviare epistolis, superare officijs, salutationibus praevanire. Non multum absentia perdebat, quae jugibus sibi literis jungebatur.

In hac tranquillitate & Domini servitute, haeretica in his provincijs exorta tempestas cuncta turbavit, & in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi, nec ulli bonorum parceret. Et quasi perurum esset, hic universa movisse, navem plenam blasphemiarum Romano intulit portui. Invenitque protinus patella operculum, & Romanae fons dei purissimum fontem, caeno lutosa permiscuit.

vestigia. Tunc sancta Marcella, quæ diu cohi-
 cerat, ne per amulationem quippiam facere cre-
 deretur, postquam sensit fidem Apostolico ore
 audatam in plerisque violari: ita ut sacerdotes
 quoque, & nonnullos monachorum, maximè fe-
 mili huius homines, in assensum sui traheret, ac
 simplicitati illuderet Episcopi, qui de suo ingenio
 ceteros æstimabat: publicè restitit, malens Deo
 placere, quàm hominibus. Laudat Salvator in
 Evangelio villicum iniquitatis, quòd contra Do-
 minum quidem fraudulentè, attamen pro se pru-
 denter fecerit. Cernentes hæretici de parva scin-
 tilla maxima incendia concitari: & suppositam
 dudum flammam, jam ad culmina pervenisse, nec
 posse latere quod multos deceperat: petunt & im-
 petrant Ecclesiasticas epistolas, ut communican-
 tes Ecclesiæ discessisse viderentur. Nec multum
 tempus in medio, succedit in Pontificatum vir
 insignis Anastasius, quem diu Roma habere non
 meruit: ne orbis caput sub tali Episcopo trunca-
 retur: Imò idcirco raptus atque translatus est, ne
 semel latam sententiam precibus suis flectere co-
 naretur: dicente Domino ad Hieremiam: Ne
 oraveris pro populo isto; neque depreceris in bo-
 nam: Quia si jejunaverint, non exaudiam preces
 eorum: & si holocausta & victimas obtulerint, non
 accipiam eas. In gladio enim & pestilentia ego
 consumam eos. Dicis, quid hoc ad laudem Mar-
 cellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit prin-
 cipium, dum adducit testes, qui prius ab eis eru-
 ditæ, & postea ab hæretico fuerant errore cor-
 recti: dum ostendit multitudinem deceptorum
 cum impia *αἰετὶ ἀρχῶν* ingerit volumina, quæ
 emen-

*Marcella
 contra
 hæreticos
 fortiter
 sese oppo-
 nit.*

*Gal. 1.
 Luc. 16.*

Hier. 14.

*Marcella
 zelus in
 hæreticos.*

emendata manu scorpionum monstrabantur: dum acciti frequentibus literis hæretici, ut se defenderent, venire non sunt ausi: tantaque vis conscientie fuit, ut absentes damnari, quàm præsentem argui maluerint. Huiusmodi gloriosæ victoriae origo Marcella est. Tu quæ caput horum & caulis bonorum es, scis me vera narrare: quæ nosti me vix pauca de multis dicere, ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio: & videar apud malevolos sub occasione laudis alterius, stomachum meum digerere. Pergam ad reliqua.

Luc. 18.

De Occidentis partibus ad Orientem turbos transgressus, minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum est: Putas veniens filius hominis inveniet fidem super terram? *Refrigeras*

Gal. 2.

charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem nostro lateri iungebantur: quorum publice petebatur caput: contra quos omnes opes suppeditabantur: ita ut Barnabas quoque duceretur in illam simulationem, imò apertum parricidium: quod non viribus, sed voluntate commisit. Et ecce inversa tempestas, Domino fiante, deleta est: expulsumque vaticinium prophetale: Auferes spiritum in eorum, & deficient, & in pulverem tuum revertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Evangelicum: Stulte, in nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iudeis, & terribilis de Occidente rumor affertur, obediens Romam, & auro salutem civium redimi: spiritusque rursus circumdari: ut post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singuli prætercipiunt verba dicantis. Capitur urbs, quæ

Pf. 103.

etiam in eorum, & deficient, & in pulverem tuum revertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Evangelicum: Stulte, in nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iudeis, & terribilis de Occidente rumor affertur, obediens Romam, & auro salutem civium redimi: spiritusque rursus circumdari: ut post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singuli prætercipiunt verba dicantis. Capitur urbs, quæ

Pf. 145.

etiam in eorum, & deficient, & in pulverem tuum revertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Evangelicum: Stulte, in nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iudeis, & terribilis de Occidente rumor affertur, obediens Romam, & auro salutem civium redimi: spiritusque rursus circumdari: ut post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singuli prætercipiunt verba dicantis. Capitur urbs, quæ

Luc. 12.

etiam in eorum, & deficient, & in pulverem tuum revertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Evangelicum: Stulte, in nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iudeis, & terribilis de Occidente rumor affertur, obediens Romam, & auro salutem civium redimi: spiritusque rursus circumdari: ut post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singuli prætercipiunt verba dicantis. Capitur urbs, quæ

*Romana
urbis va-
statio.*

etiam in eorum, & deficient, & in pulverem tuum revertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Evangelicum: Stulte, in nocte auferetur anima tua à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Dum hæc aguntur in Iudeis, & terribilis de Occidente rumor affertur, obediens Romam, & auro salutem civium redimi: spiritusque rursus circumdari: ut post substantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & singuli prætercipiunt verba dicantis. Capitur urbs, quæ

torum cepit orbem : imò fame perit, ante quam
 gladio, & vix pauci, qui caperentur, inventi sunt.
 Ad nefandos cibos erupit esurientium rabies, &
 sua invicem membra laniarunt : cum mater non
 parcat lactenti infantia : & recipit utero, quem
 paulo ante effuderat. Nocte Moab capta est, no-
 cte cecidit murus ejus. Deus, venerunt gentes in
 hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum
 tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custo-
 diam: posuerunt cadavera sanctorum tuorum e-
 leas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum
 bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut
 aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui
 sepeliret. Quis cladem illius noctis, quis funera
 laudo Explicet, aut possit lacrymis æquare dolo-
 rem? Urbs antiqua fuit, multos dominata per an-
 nos: Plurima perque vias sparguntur inertia pas-
 sim Corpora, perque domos, & plurima mortis
 imago. Cùm interim, ut in tanta confusione re-
 tam, Marcellæ quoque domum eritentus victor
 ingreditur. Sit mihi fas audita loqui: imò à sanctis
 visis visa narrare, qui interfuere præsentis: qui se
 dicunt in periculo quoque ei fuisse sociatam. In-
 trepido vultu excepisse dicitur introgressos.
 Cumque posceretur aurum, & defossas opes vili
 excusaret tunicâ: non tamen fecit fidem volunta-
 riæ paupertatis. Cæsata fustibus flagellisq; ajunt,
 non sensitse tormenta: sed hoc lacrymis, hoc pe-
 ribus eorum megisse prostratam: ne te à suo con-
 fortio separarent: ne sustineret adolescentia, quod
 senilis ætas timere non poterat. Christus dura
 corda mollivit: & inter cruentos gladios invenit
 locum pietas. Cumque & illam, & te ad Apostolâ

Esai. 17.
 Ps. 78.

Marcella
 fortitudo
 cum ejus
 domus
 invade-
 retur ab
 hoste baro-
 baro

T 3

Pau-

Pauli basilicam barbari deduxissent : ut vel salu-
 rem vobis ostenderent, vel sepulchrum: in tantam
 latitiam dicitur erupisse: ut gratias ageret Deo,
 quod te integram sibi reservasset, quod paupe-
 rem illam non fecisset captivitas, sed invenisset,
 quod egeret quotidiano cibo, quod saturata
 Christo non sentiret esuriam: quod & voce &
 opere loqueretur: Nuda exivi de ventre matris
 meae, nuda & redeam: sicut Domino visum est, ita
 & factum est: Sit nomen Domini benedictum.
 Post aliquot * dies sano, integro, vegetoque cor-
 puscule obdormivit in Domino: & te pauperu-
 tulæ suæ, imò per te pauperes reliquit hæredes:
 claudens oculos in manibus tuis: reddens spiri-
 tum in osculis tuis: dum inter lacrymas tuas in-
 rideret conscia vitæ bonæ, & præmiorum futuro-
 rum. Hæc tibi Marcella venerabilis, & tibi Prin-
 cipia filia, una & brevi lucubratione dictavi: non
 eloquij venustate, sed voluntate in vos animi gra-
 tissimi & Deo, & legentibus placere desiderans.

X. Hieronymus ad Oceanum de vita Fabi: la-
 tis matrona Romana, qua clarum prebet ex-
 emplum poenitentia.

PLures anni sunt, quod super dormitione Mo-
 sille, Paulam venerabilem foeminam, recentem
 adhuc vulnere consolatus sum. Quartæ ætatis
 circulus volvitur, ex quo ad Heliodorum Episco-
 pum Nepotiani scribens epitaphium, quicquid
 habere virium potui, in illo tunc dolore consumi-
 psi. Ante hoc ferme biennium, Pammachio meo
 pro subita peregrinatione Paulinæ, brevem epi-
 stulam

folam dedi, erubescens ad disertissimum virum
 plura loqui, & ei sua ingerere: ne non tam confo-
 lari amicum viderer, quàm stultâ jactantiâ doce-
 re perfectum. Nunc mihi fili Oceane, volenti &
 ultro appetenti, debitum munus imponis: quod
 pro novitate virtutum veterem materiâ novâ
 faciat. In illis enim vel parentis affectus, vel mœ-
 tor avunculi, vel desiderium mariti temperan-
 dum fuit: & pro diversitate personarum, diversa
 de scripturis adhibenda medicamina. In præsen-
 tiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Christiano-
 rum, miraculum gentilium, luctum pauperum, so-
 latium monachorum. Quicquid primùm arripue-
 ro, sequentium comparatione vilescit. Jejunium
 prædicem? Sed prævalet eleemosynæ. Humi-
 litatem laudem? Sed major est fidei ardor. Dicam
 appetitâs sordes, & in condemnationem vestium
 sericarum plebeium cultum, & servilia indumen-
 ta quæsitâ? Plus est animum deposuisse, quàm cul-
 tum. Difficilius arrogantiâ, quàm auro caremus
 & gemmâs. His enim abjectis, interdum gloriosis
 tumemus sordibus, & vendibilem paupertatem
 populari auræ offerimus. Cæcâtâ virtus, & in con-
 scientiâ fota secreto, Deum solum judicem res-
 picit. Unde & novis est mihi efferenda præco-
 nijs, & ordine prætermisso Rhetorum, tota de
 conversionis & pœnitentiæ incunabulis assumen-
 da oratio. Alius forsitan scholæ memor, Q Maxi-
 mum, unus qui nobis cunctando restituit rem, &
 totam Fabiorum gentem proferret in medium,
 diceret pugnas, describeret prælia: & per tantæ
 nobilitatis gradus Fabiolam venisse jactaret, ut
 quod in virga non poterat, in radicibus demon-

Lau Fabiola.

straret. Ego diversorij Bethlehemici, & pres-
 pis Dominici amator, in quo Virgo puerpera
 Deum fudit infantem, ancillam Christi non de
 nobilitate veteris historie, sed de Ecclesia humi-
 litate producam. Et quia statim in principio qua-
 fiscopulus quidam & procella mihi obtredato-
 rum ejus opponitur, quod secundum sortita matri-
 monium prius reliquerit: non laudabo conversam
 nisi prius ream absolvero. Tanta prior maritus
 vitia habuisse narratur, ut ne scortum quidem &
 vile mancipium ea sustinere posset. Quæ si vo-
 luerit dicere, perdam virtutem feminæ, quæ ma-
 luit culpam subire diffidij, quam quandam cor-
 poris sui infamare partem, & maculas ejus dete-
 gere. Hoc solum proferam, quod verecundæ mat-
 rionæ & Christianæ satis est. Præcepit Dominus
 uxorem non debere dimitti, exceptâ causâ forni-
 cationis: & si dimissa fuerit, manere inuptam.
 Quicquid viris jubetur, hoc consequenter redun-
 dat in feminas. Neq; enim adultera uxor dimitti-
 da est, & vir mœchus tenendus. Si quis meretrici
 jungitur, unum corpus facit: ergo quæ scortato-
 ri impuroque sociatur, unam cum eo corpus effi-
 citur. Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Jesu Chri-
 sti: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præ-
 cipit. Apud illos viris impudicitia fræns laxatur:
 & solo stupro atque adulterio condemnato,
 passim per lupanaria & ancillulas libido permit-
 titur: quasi culpam dignitas faciat, non volun-
 tas. Apud nos quod non licet sceminis, æquè non
 licet viris, & eadem servitus pari conditione cen-
 setur. Dimisit ergo (ut ajunt) vitiosum: dimisit il-
 lus & illius criminis nonium, dimisit (penè dixi)
 quod

*Fabiola
 quomodo
 n. aratum
 secundum
 reliquerit*

Matth. 5.

1. Cor. 7.

1. Cor. 6.

quod clamante vicina, uxor sola non prodidit. *Fabiola*
 si autem arguitur, quare repudiato marito, non repudia-
 inupta permanserit: facile culpam fatebor, dum to mari-
 tamen refertam necessitatem. Melius est (inquit to nupte
 Apollolus) nubere quam urii. Adolefcentula erat: alteri.
 viduitatem fervare non poterat. Videbat aliam *1. Cor. 7.*
 legem in membris suis, repugnantem legi mentis *Rom. 7.*
 suæ, & se vincitamatque captivam ad coitum tra-
 ti. Melius arbitrata est apertè confiteri imbecilli-
 tatem suam, & umbram quamdam miserabilis
 sebere conjugii, quam sub gloria univiræ, opera
 exercere meretricum. Idem Apollolus vult vi. *1. Tim. 5.*
 tuas adolefcentulas nubere, filios procreare, null-
 lam dare occasionem adversario maledicti gra-
 tia. Et protinus cur hoc velit, exponit: Jam enim
 quædam abierunt retro post satanam. Igitur &
 Fabiola, quia ea persuaserat sibi, & putabat virum
 pure à se dimissum, nec Evangelii vigorem no- *Matth. 23.*
 verat: in quo nubendi universa causatio viventi-
 bus viris scæminis amputatur: dum multa diaboli
 trahat vulnera, unum incauta vulnus accepit.

Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, *Fabiola*
 tuarens excufare culpam, cujus pœnitentiam ip- *post mor-*
 ta confessâ est? Quis hoc crederet, ut post mortem *tem ma-*
 secundi vini, in semet reversa: quo tempore solent *ris pub-*
 riuæ negligentes, jugo servituti excusso, agere *lianæ fia-*
 liberius, adire balneas, voltare per plateas, vul- *cit pœni-*
 tus circumferre meretricios, taccum indueret, er- *tantiam.*
 rem publicè fateretur, & tota spectante urbe
 Romana, ante diem Paschæ in basilica quondam
 laterani, qui Casariano truncatus est gladio, sta-
 ret in ordine pœnitentium, Episcopis & presby-
 teris, & omni populo collachymantibus, spar-
 sum

Pœnitentia virtus.

Ioan. 21.

Deut. 9.

Davidis

pœnitentia.

2. Reg. 12.

Pf. 50.

Achab pœnitentia.

3. Reg. 21.

sum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? Quas inveteratas maculas hæc lamenta non abluant? Petrus trinam negationem, trina confessione delevit. Aaron sacrilegium, & confutum ex auro vituli caput, fraternæ correxerit neces. David sancti & mansuetissimi viri homicidium pariter & adulterium septem dierum emendabat fames. Jacebat in terra, volutabatur in cinere, & oblitus regni potestatis, lumen quærebatur in tenebris illumque tantum respiciens quem offenderat, lachrymabili voce dicebat: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Et: Redde mihi lætitiâ salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Atque ita factum est, ut qui me prius obdormerat virtutibus suis, quomodo stans non ceciderem, doceret per pœnitentiam, quomodo cadens resurgerem. Quid tam impium legimus inter reges, quam Achab? de quo dicit scriptura: Non fuit alius tali, ut Achab: qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini? Hic enim cum propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram Domini per Prophetam Occidisti, & insuper possidisti: ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & reliqua: scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam. jejunavitque & dormivit in sacco, & ambulabat demisso capite. Tunc factus est sermo Domini ad Heliam Thesbiten, dicens: Nonne vidi humiliatum Achab coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus. O scelix pœnitentia, quæ ad se Deum trahit oculos, quæ furentem sententiam Domini

confesso errore mutavit. Hoc idem & Manass in 2. Par. 33.
 in Paralipomenon: & Ninive Regem fecisse legi- Iona 3.
 mus in Propheta: Publicanum quoque in Evan- Luc 18.
 gelio. Equibus primus non solum indulgentiam,
 sed & regnum recipere meruit, alter impenden-
 tem Dei fregit iram: tertius pectus verberans
 pugnis oculos non levabat ad cœlum. Et multo
 iustificationi recessit publicanus humilis confes-
 sione victorum, quàm Pharisæus superba jactatione
 virtutum. Non est loci hujus, ut pœnitentiam
 prædicem, & quasi contra Montanum Nova-
 tumque scribens, dicam illam hostiam Domino
 esse placabilem, & sacrificium Deo spiritum con- Ps. 50.
 tribulatum. Hoc unum loquar: quod & legentibus
 utile sit, & præsentis causa conveniat. Non est con- Matt. 6.
 fusa Dominum in terris: & ille eam non confun-
 detur in cœlo. Aperuit cunctis vulnus suum, &
 decoloriem in corpore cicatricem flens Roma
 conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput, Levit. 13.
 clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini,
 sed ex ra castra cum Maria sorore Moyli separa- Num. 12.
 ta contudit: ut quam sacerdos ejecerat, ipse revo-
 caret. Descendit de folio deliciarum suarum: ac- Esa. 47.
 cepit molam, fecit farinam, & discalceatis pedi-
 bus, transivit solumina lachrymarum. Sedit super
 carbones ignis. Hi ei fuere in adiutorium. Faciem
 per quam secundo viro placuerat, verberabat, o-
 derat gemmas, linteamina videre non poterat,
 ornamenta fugiebat. Sic dolebat, quasi adulteriū
 commississet: & multis impendiis medicaminum
 unum vulnus sanare cupiebat.

Diu morati sumus in pœnitentia, in qua velut
 in vadolis locis resedimus: ut major nobis & abs-
 que

Ecc. II.

que ullo impedimento se laudum ejus campos aperiret. Recepta sub oculis omnis Ecclesie communi-
 one, quid fecit? Scilicet in die illa bona m-
 lorum non oblita est: & post naufragium rursum
 tentare noluit pericula navigandi, Quin potius
 omnem censum, quem habere poterat (erat e-
 nim amplissimus, & respondens generi ejus) dis-
 tribuit, dilapidavit ac vendidit, & in pecuniis
 congregatum, usibus pauperum preparavit, &
 prima omnium *100000000* instituit: in quo egro-
 tantes colligeret de plateis: & consumpta langu-
 ribus atque media miserorum membra resor-
 ret. Describam ego nunc diversas hominum ca-
 lamitates, truncas nares, effoscos oculos, femi-
 stos pedes, luridas manus, tumentes alvos, em-
 femur, crura turgentia, & de excessis ac putredine
 carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo
 regio & pedore confectos humeris suis ipsa pro-
 travit? Quoties lavit purulentam vulnerum san-
 quam aius aspicere non valebat? Præbebat cito
 propria manu, & spirans cadaver, sorbitiuncula
 irrigabat. Scio multos divites & religiosos et
 stomachi angustiam exercere hujusmodi mis-
 ricordiam per aliena ministeria: & clementes et
 se pecunia, non manu. Quos equidem non repro-
 bo: & teneritudinem animi nequaquam interpre-
 tor infidelitatem, sed sicut imbecillitatem stomachi
 veniam tribuo, sic perfectæ mentis ardorem in
 coelum laudibus fero. Magna fides ista contem-
 nit. Scit quid in Lazaro dives purpuratus aliquando
 non fecerit, quali superba mens retributione
 damnata sit. Ille quem despiciamus, quem videre
 non possumus, ad cujus iacuitum nobis vomit

*Hoc est
 languens-
 rium vi-
 culiam.*

*Fabula
 curam
 agrotan-
 rumpau-
 perum su-
 scipit.*

Luc. 16.

erumpit, nostri similis est: de eodem nobiscum
 formatus est luto, iisdem compactus est elemen-
 tis. Quicquid patitur, & nos pati possumus. Vult
 nera ejus existimemus propria: & omnis animi in
 alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogita-
 tione frangetur. Non mihi si lingua centum sint,
 & que centum, Ferrea vox: Omnia morborum
 percussere nomina possum, quæ Fabiola in tanta
 sanctorum miserorum refrigeria commutavit aut
 multi pauperum sani languentibus inviderent.
 Quamquam illa simili liberalitate erga clericos &
 monachos ac virgines fuerit. Quod monasterium
 non illius opibus sustentatum est? Quem nudum
 & clinicum non Fabiolæ vestimenta texerunt? In
 quorum se indigentiam non effudit præcepit &
 festina largitio? Angusta misericordiæ ejus Roma
 fuit. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum
 mare, Volscorumque provinciam, ac reconditos
 cuevorum littorum sinus: in quibus monacho-

*Fabiola
 multis
 monachis
 inpendit
 elemosy-
 nas.*

*Fabiola
 in Syriam
 profecta.*

*Fabiola
 studiosa
 scriptu-
 rarum.*

Ecc. 1.

all-

ardoris fomenta capiebat. Quodam die cum in manibus Moyſi Numeros teneremus, & me verecundè rogaret, quid ſibi vellet nominum tanta congeries: cur ſingulæ tribus in aliis atque aliis

Num. 24 locis variæ jungerentur: quomodo Bilaam ariolus, ſic futura Chriſti myſteria prophetarit, ut nullus propemodum Prophetarum tam apertè de eo vaticinatus ſit: respondi ut potui, & viſus ſum interrogationi ejus ſatisfacere. Revolvens ergo librum, pervenit ad eum locum, ubi catalogus

Num. 33 deſcribitur omnium manſionum, per quas de Aegypto egrèdiens populus, pervenit uſque ad fluentia Jordanis. Cumq; rationes & cauſas quereret ſingularum: in quibuſdam hæſitavi, in aliis inoffenſo cucurri pede, in plerisque ſimplicitèr ignorantiam conſeſſus ſum. Tunc vero magis

Scriptis Hieronymus ad Fabiolam librum de manſionibus & alterum de veſtib. Aaron. Exod. 28. cœpit urgere, & quaſi non mihi liceret neſcire, quod neſcio, expoſtulare: ac ſe indignam tantis myſteriis dicere. Quid plura? Extorſit mihi negandi verecundiam, ut proprium ei opus hujusmodi diſputatiunculæ pollicerer, quod uſque in præſens tempus (ut nunc intelligo) Domini voluntate dilatatum, reddetur memoriæ illius: ut ſacerdotalibus prioris ad ſe voluminis induta veſtibus, per mundi hujus ſolitudinem gaudeat ſe ad terram repromiſſionis aliquando veniſſe. Verum quod cœpimus, proſequamur.

Quærentibus nobis dignum tantæ ſceminæ habitaculum, cum ira ſolitudinem cuperet: ut diſverſorio Mariæ carere nollet: ecce ſubitò diſcurrentibus nuntiis Oriens totus intremuit, ab ultima Mæotide inter glacialeſ Tanaim, & Maſſagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus

feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupif-
 se. Honorum examina, quæ pernicibus equis huc
 illucque volitantis, cædis pariter ac terroris cun-
 sta completerent. Aberat tunc Romanus exercitus,
 & bellis civilibus in Italia tenebatur. Hanc gen-
 tem Herodotus refert sub Dario rege Medorum
 viginti annis Orientem tenuisse captivum, & ab
 Ægyptiis atque Æthiopibus annum exegisse
 vectigal. Abigar Jesus ab orbe Romano tales ul-
 tra belias. Intèperati ubique aderant, & famam
 celeritate vincentes, non religioni, non dignita-
 tibus, non ætati, non vâgenti miserebantur in-
 fantiæ. Cogebantur mori, qui dudum vivere cœ-
 perant: & nescientes malum suum, inter hostium
 manus ac tela ridebant. Consonus inter omnes
 rumor petere eos Hierosolymam, & ob nimiam
 auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere. Mu-
 ni neglecti pacis incuria, sarciebantur, Antiochia
 obsidebatur, Tyrus se volens à terra abrupere,
 insulam quærebat antiquam. Tunc & nos com-
 pulsi sumus parare naves, esse in littore, adven-
 tum hostium præcavere: & savientibus ventis
 magis barbaros metuere, quàm naufragium: non
 tam propria saluti, quàm virginum castimonie
 providentes. Erat in illo tempore quædam apud
 nos dissensio, & barbarorum pugnam domestica
 bella superabant. Nos in Oriente tenuerunt jam
 fixæ sedes, & inveteratum sanctorum locorum
 refiderium. Illa quæ tota in sarcinis erat, & in o-
 mni urbe peregrina, reversa est ad patriam, ut ibi
 pauper viveret, ubi dives fuerat: manens in alie-
 no, qua multos prius hospites habuit: & (ne ser-
 monem longius protraham) in conspectu Roma-
 næ

*De Fin-
 nis graf-
 fariibus
 passim.*

* *Aver-
 tat.*

*Fabiola
 Romam
 redit è
 Syria.*

nae urbis pauperibus erogaret, quod illa res
vendiderat. Nos hoc tantum dolemus, quod pre-
tiosissimum de sanctis locis monile perdidimus.
Recepit Roma quod amiserat, ac proca & ma-
ledica lingua gentilium, oculorum testimonio
confutata est. Laudent ceteri misericordiam
Iesu, humilitatem, fidem: ego ardorem animi
laudabo. Librum quo Heliodorum quondam
venis ad eremum cohortatus sum, tenebat me-
moriter: & Romana cernens moenia, inclusam
esse plangebat. Oblita sui sexus, fragilitatis
memor, ac solitudinis tantum cupida, ibi erat,
animo morabatur. Non poterat teneri consilio
amicorum: ita ex urbe, quasi de vinculis gessit
bar erumpere. Dispensationem pecuniae, & ca-
tam distributionem, genus infidelitatis vocabat.
Non aliis distributionem elemosynarum tribu-
re, sed suis pariter effulis, ipsa pro Christo
optabat accipere. Sic festinabat, sic impatiens
morarum, ut illam crederes profecturam. Ita-
dum semper paratur, mors eam invenire non
tuit imparatam.

Inter laudes foeminae, subito mihi Pamphilius
meus exoritur. Paulina dormit, ut iste vigilat.
Praecedit maritum, ut Christo famulum derelin-
quat. Hic haeres uxoris, & hereditatis alii posses-
siones. Certabant vir & foemina, quis in portu
brahae tabernaculum figeret: & erat haec inter-
trumque contentio, quis humanitate superaret.
Vicit uterque, & uterque superatus est. Ambo
victos & victores fatentur, dum quod alter cupie-
bat, uterque perfecit. Jungunt opes, sociant ve-
hementes, ut quod aemulatio dissipatura erat, con-

*Fabiola
mendica-
re cupie-
bat.*

ordia cresceret. Necdum dictum, jam factum.
 mitur hospitium, & ad hospitium turba concur-
 rit. Non est labor in Jacob, nec dolor in Israel. Ad-
 ducunt maria, quos in gremio suo terra suscipiat.
 Mittit Roma properantes, quos navigaturos lit-
 us melle confoveat. Quod Publius semel fecit in
 insula Mytilene erga unum Apostolum, & (ne *Act. 28.*
 contradictioni locum tribuam) in una navi; hoc
 & frequenter faciunt, & in plures; nec solum
 opum necessitas sustentatur, sed prona in om-
 nes munificentia aliquid & habentibus providet.
 Xenodochium in portu Romano situm, totus pa-
 ter mundus audit: sub una æstate didicit Bri-
 tannia, quod Ægyptus & Parthus verè agnove-
 rant. Quod scriptum est; Timentibus Deum om-
 nia cooperantur in bonum, in obitu tantæ scemi-
 næ vidimus comprobatum quodam præfagio
 futurorum. Ad multos scripserat monachos, ut
 venirent, & se gravi onere laborantem absolve-
 rent, faceretque sibi de iniquo mammona amicos, *Luc. 16.*
 qui eam reciperent in æterna tabernacula. Vene-
 runt, amici facti sunt, dormivit illa * quomodo * quod
 voluit: & deposita tandem sarcina, levior volavit
 ad cœlum. Quantum haberet viventis Fabiolæ
 Roma miraculum, in mortua demonstravit.

Necdum spiritum exhalaverat, necdum debi-
 tam Christo reddiderat animam: & jam *De solen-*
 nis tanti prænuntia luctus, totius urbis populos *nibus ex-*
 ad exequias congregabat. Sonabant psalmi, & *equis Ro-*
 aurata tecta templorum, reboans in sublime qua- *ma celo-*
 tibat alleluja. Hic juvenum chorus, ille senum, *bratis de-*
 qui carmine laudes scemineas, & facta ferant. *functa*
 Non sic Furius de Gallis, non Papyrius de Sam- *Fabiola.*
 niti-

nitibus, non Scipio de Numantia, non Pompeius de Pontigentibus triumphavit. Illi corpora vicerant: hæc spirituales nequitias subjugavit. Audio præcedentium turmas, & catervatim in exercitum eius multitudinem confluentem. Non plateas, non porticus, non imminetia desuper teba capere poterant prospectantes. Tunc suos innumeros populos Roma conspexit. Favebant sibi omnes in gloria poenitentis. Nec mirum, si de salute homines exultarent, de cujus conversione Angeli lætabantur in cælo. Hoc tibi mi Fabiani ingenii mei senile munus; has officiorum mercedis dedi. Laudavimus sæpè virgines, & duas ac maritatas; quarum semper fuere candida vestimenta, quæ sequuntur Agnum quocumque vadit. Fœlix præconium, quod in totius vitæ sorde maculatur. Procul livor faciat, absit invidia. Si Paterfamilias bonus est, quare oculus noster malus est? Quæ incidit in latrones, Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud Patrem. Ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit gratia. Cui plus dimittitur, plus amat.

Luc. 15.

Apoc. 14.

Matt. 20

Luc. 10.

Luc. 15.

Jonn. 14.

Rom. 5.

Luc. 7.



XI. Hieronymus ad Demetriadem virginem, quæ
mirificè commendatur.

Inter omnes materias, quas ab adolescentia
usque ad hanc ætatem vel mea, vel notariorum
scripsi manu, nihil præsentis opere difficilius.
Scripturus enim ad Demetriadem virginem Chri-
sti, quæ & nobilitate & divitiis prima est in urbe
Roma. Si cuncta virtutibus ejus congrua dixerò
adulari putabor: si quædam subtraxero, ne incre-
dibilia videantur, damnum laudibus ejus mea
faciet verecundia. Quid igitur faciam? Quod
implere non possum, negare non audeo: tanta est
viæ ejus & matris insignium fœminarum, in ju-
bendo autoritas, in petendo fides, in extorquen-
do perseverantia. Neque enim ut novum & præ-
cipuum quiddam à me flagitant: cujus ingenium
in hujuscemodi materiis sæpè detritum est: sed
ne vocis meæ pro virili parte desit testimonium
in ejus virtutibus explicandis: cujus (ut in clyti o-
ratoris utar sententia) spes magis laudanda est,
quàm res. Quanquam puellares annos fidei ar-
dore superavit, & inde cœperit, * ubi aliis desis-
se, perfectæ consummatæque virtutis est. Sit pro-
cul obtrectatio, faceat invidia: nullum in ambi-
tione sit crimen. Ignoti ad ignotam scribimus,
et iuxta faciem corporalem. Alioquin in-
terior homo pulchrè sibi cognitus est illa notitia,
qua & Paulus Apostolus Colossenses multosque
credentiū noverat, quos antè non viderat. Quan-
tum sit apud me meritum, imò miraculum virgi-
nis nostræ hinc potest æstimari, quod occupatus
in

* unde
alias,

Coloss 1.

Ezech.
40 &
sequent.

in explanatione templi Ezechielis: quod opus in omnibus scripturis sanctis vel difficillimum est, & in ea parte delubri, in qua sancta sanctorum & thymiamatis altare describitur: malui parumper uti hoc diverticulo: ut de altari transirem ad altare: & hostiam vivam placentem Deo, ac sine ulla macula, æternæ pudicitia consecrarem. Sed & nostra oratio dabit aliquid emolumenti. Equorum cursus, favore perniciosior fit: pugilum fortitudo clamoribus incitatur; paratas ad prælium acies strictosque mucrones sermo imperatoris accendit. Igitur & in opere præsentia via quidem materque plantaverint, sed & nos rigabimus, & Dominus incrementum dabit.

I. Cor. 3.

Rhetorum disciplina est ab avis & atavis, & omni retrò nobilitate ornare quem laudes: ut æmorum sterilitatem radix secunda compenset, quod in fructu non teneas, mireris in trunco. Scilicet nunc mihi Proborum & Olibriorum clara repetenda sunt nomina: & illustre Anitii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus est qui non meruerit consulatum. Aut proferendus Olibrius virginis nostræ pater, quem immatura morte subtrahitum Roma congemuit. Vereor plura dicere, ne sanctæ matris vultus exasperem, & virtutum ejus recordatio fiat doloris instauratio. Pius filius, et amabilis, clemens Dominus, civis affabilis, consular quidem in pueritia, sed morum bonitate sententior illustrior. Fœlix morte sua, qui non vidit patriam corruentem. Imò fœlicior sobole, qui Demetriadis proavia nobilitatem insigniorem reliquit, Demetriadis filia perpetua castitate. Verum quid ago? Oblitus propositi, dum admittor

juvenem, laudavi aliquid bonorum secularium, cum in eo mihi virgo magis nota laudanda sit quod hæc universa contempserit: quod non se nobilem, non in divitiis præpotentem, sed hominem cogitaverit. Incredibilis animi fortitudo inter gemmas & sericum, inter eunuchorum & puellarum catervas, & adulationem ac ministeria familiarum perstreptentis, & exquisitas epulas, & quas ampla domus præbebat abundantia, appetisse eam jejuniorum laborem, asperitatem vestium, victus continentiam. Legerat enim Domini verba dicentis: Qui mollibus vestiuntur, non domibus regem sunt. Stupebat ad conversationem Helie & Joannis Baptistæ: quorum uterque se zona pellicea astrinxit, & mortificavit lumbos suos: alter venisse narratur in spiritu & virtute Helie, præcursor Domini, in utero prophetans parentis, & antedictum judicii, judicis voce laudatus. Annæ filia Phanaelis mirabatur ardorem, quæ orationibus atque jejniis usque ad ultimam senectutem in templo Domino serviebat. Quatuor virginum filiarum Philippi desiderabat chorum, & unam se illarum esse cupiebat, quæ pudicitia virginali & prophetiæ gratiam consequutæ sunt. His & hujuscemodi cogitationibus pascebat animum, nihil ita metuens quàm aviam matremque offendere. Quarum cum incitaretur ex templo, voluntate & studiis terrebatur: non quod displiceret eis sanctum propositum, sed quod prærei magnitudine optare id & appetere non auderet. Estuabat Christi tyruncula. Oderat ornatum suum, & cum Hester loquebatur ad Dominum: Tu nosti quod oderim in signo capitis mei, hoc

Demetrius mundum & opes contemnit.

Matt. 11.

4. Reg. 1.

Matth. 1.

Lucas 1.

Matt. 11.

Lucas 2.

Act. 21.

Hest. 14.

U

est

est, diadema, quo utebatur quasi regina, & tanta ducam immunditiæ, velut pannum menstruata. Ajunt sanctæ & nobiles fœminæ, quæ eam viderunt atque norunt, quas de littore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum, hostium per Africam compulit sæva tempestas: noctibus & secretò, confcius tantùm virginibus Dei, quæ in matris & aviæ comitatu erant, nunquam eam linteamine, nunquam plumarum usam mollitiæ, sed cilicium in nuda humo habuisse prestratum: jugibus faciem rigasse lachrymis, Salvatoris merite genibus advolutam, ut suum reciperet propositum, ut impleret desiderium, ut aviæ animum matrisque molliret.

Demetriadis continentia & virtus austerritas.

Demetrias horretur seipsam ad nuptias recusandas.

** coronavit.*

Quid ultra differo? cùm jam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: secretò & absque arbitris, noctemque habens pro solatio, talibus se fertur armasse consiliis. Quid agis Demetrias? Cur pudicitiam tanto pavore defendis. Libertate opus est & audacia. Quæ sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetrando? Quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorum? Si te virorum exempla non provocant, horretur faciatque securam beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit & tyrannum: titulum calistatis, martyrio * consecravit. Nescis misera, nescis cui virginitatem debeas tuam. Dudum inter barbaras tremuisti manus, aviæ matrisque sinu & pallis tegebatis. Vidisti te captivam, & pudicitiam tuam, non tuæ potestatis: Horruisti truces hostium vultus: raptas virgines Dei gemitu tacto conspexisti. Urbs tua orbis quondam caput

Ro-

Romani populi sepulchrum est : & tu in Lybico
 littore, exulem virum, ipsa exul accipies? Quam
 habitura pronubam? quo deducenda comitatu?
 Stridor linguæ Punicæ, præcacia tibi Fescennina
 cantabit. Rumpere moras omnes: perfecta Dei di-
 lectio foras mittat timorem. Assume scutum fidei,
 lorica[m] justitiæ, galeam salutis, procede ad præ-
 lium. Habet & pudicitia servata martyrium suū.
 Quid metuis aviam? quid formidas parentem?
 Fortitan & ipsæ velint, quod te velle non credunt.

1. Ioan. 4.
 Ephes. 5.

His & aliis quàm pluribus inflammata stimulis,
 omnem corporis cultum & habitum secularem,
 quasi propositi sui impedimenta projecit. Pretio-
 sa monilia, & graves sensibus uniones ardentesq;
 gemmæ redduntur scriniis: vili tunica induitur,
 viliori tegitur pallio: & insperata aviæ genubus
 repente provolvitur, fletu tantum & plandibus
 quæ esset, ostendens. Obstupuit sancta & gravis
 femina, alienum habitum in nepte conspiciens.
 Mater gaudio stabat attonita. Ultraq; verum non
 credere, quod verum esse cupiebant. Hæsit vox
 faucibus, & inter ruborem & pallorem metumque
 atque lætitiæ cogitationes variæ * nutabant.
 Succumbendum est huic loco: ne quid narrare
 aggrediar, quod dicendo minus faciam. Ad expli-
 candam incredibilis gaudii magnitudinē & Tul-
 liani fluvius siccaretur ingenii, & contortæ De-
 molthenis vibratæq; sententiæ tardius languidius-
 que ferrentur. Quicquid potest cogitare animus:
 quicquid sermo potest explicare, illo in tempore
 factum audivimus. Certatim in oscula neptis &
 filiæ mater & avia ruunt. Uberrimè flere præ gau-
 dio, jacentem manu attollere, amplexarique tre-
 pi-

Deme-
 trias ab-
 jicit ma-
 liorem
 ornatum,
 & aperit
 avia ac
 matri
 propositi-
 tum vir-
 ginatis
 sue.

* muta-
 bantur.

*Deme-
triadis e-
xemplo
multa
virgines
Deo se
consecra-
runt.*

trepidantem; agnoscere in illius proposito-
tem suam & gratulari, quod nobilem familiam
virgo virginitate sua nobiliorem faceret. Inve-
niste eam quod præsaret generi, quod Romana
urbis cineres mitigaret. Jesubone, quid illud in
tota domo exultationis fuit? Quasi ex radice fru-
cunda, multæ simul virgines pullularunt: exem-
plumque patronæ & dominæ, sequuta est clientum
turba atque famularum. Per omnes domos fere-
bat virginitatis professio, quarum cum impar es-
set in carne conditio, unuta erat præmium casti-
tatis. Parum loquor. Cunctæ per Africam Eccle-
siæ quodam exultavere tripudio. Non solum ad
villes, oppida, viculosque, sed ad ipsa quoque ma-
gistra celebris fama penetravit. Omnes inter Af-
ricam Italiamque Insulæ hoc tumore completæ
sunt, & inoffenso pede longius gaudia euegere.
Tunc lugubres vestes Italia mutavit, & somnata
urbis Romæ mœnia, pristinum ex parte receperunt
fulgorem: propitium sibi existimantes Deum, in
alumnæ conversione perfectæ. Putares extinctam
Gotthorum manum & colluviem perfugarum
atque servorum, Domini desuper intonantis ful-
mine concidisse. Non sic post Trebiam Thrasym-
enum & Cannas, in quibus locis Romanorum
olim exercituum cæsa sunt millia. Marcelli præ-
mum apud Nolam prælio, se populus Romanus ce-
rexit. Minori prius gaudio Gallorum strata agmi-
na, auro redempta nobilitas, & seminarium Ro-
mani generis in arce cognovit. Penetravit hic ru-
mor Orientis littora, & in mediterraneis quoque
urbibus, Christianæ gloriæ triumphus audient
est. Quæ virginum Christi non hujus se societate

jaclavit? Quæ maternum tuum Juliaa beatum
 clamavit uterum? Incerta apud infideles sint præ-
 mia futurorū. Plus interim recepisti virgo, quam
 obtulisti. Quam sponsam hominis una tantum
 provincia noverat, virginem Christi totus orbis
 audivit. Solent miseri parentes, & non plenæ fidei
 Christiani, deformes & aliquo membro debiles
 filias, quia dignos generos non inveniunt virgini-
 tati tradere. Tanti ut dicitur, vitrum, quanti mar-
 garitum? Certè qui religiosiores sibi videntur,
 parvo sumptu, & qui vix ad alimenta sufficiat,
 virginibus dato: omnem censum in utroque sexu
 secularibus liberis largiuntur. Quod nuper in hæc
 urbe dives quidam fecit presbyter, ut duas filias
 in proposito virginali inopes relinqueret, & alio-
 rum ad omnem copiam filiorum luxuriæ atq; de-
 liciiis provideret. Fecerunt hoc multæ: pro dolor,
 nostri propositi sceminae, atque utinam rarum es-
 set exemplum: quod quanto crebrius est, tanto illæ
 feliciores quæ nec plurimarum quidem exempla
 sequuntur sunt.

Fertur, & omnium Christianorum laude cele-
 bratur: quicquid fuerat nuptiis præparatum, à
 sancta Christi Simoridæ virgini traditum, ne spon-
 so fieret injuria: imò ut dotata pristinis opibus
 veniret ad sponsum: & quod in rebus mundi peri-
 turum erat, domesticorum Dei sustentaret ino-
 pliam. Quis hoc credat? Proba illa omnium digni-
 tatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano no-
 men illustrius: cujus sanctitas & in universos effu-
 sa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit,
 quam trium liberorum, Prohini, Okbrii, & Probi
 non fatigarunt ordinarii consulatus, & eum in-

Mancipantur
 monasteria
 rias perso-
 na vitio-
 res.

Euseb. 16.

Job
Job 7.

censis direptisque domibus in urbe captivitas fit, nunc habitas venundare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in æterna tabernacula, ut erubescat omnis Ecclesiastici ministerii gradus, & cassa nomina monachorum emere prædia, tanta nobilitate vendente. Vix barbarorum effugerat manus & avulsas de complexu suo virgines fleverat, cum subito intolerabili, & quod nunquam timuerat, amarissimi filii orbitate percutitur, & quasi futura virginis Christi avia, spe futurorum mortiferum vulnus excepit probans in se verum esse quod in lyrico carmine super iusti præconio dicitur. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruina. Legimus in volumine Job: Adhuc isto loquente, venit alius nuntius. Et in eodem: Tentatio, sive (ut melius habetur in Hebræo) militia est vita hominis super terram. Ad hoc enim laboramus, & in seculi huius periclitamur militia, ut in futuro seculo coronemur. Quæ de medio mare fumantem viderat patriam, & fragili cymbæ, salutem suam suorumque commiserat: crudeliora invenit Africae littora. Excipitur enim ab eo quem neficias, utrum avarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum & pretium: & qui sub occasione partium clementissimi Principis, sævissimus omnium exitit tyrannorum, & (ut aliquid loquar de fabulis poetarum) quasi Orcus in tartaro, non tricipitem, sed multorum capitum habuit Cerberum, qui cuncta traheret atque laceraret. Hic matrum gremiis abducere pactas: negotiatoribus & avidissimis mortalium Syris, nobilium puellarum nuptias vendere: non pupillorum, non

viduarum, non virginum Christi inopiæ parcere: magisque manus rogantium quàm vultus spectare. Hanc feram Charybdim Scyllamque succin- diam multis canibus, fugiens barbaros matrona sustinuit: quæ nec naufragiis parceret, nec capti- vitatibus flecteretur. Imitate crudelis saltem ho- stem Romani Imperii. Brennus nostri temporis, tantum quod invenerat, tulit: tu quæris quod nõ invenis. Et mirantur æmuli (Virtus enim semper invidiæ patet) cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cùm & ille par- tem dignatus sit accipere, qui totum potuit au- ferre, & hæc quasi Comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine dignitatis privatae tyranno servientem? Sentio me inimicorum pa- tere moribus, quod adulari videar nobilissimæ & clarissimæ sceminæ, qui accusare non poterunt, si me scirent huc usque tacuisse. Neque enim lau- davi in ea unquam antiquitatem generis, divitia- rum & potentia: magnitudinem viro vivente vel mortuo, quæ alii forsitan mercenaria oratione laudaverint. Mihi propositum est stylo Ecclesia- stico laudare aviam virginis meæ, & gratias age- re, quod voluntatem ejus sua adjuverit volunta- te. Alioqui cellula monasterii, vilis cibus, vestisq; contempta, & ætas vicina jam morti, bre- visque temporis viaticum, carent o- mni assentationis infamia.

Epilogus.

Scripta duo B. Hieronymi adversus Vigilantium Gallum hereticum. Ac primum quidem ad Riparium presbyterum defendens solenniter Ecclesie Catholicae morem in cultu reliquiarum Sanctorum honorandis, & in vigiliis ad illorum sepulchra observandis.

A Cceptis primis literis tuis non respondere superbia est: respondere, temeritatis. De his enim interrogas, quæ & proferre & audire sacro legum est. Ais Vigilantium, qui *κατά τὴν φύσιν* hoc vocatur nomine (nam Dormitantius recte diceretur) os sceleris dum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos qui eas * suscipimus, appellare cinerarios & idololatrias, qui mortuorum hominum cissa veneramur. O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum: qui haec dicens, non se intelligat esse Samaritem & Judæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent, & etiam vasa, quæ in eadem domo fuerint, pollutum suspicantur: sequentes occidentem literarum non vivificantem spiritum. Nos autem non dicimus Martyrum reliquias, sed ne Solem quidem & Lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen quod nominatur & in presenti seculo & in futuro, colimus & adoramus: ne serviamus creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. *Quomodo Ecclesie* notamus autem reliquias Martyrum, ut cum cur

jū sunt Martyres, adoremus. Honoramus ser- *siā Sān-
 vos, ut honor fervorū redundet ad Dominum; Hos e-
 qui ait: Qui vōs suscipit, me suscipit. Ergo Petri reliquias
 & Pauli reliquias immundā lunt? Ergo Moyfi eorum
 corpusculum immundum erit, quod juxta He-
 braicam veritatem ab ipso sepultum est Domino? *Matt. 10.
 Et quotiescūque Apostolorum & Prophetarum,
 & omnium Martyrum basilicas ingredimur, to-
 ties Idolorum templa veneramur? Accensique *Piē accē-
 ante tumulos eorum cerei idololatriæ insignia *duntur
 sunt? Plus aliquid dicam, quod redundet in auto- *cerei an-
 tis caput: & insanum cerebrum vel fanet ali- *te tumu-
 quando vel debeat, ne tantis sacrilegiis simpli- *los vel
 cum animæ subvertantur. Ergo & Domini cor- *reliquias
 pus in sepulchro positum, immundum fuit? Et *Sanctorū.
 Angeli, qui candidis vestibus utebantur, mortuo
 cadaueri atque polluto præbebant excubias, ut
 post multa secula dormitantiū somniaret, imō
 excrucietur immundissimam trapulam: & cum Ju-
 liano persecutore, Sanctorum basilicas aut de-
 strueret, aut in templa converteret? Miror san- *Episcopo-
 ctum Episcopum, in cuius Parochia esse presby- *rum est
 ter dicitur, acquiescere furori ejus: & non virga *err. res
 Apostolica, virgaque ferrea confringere vas inu- *Vigilan-
 tile, & tradere in interitum carnis: ut spiritus sal- *tiano-
 vus fiat. Meminerit illius dicti: Videbas furem, & *rum pro-
 currebas cum eo, & cum adulteris portionem *figare.
 tuam ponebas. Et in alio loco: In matutino inter- *Plal. 49.
 ficiebam omnes peccatores terræ; ut disperdere *Pf. 100.
 de civitate Domini omnes operantes iniquita-
 tem. Et iterum: Nonne odientes te Domine, o- *Pf. 138.
 dio habui, & super inimicos tuos tabescebam?
 perfecto odio oderam illos. Si non sunt honoran- *Honorā-********************

de San- die reliquiæ Martyrum, quomodo legimus: Pre-
ctorum tiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus
reliquia. Si ossa mortuorum polluant contingentes, que-
Non sunt modo Elifæus mortuus, mortuum suscitavit, &
immun- dedit vitam corpori, quod juxta Vigilantium je-
da corpe- cebat immundum? Ergo omnia castra Israelitici
ra mer- exercitus & populi Dei suere immunda, quia Jo-
tuorum. seph & Patriarcharum corpora portabant in sol-
Exo. 13. tudine? & ad sanctam terram immundos cineres
 pertulerunt? Joseph quoque qui in typo præcessit
 Domini Salvatoris, sceleratus fuit: qui tanta am-
Gen. 50. bitione, Jacob in Hebron ossa portavit: ut immu-
 dum patrem, avo & atavo sociaret immundis, &
 mortuum mortuis copularet? O præcidendam
 linguam à medicis, imò insanum curandum ca-
 put, ut qui loqui nescit, discat aliquando reticere.
 Ego vidi hoc aliquando portentum, & testimo-
 niis Scripturarum, quasi vinculis Hippocratis vo-
 lvi ligare furiosum: sed abiit, excessit, erupit cre-
 sit, & inter Hadriæ fluctus * Coriique regis abiet
** Gotri-* in nos declamando clamavit. Quicquid enim
eique. mens loquitur, vociferatio & clamor est appella-
 dum. Tacita forsitan me cogitatione reprehendi-
Zelus in dis. cur in absentem invehar. Fatebor tibi dolo-
Vigilan- rem meum, Sacrilegium tantum patienter audit
tia nos non possum. Legi enim Syromasten Phinees, au-
laudabi- steritatem Elæ, zelum Simonis Cananai, Petri
lis. severitatem, Ananiam & Sapphiram trucidantis,
Num. 29. Paulique constantiam, qui Elymam magum vili-
3. Reg. 18. Domini resistentem, æterna cæcitate damnavit.
Act. 5. Non est crudelitas pro Deo. Non est pietas: Unde
Act. 13. & in lege dicitur: Si frater tuus & amicus & uxor
D. vi. 13. quæ est in sinu tuo, depravare te voluerit à veri-

tate sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum: & auferes malum de medio Israel. Iterum dicam: Ergo Martyrum immundæ sunt reliquæ? Et quid passi sunt Apostoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent, & facerent ei planctum magnum, ut illorum luctus in nostrum gaudium vertatur? Nam quod dicis eum Vigiliis execrari, facit & hoc contra vocabulum suum, ut velit dormire Vigilantius, & non audiat Salvatorem dicentem: Sic non potuisti una hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus promptus est, sed caro infirma. Et in alio loco Prophetæ decantat: Media nocte surgebam, ut confiterer tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Dominum quoque in Evangelio legimus pernoctasse, & Apostolos clausos carcere tota nocte vigilasse, ut illis psallentibus terra quateretur, custos carceris crederet, magistratus & civitas terrerentur. Loquitur Paulus: Orationi insistite, vigilantes in ea. Et in alio loco: In vigiliis frequenter. Dormitet itaque Vigilantius, & ab exterminatore Ægypti cum Ægyptiis dormiens suffocetur. Nos dicamus cum David: Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Et si quando propter peccata nostra dormierit, dicamus ad eum: Exurge, quare dormitas Domine, excitemusque illum, & navigula fluctuante clamemus: Domine salva nos, peccatum. Plura dictare volueram, si non epistolæ brevitatis pudorem nobis tacendi imponeret: & si laborum ipsius ad nos voluisset mittere cantilectas, ut scire possemus ad quæ rescribere deberemus. Nunc autem aërem verberavimus, ut non

*Apostoli
corpus
Stephani
honora-
runt.*

Act. 8.

Ecclesia

merito

celebrat

vigiliis

et no-

cturnos

preces.

Mat. 26

Pf. 118.

Luca 6.

Act. 16.

Coloss. 4.

2. Cor. 11.

Exod. 12.

Pf. 120.

Pfal. 43.

Matth. 2.

tam illius infidelitatem quæ omnibus patet, quam
 nostram fidem aperuerimus. Cæterum si volueris
 longiorè nos aduersus eum librum scribere, moneo
 nãnis & ineptissillius, ut Joannem Baptistam
 audiat prædicantem: Jam secutus ad radices arborum
 posita est. Omnis arbor, quæ non facit fru-
 ctum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

Matt. 3.

Alterum scriptura Hieronymi aduersus Vigilantium pro cultu reliquiarum Sanctorum, & Carnis in Ecclesia vigilis tractans.

Multa in orbè monstra generata sunt: Cætauros & sirenas, ulubas, & Onocrotalos in Esaiã legimus, Job Leviatham & Behemoth mystico sermone describit, Cerberum & Stryphonidas, aprumque Erymanthium, & leonem Nemeum, Chimæram atque Hydram multorum eorum narrat fabulæ Poëtarum. Cæcum describit Vergilius. Triformem Geryonem Hispania prædiderunt. Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundavit. Exortus est subito Vigilantius, imò Dormitantius, qui immundo spiritu pugnet contra Christi spiritum, & Martyrum neget sepulchra veneranda & damnandas dicat esse vigilias, nunquam nisi in Pascha alleluja cantandum: continentiam hæresim: pudicitiam, libidinis seminarium: quomodo Euphorbus in Pythagora renatus prohibetur, sic in isto Ioviniani mens prava interit: ut & in illo, & in hoc diaboli respondere cogamur insidiis. Cui iure dicitur: Semen peccati para filios tuos occisioni peccatis patris tui. R. B.

Esai. 24.
Job. 40.

Laus Gallia.

Errores quales Vigilantii.

Esai. 14.

Romanæ Ecclesiæ authoritate damnatus, inter *lovinia*
 phasides aves & carnes fuillas, non tam emisit *ni & Vi-*
 spiritum, quam eructavit. Iste Caupo Calagur- *gilanti*
 ritanus, & in peruersum propter nomen viculi *cōparatio*
 mutus Quintilianus, miscet aquam vino: & de
 artificio pristino, suæ venena perfidiæ Catholicæ *Vigilan-*
 fidei sociare conatur, impugnare virginitatem, *rius etiã*
 odisse pudicitiam, in convivio secularium contra *impugna*
 sanctorum jejunia declamare: dum inter phialas *vit vir-*
 philosophatur, & ad placentas liguriens, psalmo- *ginitatē*
 rum modulatione mulcetur: ut tantum inter epu- *calibatū*
 las David, & Idichun, & A saph, & filiorum Chore *& jeju-*
 cantica audire dignetur. Hæc dolentis magis ef- *nia Eco-*
 fudi animo, quam rideatis, dum me cohibere non *clesia*
 possum, & injuriam Apostolorum ac Martyrum
 surdâ nequeo aure transire. Proh nefas, Episco-
 pos sui dicitur sceleris habere consortes: si tamen
 Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant dia-
 conos, nisi prius uxores duxerint, nulli cælibi cre-
 dentes pudicitiam: imò ostendentes, quàm sanctè
 vivant, qui malè de omnibus suspicantur: & nisi
 prægnantes uxores viderint clericorum, infan-
 tesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacra-
 menta non tribuunt. Quid facient Orientis Ec-
 clesiæ? quid Ægypti & Sedis Apostolicæ? Quæ *In Eccle-*
 aut virgines clericos accipiunt, aut continentes: *sijs obser-*
 aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt. Hoc *vatus o-*
 docuit Dormitantius, libidini fræna permittens, *lim cali-*
 & naturalem carnis ardorem, qui in adolescentia *batus Ec-*
 plerumque fervefcit, suis hortatibus duplicans, *clesiasti-*
 imò extinguens coitu foeminarum: ut non sit quo *corum*
 distemas à porcis; quo differamus à brutis ani-
 mantibus, quo ab equis; de quibus scriptum est:

Hier. 5,

Equi infantes in sceminas facti sunt mihirum, quisque in uxorem proximi sui hinniebat. Hoc est quod loquitur per David Spiritus sanctus. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et rursus de Dormitatio ac socijs eius: In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approx mant ad te.

*Pf. 31.**Ibidem,*

Sed jam tempus est, ut ipse verba ponentes ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest ut rursus malignus interpres dicat fidam à me materiam, cui Rhetoricâ declamatione respondeam: sicut illam quam scripsi ad Gallias, matris & filia inter se discordantibus. Authores sunt

*Causa
scribendi
cõtra V.
gilantiu.
dicunt.

hujus dictatiunculæ meæ sancti Presbyteri Riparius & Desiderius, qui parochias suas vicinias istius* scribunt esse maculatas: miseruntque libros per fratrem Sisinnium, quos inter crapulam stertens evomuit. Et asserunt repertos esse nonnullos, qui faventes vitijs suis, illius blasphemiam acquiescant. Est quidem imperitus, & verbis & scientiâ, & sermone inconditus, nec vera quidem potest defendere, sed propter homines seculi & mulierculas oneratas peccatis, semper discens, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, unâ lucubratiunculâ illius nanijs respondebo, ne sanctorum virorum, qui ut hoc facerem deprecati sunt, videar literas respuisse. Nimirum respondet generi suo: ut qui de latronum & convenarum natus est semine: quos Cn. Pompejus edomita Hispaniâ, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis* deposuit, & in unum oppidum congregavit: unde & convenarum urbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur contra Ecclesiam Dei:

*Vigilantius imperitus.
2. Tim. 3.*

**disposuit.*

Dei:

Dei : & de Vectonibus, Arbacis Celtiberisque descendens, incurset Galliarum Ecclesias : portaque nequaquam vexillum Christi, sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompejus etiam in Orientis partibus: ut Cilicibus & Isauris piratis latronibusque superatis, sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet civitatem. Sed hæc urbs hodie servat scita majorum, & nullus in ea ortus est Dormitantius. Gallia vernaculum hostem sustinent, & hominem moti capitis, atque Hippocratis vinculis alligandum, sedentem cernunt in Ecclesia: & inter cætera verba blasphemiae ista quoque dicentem: Quid necesse est, te tanto honore non solum honorare, sed etiam adorare illud nescio quid, quod in modico vasculo transferendo colis? Et rursus in eodem libro: Quid pulverem linteamine circumdatum, adorando oscularis? Et in consequentibus: Propèritum Gentilium videmus sub prætextu religionis introduci in Ecclesijs: sole adhuc fulgente, moles cereorum accendi, & ubicunque pulvisculum, nescio quid, in modico vasculo pretioso linteamine circumdatum osculantes adorant. Magnum honorem præbent hujuscemodi homines beatissimis Martyribus, quos putant de vilissimis cereolis illustrandos: quos Agnus, qui est in medio throni, eum omni fulgore majestatis suæ illustrat. Quis enim (ô insanum esput) aliquando Martyres adoravit? quis hominem putavit Deum? Neane Paulus & Barnabas cum à Lycaonibus Jupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua, & se homines esse dixerunt? Non quòd meliores non essent.

*Nempè
Pompeo-
polis di-
cto.*

*Vigilanti-
ty argito-
manis
contra
Sanctorum
reliquias.*

*Act 14.
Vigilan-
tias af-
fingunt
essent.*

*Catholici
cirquod
ex sanctis
Deos fa-
ciant En-
adorent.
eos.
Ab. 10.*

essent olim mortuis hominibus. Jove atque Mer-
curio: sed quod sub gentilitatis errore, honorati
Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legi-
mus, qui Cornelium se adorare cupientem manum
sublevavit, & dixit: Surge, nam & ego homo sum.
Et audes dicere, illud nescio quid? quod in ro-
dico vasculo transferendo colis? Quid est illud
nescio quid, scire desidero. Expone manifestius,
ut tota libertate blasphemem, Pulvisculum, inquit,
nescio quod, in modico vasculo pretioso linte-
mine circumdatum.

Doleat Martyrum reliquias pretioso operi in vo-
lamine, & non vel pannis, vel pellicio colligari
vel projici in sterquilinum, ut solus Vigilantius
ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sum-
mus, quando Apostolorum basilicas ingredimur.
Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sacra-
tas reliquias Andreae, Lucae, & Timothei tran-
stulit Constantinopolim: apud quas daemones re-
giunt, & inhabitatores Vigilantij, illorum se sen-
tire praesentiam confitentur? Sacrilegus dice-
tus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati
Samuelis longo post tempore de Judaea transiit
in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacri-
legi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam
& cineres dissolutos in serico & vase aureo de-
portaverunt? Stulti omnium Ecclesiarum popu-
li, qui occurrerunt sanctis reliquijs: & tanta laeti-
tia, quasi praesentem viventemque prophetam
cernerent, susceperunt, ut de Palaestina usque
Chalcedonem jungerentur populorum exami-
na, & in Christi laudes una voce resonarent? Vi-
delicet adorabant Samuelem, & non Christum.

*Abusu,
consensu
Ex exem-
plis vete-
ris Ecclē-
siae proba-
tur hono-
randa re-
liquia & Sa-
ctorum.*

*Reliquia
Samuelis
reverenter
Ex cum
pampis
deportata*

cujus Samuel & levita & propheta fuit. Mor-
 tuum suspicaris, & idcirco blasphemus, Lege Ev-
 angelium: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus
 Jacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum. Si
 ergo vivunt, honesto juxta te carcere non clau-
 dantur. Ais enim, vel in sinu Abraham, vel in loco
 refrigerij, vel subter aram Dei animas Apostolo-
 rum & Martyrum confedisse, nec posse suis tu-
 mulis, & ubi voluerint, adesse presentes. Senato-
 ria videlicet dignitatis sunt, ut non inter homi-
 cidas teterrimo carcere, sed in libera honestaque
 custodia, in fortunatorum Insulis & in campis
 Elysij recludentur. Tu Deo leges pones? Tu
 Apostolis vincula injicies, ut usque ad diem judi-
 cij teneantur in custodia, nec sint cum Domino
 factis quibus scriptum est. Sequuntur Agnum
 quocumque vadit? Si Agnus ubique, ergo & hi
 qui cum Agno sunt, ubique esse credendi sunt. Et
 cum diabolus & demones toto vagentur in orbe,
 & celeritate nimia ubique presentes sint, Marty-
 res post effusionem sanguinis sui * arca operien-
 tur inclusi, & inde exire non poterunt?

Dicis in libello tuo, quod dum vivimus, mu-
 tuo pro nobis orare possumus: postquam autem
 mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda
 oratio, praesertim cum Martyres ultionem sui
 sanguinis obsecrantes, impetrare non quiverint.
 Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore consti-
 tuti possunt orare pro ceteris, quando pro se * ad-
 huc debent esse solliciti: quanto magis post coro-
 nas, victorias, & triumphos? Unus homo Moyses
 sexcentis milibus armatorum impetrat à Deo
 veniam: & Stephanus imitator Domini sui, & pri-

Vigilatio
 ni San-
 ctos habet
 pro mor-
 tuu, &
 idcirco
 colendos
 negant ac
 invocan-
 dos.

Matt 22.
 Apoc. 6.

Apoc. 14.

* arca

Sancti
 volunt

possunt
 pro nobis

orare co-
 tra Vigi-

lantianos
 * de se.

Exo. 33.
 Act. 7.

mus martyr in Christo, pro persecutoribus
 nam deprecatur: & postquam cum Christo
 cœperint, minus valebunt? Paulus Apostolus
 centas septuaginta sex sibi dicit in navi
 condonatas: & postquam resolutus cœperit
 cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro his
 in toto orbe ad suum Evangelium crediderunt
 mutare non poterit? Meliorque erit Vigilans
 canis vivus, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc
 Ecclesiaste proponerem, si Paulum in spiritu
 dormire, tuum confiterer Denique Sancti non appellantur
 non mors mortui, sed dormientes. Unde & Lazarus
 dicuntur. mortui, sed dormientes. Unde & Lazarus
 Ioan. 11. resurrecturus erat, dormisse perhibetur. Et Apo-
 stolus vetat Thessalonicenses de dormientibus
 1. Thess. 4. contristari. Tu vigilans dormis, & dormis
 scribis: & proponis mihi librum apocryphum
 4. Esdr. 7. qui sub nomine Esdræ à te & similibus tu legi-
 Vigilan- tur: ubi scriptum est, quòd post mortem
 tius ex pro aliis audeat deprecari, quem ego
 apocry- nunquam legi. Quid enim necesse est in
 phis pro- sumere, quòd Ecclesia non recipit? Nisi forte
 bat erro- samum mihi, & Barbelum, & thesaurum
 re suum. chæi, & ridiculum nomen Leusiboræ profer-
 quia ad radices Pyrenæi habitas, vicinusque
 Hiberiæ, Basilidis antiquissimi hæretici, & impie-
 ritæ scientiæ, incredibilia portenta persequeris,
 & proponis quod totius orbis autoritate dam-
 natur. Nam in commentariolo tuo quasi pro te
 faciens, de Solomone sumis testimonium, quod
 Solomon omninò non scripsit: ut qui habes alter-
 rum Esdræ, habeas & Solomonem alterum. Et
 si tibi placuerit, legito fictas revelationes om-
 nium Patriarcharum: & cum illas didiceris, inter-

liberum texturas cantato, Imò legendas pro-
pone in tabernis tuis : ut facilius per has naxias
cognus indoctum provocas ad bibendum.

Cereos autem non clarâ luce accendimus, sic
frustra calumniaris: sed ut noctis tenebras hoc
platio temperemus : & vigilemus ad lumen, ne
tecum dormiamus in tenebris. Quod si ali-
qui per imperitiam & simplicitatem secularium
dominum, vel certè religiosarum sceminarum, de
rebus verè possumus dicere: Confiteor, zelum
Dei habent, sed non secundum scientiam: hoc pro
honore Martyrum faciunt, quid inde perdis?
Causabantur quondam & Apostoli, quòd periret
unguentum, sed Domini voce correpti sunt. Ne-
quaquam enim Christus indigebat unguento, nec
Martyres lumine cereorum. & tamen illa mulier
in honorem Christi hoc fecit, devotioque men-
tis ejus recipitur. Et quicumque accendunt ce-
reos, secundum fidem suam habent mercedè, di-
cente Apostolo: Unusquisq; in sensu suo abundat.
Idololatrias appellas hujuscemodi homines? Non
diffiteor, omnes qui in Christum credimus, de
idololatriæ errore venisse. Non enim nascimur,
sed renascimur Christiani. Et quia quondam co-
lebamus idola, nunc Deum colere non debemus,
ne simili eum videamur cum idolis honore vene-
rari? Illud fiebat idolis, & idcirco detestandum
est: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum
est. Nam & absque Martyrum reliquijs, per totas
Orientis Ecclesias, quando legendum est Evan-
gelium, accenduntur luminaria: jam sole rutilan-
te: non utique ad fugandas tenebras, sed ad si-
gnum lætitiæ demonstrandum. Unde & virgines
illæ

*Defendi-
tur usus
cereorum
in Eccle-
sia.*

Rom. 10.

*Licet in
honorem
martyrii
cereos ac-
cendere.*

Matt. 26.

Rom. 14.

*Honorat
Ecclesia
martyres
absque
idolola-
tria.*

*Ecclesia
lumina-
ribus uti-
tur ad læ-
tationem*

vangelij. illæ Evangelicæ semper habent accensas lampas. Et Apostolis dicitur: Sint lumbi vestri præparati, & lucernæ ardentes in manibus vestris, sicut lucens; ut sub typo luminis corporalis, illa lux de illa patet. Et de Joanne Baptista: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Et de illa patet, de qua in psalterio legitur: Lucerna quæ oleum habet in pedibus meis. *Malè ergo fecit Romanus Pontifex, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundum nos ossa veneranda, secundum te pulvisculum, offert Domino sacrificia, & immulos eorum Christi arbitratur altaria? Et in templo solum unius urbis, sed totius orbis erant Episcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentem, & ingrediuntur basilicas mortuorum: in quibus pulvis sanguinissimus & favilla, nescio quo jacet linteamine convoluta, ut polluta omnia polluat? & quasi pulchra pharisaica foris dealbata sint: cum intus in immundo cinere, juxta te, immunda omnia conleant atque sordeant.*

Vigilantius nungatur, & ridiculè ratiocinatur. Et posthæc de barathro pectoris tui cœlestis spurcitiæ vomens, audes dicere: Ergo cinerem filios anime Martyrum, & circumvolantes eos, semperque præsentem sunt: ne forte si aliquis precator advenerit, absentes audire non possint? O portentum in terras ultimas deportandum! Rides de reliquiis Martyrum, & cum ait hoc hujus hæreseos Eunomio, Ecclesiis Christi calcantem struis: nec tali societate terreris, ut eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores ejus basilicas Apostolorum & Martyrum non ingrediuntur, sed solummodo mortuum adorent Eunomium, cuius

sās lampas majores auctoritatis arbitrantur, quā E-
 vestri p̄ angela: & in ipso esse credunt columnen verita-
 bus veritas. sicut alix h̄ereses paraclatum in Montanum
 ardens venisse contendunt, & Manichæum ipsum dicunt
 illa luce esse paraclatum. Scribit adversus h̄eresim tuam, Ter
 Lucem quæ olim erupit contra Ecclesiam (ne & in hoc *lianus*
 & hunc quasi repertor novi sceleris glorieris) Tertullia- *Vigilan-*
 s * Ponticus vir eruditissimus volumen insigne, quo Scor- *riatum*
 etri & P̄ acum vocat rectissimo nomine, quia arcuato *errorem*
 dum te vulnere in Ecclesia corpus venena diffudit, quæ *arguit.*
 scia & olim appellabatur * Caija h̄eresis: & multo tem- ** Caijana*
 ? Et tempore dormiens vel sepulta, nunc à Dormitatio
 nt Epilco resuscitata est. Miror, quod non dicas nequa-
 nientes quam perpetranda martyria: Deum enim qui *Ps. 49.*
 bus pulvis sanguinem taurorum hircorumque non quærat,
 in te amito magis hominum non requirere. Quod cum
 & quasi dixeris, imò etsi non dixeris ita haberes quasi di-
 cum intuleris. Qui enim reliquias Martyrum asseris cal-
 omnia tandas esse prohibes & sanguinem fundi, qui nul-
 lo honore condignus est.

De vigiliis & pernoctationibus in basilicis *Defendi-*
 Martyrum sæpè celebrandis, in altera epistola, *tur usus*
 quam ante hoc sermè biennium sancto Ripario *vigiliartè*
 presbytero scripseram, respondi breviter. Quod si *nocturnas*
 ideo eas existimas respuendas, ne sæpè videamur *rum, qui*
 rtandum pascha celebrare, & non solennes post annum ex- *olim ser-*
 auit hoc cetero vigilas: ergo & die Dominico non sunt *vabatur*
 Christo offerenda sacrificia, ne resurrectionis *in Eccle-*
 Domini crebrò pascha celebremus, & incipiamus *sis.*
 Ecclesiam non unum pascha habere, sed plurima. Error au- *Vigilan-*
 tem & culpa juvenum vilissimarumque mulie- *rius ar-*
 rum, qui per noctem sæpè deprehenditur, non est *gumentat*
 religiosi hominibus imputandus: quia & in vigi- *tar ab*
 liis

*abusu
contra
Vigilias.*

liis paschæ tale aliquid fieri plerumque contra-
citur: & tamen paucorum culpa non præjudicat
religionis: qui & absque vigilis possunt errare vel
in suis, vel in alienis domibus. Apostolorum fides,
Judæ proditio non destruxit. Et nostras ergo vi-
gilias, malæ aliorum vigilæ non destruent, qui
potius pudicitæ vigilare cogantur, qui libidinis
dormiunt. Quod enim semel fecisse bonum est,
non potest malum esse, si frequenter fiat: aut si
qua culpa vitanda est, non ex eo quod sæpe, sed
ex eo quod fit aliquando, culpabile est. Non vigi-
mus itaque diebus paschæ, ne expectata diu ad-
terorum desideria compleantur, ne occasione
peccandi uxor inueniat, ne maritali non possit
cludi clauis. Ardentius appetitur, quicquid est
rarius. Non possum universa percurrere, quæ san-
ctorum presbyterorum literæ comprehendunt: de
libellis illius aliqua proferam.

*De miraculis
quæ in basilicis
sunt circa Reli-
quias Sancto-
rum.* Argumentatur contra signa atque virtutes
quæ in basilicis Martyrû sunt, & dicit eas incre-
dulis prodesse, non credentibus: quasi nunc hoc
queratur, quibus fiant, & non qua virtute fiant.
Isto, signa sint infidelium, qui quoniam sermonibus
doctrinæ credere noluerunt, signis adducantur ad
fidem: & Dominus incredulis signa faciebat, & te-
me non idcirco Domini suggillanda sunt signa.
1. Cor. 14. quia illi infideles erant: sed majori admiratione
Joan. 12. erunt, quia tantæ fuere potentæ, ut etiam men-
tes durissimas edomarent, & ad fidem cogerent.
Miracula fieri Itaque nolo mihi dicas, signa infidelium sunt: sed
circa reliquias responde, quomodo in vilissimo pulvere & favilla
Sanctorû. nescio qua, tanta sit signorum virtutumque præ-
sentia? Sentio, sentio, infelicissimè mortaliu,
quid

quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immun-
 dus, qui hæc te cogit scribere, sæpè hoc vilissi-
 mus tortus est pulvere, imò hodieque torquetur,
 & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confite-
 tur. Nisi fortè in mortem gentilium impiorumque
 Porphyrii & Eunomii has præstigias dæmonum
 esse confingis, & non verè clamare dæmones, sed
 sua simulare tormenta. Do concilium: ingrede-
 re basilicas Martyrum, & aliquando purgaberis:
 inuenies ibi multos socios tuos, & nequaquam
 creis Martyrum, qui tibi displicent, sed flammis
 invisibilibus combureris, & tunc fateberis, quod
 nunc negas: & in tuum nomen, qui in Vigilanti-
 o loqueris, liberè proclamabis, te esse aut Mer-
 curium propter nummorum cupiditatem, aut no-
 cturnum juxta Plauti Amphytryonem, quo dor-
 miente, in Alcmenæ adulterio duas noctes Jupi-
 ter copulavit, ut magnæ fortitudinis Hercules na-
 sceretur, aut certè Liberum patrem pro ebrietate
 & cantharo ex humeris dependente, & semper
 rubente facie, & spumantibus labiis, effrænatis.
 que convitiis. Unde & in hac provincia cum su-
 bitus terræ motus noctis medio omnes de somno
 excitasset, tu prudentissimus & sapientissimus
 mortalium, nudus orabas: & referebas nobis Adā
 & Evam de paradiso ejectos sic orasse. Et illi qui-
 dem apertis oculis erubuerunt, se nudos esse cer-
 nentes, & verenda texerunt arborum foliis. Tu
 & tunica & fide nudus, subitoque timore perterri-
 tus, & aliquid habens nocturnæ crapulæ, sancto-
 rum oculis obscenam partem corporis ingere-
 bas, ut tuam indicares prudentiā Tales habet ad-
 versarios Ecclesia. Hi duces contra Martyrū san-
 gui-

Damon
 cur per
 sectarios
 oppugnet
 Sanctorū
 reliquias
 & mira-
 cula.

Vigilanti-
 o voluit nu-
 dus orare
 coram a-
 liis.

Gen 30

*Hierony-
mus ali-
quando
vereba-
tur in-
trare tē-
pla Mar-
tyrum.
Matt. 28
Ioan. 10*

*Vigilan-
tius non
vult elec-
mosynam
ad pau-
peres in
Syriam
mitti.
Galat. 2.
Paulus
pro fra-
tribus a-*

guinem dimicant: huiuscemodi Oratores contra Apostolos per-tonant, imò tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos. Ego confiteor timorem meum, ne forsitan de superstitione descendat. Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitavero, & me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo: ita totus & corpore & animo pertremisco. Rideas forsitan, & mulierculatum deliramenta sub-
lannes. Non erubesco eorum fidem, quæ prima viderunt Dominum resurgentem, quæ mittuntur ad Apostolos, quæ in matre Domini Salvatoris sanctis Apostolis commendatur. Tu ructato cuncti seculi hominibus, ego jejunabo cum sceminis, & cum religiosis viris: qui pudicitiam vultu præferunt, & pallida jugi continentia ora portantes, Christi ostendunt verecundiam. Videris mihi dolere & aliud, ne si inoleverit apud Gallos continentia & sobrietas atque jejunium, tabernacula lucra non habeant: & vigiliis diaboli ac temule-
ta convivium tota nocte exercere non possis.

Præterea iisdem ad me relatum est epistola quod contra auctoritatem Apostoli Pauli, imò Petri, Joannis & Jacobi, qui dexteram dederunt Paulo & Barnabæ communicationis: & præceperunt eis, ut pauperum memores essent: tu prohibeas Hierosolymam in usus Sanctorum aliquam sumptuum dirigi solatia. Videlicet si ad hæc respondero, statim latrabis meam me causam agere, qui tanta cunctos largitate donasti, ut nisi venisses Hierosolymam, & tuas vel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitarentur fame. Ego hoc loquor, quod beatus Apostolus Paulus

Paulus in cunctis penè epistolis suis loquitur, & *lendis in*
 præcipit in Ecclesijs gentium per unam Sab- *Syria so-*
 bathi, hoc est, in die Dominico, omnes con- *licitè col-*
 ferre debere, quæ Hierosolymam in sanctorum *ligit elec-*
 solatia dirigantur: & vel per discipulos suos, vel *mosynas.*
 per quos ipsi probaverint: etsi dignum fuerit, ipse *x. Cor. 16.*
 aut dirigat, aut perferat quod collectum est. In
 Actibus quoque Apostolorum loquens ad Fæli- *Act. 24.*
 cem præsidem: Post annos, ait, plures eleëmofy-
 nas facturum in gentem meam, veni Hierosoly-
 mam, & oblationes & vota, in quibus invenerunt
 me purificatum in templo. Nunquid in alia parte
 terrarum, & in his Ecclesijs, quas nascentes
 fide suâ erudiebat, quæ ab alijs acceperat,
 dividere non poterat? Sed sanctorum locorum
 pauperibus dare cupiebat, qui suas pro Christo
 facultatulas reliquentes, ad Domini servitutem
 totâ mente conversi sunt. Longum est nunc, si de
 cunctis epistolis ejus omnia testimonia revolvere
 voluero, in quibus hoc agit, & totâ mente festinat,
 ut Hierosolymâ & ad sancta loca credentibus pec-
 unia dirigantur: non in avaritiam, sed in refrige-
 rium; non ad divitias congregandas, sed ad imbe-
 cillitatem corpusculi sustentandam, & frigus atq;
 inopiam declinandam. Hac in Judæa usq; hodie
 per severante consuetudine, non solum apud nos,
 sed & apud Hebræos, ut qui in lege Dñi meditan-
 tur die ac nocte, & partem non habent in terra, nisi
 solum Deum, synagogarum & totius orbis foveã-
 tur ministerijs ex æqualitate duntaxat: non ut alijs
 sit refrigerium, & alijs sit tribulatio: sed ut aliorum
 abundantia, aliorum sustentet inopiam. Respon- *2. Cor. 8.*
 debis hoc unumquemq; in sua patria facere posse: *Quibus*
 X nec

pauperibus in
primis
succurre-
dum.

Gal. 6.

Luc. 16.

Matt. 5.

Ps. 40.

1. Cor. 9.

Error Vi-

gilantij

non esse

perfectio-

nis om-

nia relin-

quere.

Matt. 19.

Matt. 4.

Vigilan-

tius inse-

nec pauperes defuturos, qui Ecclesia opibus sustentandi sint. Nec nos negamus cunctis pauperibus. Judæis & Samaritanis, si tanta sit largitas, illis porrigendas. Sed Apostolus faciendam quidem docet ad omnes eleemosynam, sed maxime ad domesticos fidei. De quibus & Salvator in Evangelio loquebatur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Nunquid isti pauperes, inter quorum pannos deluvium corporis flagras libido dominatur, potest habere æterna tabernacula: qui nec presentia possident, nec futura? Non enim simpliciter pauperes spiritu beati appellantur: de quibus scriptum est. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. In vulgi pauperibus sustentandis nequaquam intellectu, sed eleemosynam opus est. In sanctis pauperibus beatitudinis est intelligentia: ut ei tribuat, qui erubescit accipere, & cum acceperit, dolet, metens carnalia & seminans spiritualia.

Quod autem asseris melius eos facere, qui in turibus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus dividunt, quam illos, qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur non à me eis, sed à Domino respondebitur. Si quis esse perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, da pauperibus, & veni sequere me. Ad eum loquitur, qui vult perfectus esse, qui cum Apostolo ait: Si tu habes tres, naviculam, & rete dimittit iste quem tu habes, secundus aut tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo sciamus prima secundum tertium preferenda. Nec à suo studio Monachi terreni sunt à te linguam vipeream & morsum serpentis.

mo: de quibus argumentaris & dicis: Si omnes se *statim*
 recluserint, & fuerint in solitudine, quis celebra- *mon. vbi*
 bit Ecclesias? quis seculares homines lucri faciet? *cum. s. a-*
 quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? Hoc *tum.*
 enim modo si omnes tecum fatui sint, sapiens esse
 quis poterit? Et virginitas non erit approbanda?
 Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ nõ erunt,
 interibit humanum genus, infantes in cunis non
 vagient, obstetrices absq; mercedibus mendica-
 bunt, & gravissimo frigore *solus atq; contractus *solutus.
 Dormitantius vigilabit in lectulo, Rara est virtus,
 nec à pluribus appetitur, Atq; utinam hoc omnes
 essent quod pauci sunt, de quibus dicitur: Multi *Matt. 20.*
 sunt vocati, pauci verò electi: & vacui essent car- *Monachi*
 ceres. Monachus autem non doctoris, sed plan- *officium.*
 gentis habet officium, qui vel se, vel mundum lu-
 geat, & Dñi pavidus præstoletur adventum, qui
 sciens imbecillitatem suam, & vas fragile quod
 portat, timet offendere, ne impingat, corruat, atq;
 frangatur. Unde & mulierum, maximeq; adole-
 scentularum vitat aspectum, & in tantum castiga- *Rectè mo-*
 tor sui est, ut etiã quæ tuta sunt, pertimescat. Cur, *naisticus*
 inquis, pergis ad eremum? videlicet ut te non au- *aditur*
 diam, non videam, ut tuo furore non movear, ut *status ad*
 tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretri- *mundi*
 cis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat am- *pericula*
 plexus, Respondebis: hoc non est pugnare, sed fu- *fugienda.*
 gere. Sta in acie, adversario armatus obfiste, ut *Securius*
 postquam viceris, coroneris. Fateor imbecillita- *est mi di*
 tem meam. Nolo spe pugnare victoriæ, ne per- *pericula*
 dam aliquando victoriam. Si fugero, gladium de *fugere,*
 vitavi: si stetero, aut vincendum mihi est, aut ca- *quàm*
 dendum, Quid autem necesse est certa dimittere, *experiri.*

& incerta lectari? Aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas, & superari potes & vincere: ego cum fugero, non vinco in eo quod fugio: sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est, vicino serpente dormire. Potest fieri, ut me non mordeat: tamen potest fieri, ut aliquando me mordeat. Matres vocamus, & sorores, & filias: & non erubescimus vitijs nostris nomina pietatis obtere. Quid facit Monachus in cellulis foeminarum? quid sibi volunt sola & privata colloquia, & arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatientiam non habet. Quod de libidine diximus, referamus ad avaritiam, & ad omnia vitia, quae vitantur solitudine. Et idcirco urbium frequentias declinamus, ne facere compellamur, quae nos naturam natura cogit facere, quam voluptas.

Epilogus.

Hæc, ut dixi, sanctorum Presbyterorum rogatu, unius noctis lucubratione distavi, festinans admodum fratre Sifinnio, & propter sanctorum refrigeria ad Ægyptum ire properante. Alioquin & ipsa materia apertam habuit blasphemiam, quae indignationem magis scribentis, quam testimoniorum multitudinem flagitaret. Quod si Dormitantius in mea rursus maledicta vigilaverit, & eodem ore blasphemo, quo Apostolos & Martyres lacerat, de me quoque putaverit detrahendum, nequaquam illi brevi lucubratione vincula: sed tota nocte vigilabo, & socijs illius, imò discipulis vel magistris, qui nisi tumentes uteros viderint foeminarum, maritos earum Christi ministerio arbitrantur indignos,



I N D E X

EPISTOLARVM

IOTIVS OPERIS, ET

Quibus illæ principis con-

stent, quotaque paginâ

reperiuntur,

PRIMUS LIBER SEQUENTES

habet Epistolas B. HIERONYMI.

- I. Ad Nitiam, Turpilius comicus. fol. 1
- II. Ad Iulianum diaconum. Antiquus sermo. 2
- III. Ad Chrysogonum monachum. Qui circa te. 3
- IV. Ad Florentium. Quantum beatitudinis. 5
- V. Ad eundem. In ea mihi parte. 6
- VI. Ad Antonium. Dominus vester. 7
- VII. Ad Theophilum. Beatiss. Papa. ex eo. 8
- VIII. Ad Paulum Concordien. Humana vita. 10
- IX. Ad Rufinum. Multum in utramque partem. 12
- X. Ad Paulinum. Voce me provocas. 13
- XI. Ad Desiderium. Lecto sermone. 13
- XII. Ad Chromatium & Heliod. Mirari non. 15
- XIII. Ad Domnonem & Rogatianum. Quomodo
Græcorum. 16
- XIV. Ad eosdem. Virum difficilem. 16
- XV. Ad Minerium & Alexandrum. In ipso jam. 18
- XVI. Ad Onasem. Medici quos vocant. 19
- XVII. Ad Hieronymum Augustinus Domino cha-
rissimo. Ad sat. 21. X3. XVIII.

I N D E X.

XVIII.	<i>Ad Augustinum. Dn. verè sancto. In.</i>	28
XIX.	<i>Ad eundem. Virum honorabilem.</i>	24
XX.	<i>Ad Presidium August. Dn. beatiss. Sicut.</i>	26
XXI.	<i>Ad August. Dn. verè. Cum à sancto.</i>	27
XXII.	<i>Ad eundem. Dn. verè. Anno prærito.</i>	23
XXIII.	<i>Ad Riparium. Dn. verè. Christi te.</i>	29
XXIV.	<i>Ad Apronium. Nescio quâ tentatione.</i>	30
XXV.	<i>Ad Damasum. Quam vetusto.</i>	32
XXVI.	<i>Ad eundem. Importuna in Evangelio.</i>	30
XXVII.	<i>Ad Hieron. Damas. D lecto Dormien.</i>	37
XXVIII.	<i>Ad Damas. Beatiss. Papa. Postquam.</i>	39
XXIX.	<i>Ad Exuperantium. Inter omnia.</i>	40
XXX.	<i>Ad Pammachium. Legi in quadam.</i>	41
XXXI.	<i>Ad Eustobium. Nullus imperius.</i>	41
XXXII.	<i>Ad eandem. Finitis in Esaiam.</i>	44
XXXIII.	<i>Ad eandem. Olim pueri legimus.</i>	46
XXXIV.	<i>Ad eandem. Nihil longum est.</i>	47
XXXV.	<i>Ad eandem. Parva specie.</i>	44
XXXVI.	<i>Ad Pammach. & Marcel. Et vestris.</i>	50
XXXVII.	<i>Ad Chromatium. Non debet.</i>	53
XXXVIII.	<i>Ad Castitium. Sanctus filius.</i>	54
XXXIX.	<i>An Castorinam materteram. Ioannes.</i>	57
XL.	<i>Ad Theodosium. Quam vellem.</i>	58
XLI.	<i>Ad Marcellam. Ut absentiam corporum.</i>	59
XLII.	<i>Ad Aglasiam. Filius meus Apodemius.</i>	60
XLIII.	<i>Ad Marcellam. Post prioram epistolam.</i>	61
XLIV.	<i>Ad eandem. Epistolare officium est.</i>	61
XLV.	<i>Ad Asellam. Si tibi putem.</i>	61
XLVI.	<i>Ad Exuperium Tolos. Episc. Vltimo.</i>	61
XLVII.	<i>Ad Theoph. Beatiss. Pape. Meminit.</i>	71
XLVIII.	<i>Ad Hiero. Theoph. Dilectiss. Sanctus.</i>	71
XLIX.	<i>Ad Theophilum Beatiss. Nuper tua.</i>	72
L.	<i>Ad eundem. Beatissimo. Duplicem.</i>	73

LI.
LII.
LIII.
LIV.
LV.
LVI.
LVI.
LVI.
I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VII.
IX.
X.
XI.
XIV.
XV.
XV.
XV.
XV.
XV.

I N D E X.

LI.	Ad Hieron. Theophilus, Domino. Didici.	74
LII.	Ad eundem Epiphanius. Dn. Generalis.	75
LIII.	Ad Marcellam. Ut tam parvam.	77
LIV.	Ad Tranquillinum. Majora spiritus.	78
LV.	Ad Marcum presbyterum Celedensem Decretam.	79
LVI.	Ad Alipium & Augustinū. S. Innocentius	81
LVII.	Ad August. Domino. Omni quidem temp.	83
LVIII.	Ad Marcellinum & Anapsychiam. Dominis. Tandem.	84

E P I S T O L Æ S E C U N D I
L I B R I.

I.	Ad Magnum Oratorem Romanum. Sebesium.	87
II.	Ad Paulinum. Frater Ambrosius.	93
III.	Ad Sabinianum Diaconum. Samuel	102
IV.	Ad Domnionem. Literata.	115
V.	Ad Pammachium. Christiani.	121
VI.	Ad Heliodorum. Quanto tempore.	124
VII.	Ad Marcellam. Ambrosius.	135
VIII.	Ad Marcellam, Paulam & Eustochium, Mensuram.	138
IX.	Ad matrem viduam, & filiam virginem. Retulit.	149
X.	Ad Rusticum. Quod ignotus.	160
XI.	Ad Ruffinum. Plus Deum.	173
XIV.	Ad Nepotianum. Petis à me.	178
XV.	Ad Rusticum monachum. Nihil Christiano.	192
XVI.	Ad Paulinum monachum. Bonus homo.	206
XVII.	Ad Letam. Propositum mihi est.	211
XVIII.	Ad Gaudentium. Causa difficilis.	221
XIX.	Ad Eustochium, virginem. Audi filia.	225
XX.	Ad.	

I N D E X.

XX.	<i>Ad Demetriadem virg. Omnis mihi</i>	232
XXI.	<i>Ad Furiam Romanam. Obsecras literas.</i>	244
XXII.	<i>Ad Calantiam matronam. Vetus scrip.</i>	256
XXIII.	<i>Ad Iulianum. Filius meus.</i>	273
XXIV.	<i>Ad Heliodorum. Grandis materias.</i>	289

E P I S T O L Æ T E R T I I
L I B R I.

I.	<i>De vita Pauli. Inter multos.</i>	297
II.	<i>De vita Hilarionis. Scripsurus vitam.</i>	309
III.	<i>De vita Malchi. Quis navali.</i>	342
IV.	<i>De vita Nepotiani. Præcepta sunt.</i>	351
V.	<i>De vita Nebridij. Vereor ne.</i>	358
VI.	<i>De vita Lucinij. Lugubri nuntio.</i>	366
VII.	<i>De muliere septies icta. Sape à me.</i>	370
VIII.	<i>De vita Paula. Si cuncta.</i>	376
IX.	<i>De vita Marcella. Sape &.</i>	410
X.	<i>De vita Fabiola. Plures anni.</i>	420
XI.	<i>De vita Demetriadis. Inter omnes.</i>	433
	<i>Ad Riparium, & integra. deinde tractatio aduersus Vigilantium.</i>	440



R E R V M

RERVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC D. HIERONYMI OPUSCULO CONTINENTUR,

I. N. D. E. X.

A Brenuntiatio qualis in monachis requiratur.

123 128 129

Abrenuntiatio seculi. 40 41

Abstinencia ad omnes virtutes utilis. 273

Abstinencia continere volentibus necessaria est.

248 249

Abstinencia Paulæ. 39 398

Abstinencia quæ laudabilis. 272

Abstinenciæ rigor apud veteres. 300 311 313

Adulationes fugiendæ. 269

Adulatores fugiendi. 228

Affectus moderandi. 138

Agnes Virgo omnium gentium linguis laudata.

243

Aliena fides & meritum prodest. 173

Amicitia vera quæ. 10

Anastasi Ro. Pontificis laus. 242

Animæ origo qualis. 84

Antonij ad Didimum sermocinatio & colloquiũ

elegans. 56 57

Antonij habitatio. 330 331

Antonius Pauli mortem deplorat. 306

Apocrypha fugienda. 219

Apocryphorum librorum authoritate. Vigilanti

tus errores suos tutatus est. 452

Arctam esse salutis viam, & quomodo per eam in-

gredi oporteat. 262. & seq.

X. 5.

An-

Amobius, & quidam alij quousque legendi.	78
Avaritia fugienda.	230. 238
Avarorum sollicitudo nimia.	308
Augustini eruditionem laudat Hieron.	84. 85
Augustini zelus contra hæreticos ab Hieronymo laudatus.	83
Austeritas vitæ in Demetriade.	435
B aptizandi promittunt se seculo renuntiaturus,	125
Balnea virginibus periculosa.	218
Beatus nemo in hac & futura vita esse potest.	283
284	
Bethleem Romæ præfertur.	137. 376
Bibliorum versio vulgata à D. Hieronymo laudata	121
Bonosus monachus laudatur.	175
C æcitas corporalis æquanimiter ferenda.	5516
Cælibatus ministrorum Ecclesiæ.	447
Cæremoniarum observatio laudanda.	356
Castitas conjugio præferenda.	41
Castitas clericorum.	190
Caritatis vis & dignitas.	259
Catechistæ D. Hieronymi.	116
Celestiana hæresis jugulata.	21
Cella paradisi quidam terrestris.	195
Cellula D. Antonij angustissima.	311
Cereorum usus pro Sanctorum tumulis & reliquijs.	443. 453
Cereorum usus ad lectionem Evangelij.	453. 454
Christus imitandus.	264
Cibum oratio & lectio sequi debet.	50
Ciborum quorundam esus libidinem provocat.	
249	

R E R U M.

Clericatus non tam honos est, quàm onus.	353
Clericorum à monachis differentia.	130
Clerici Corpus Christiconficiunt.	130
Clerici habent claves regni cœlorum.	130
Clerici possunt excommunicare.	131
Clerici vita doctrinæ consentanea esse debet.	184
Clericus episcopo suo obtemperare debet tanquam parenti,	185
Clericum non ornant divitiæ temporales.	207
Clerico mulierum familiaritas perniciofa.	182
Clericorum vitia non esse propalanda.	196
Clericorum castitas.	190
Clericis Scripturarum sanctarum assidua lectio salutaris est,	184
Clerici nomen quid sonet;	181
Clericorum vita qualis esse debeat.	181
Clericorum menta qualis esse debeat.	181
Clericorum vestitus qualis esse debeat.	186
Clericorum potus qualis.	188
Clericorum jejunia.	188
Clericis secularium convivium vitanda.	187. 191
Cœnobitica vita melior est anachoresi.	196
Concilij authoritas contra hæreses.	74
Concionatoris munus.	185
Conjugatorum instructio.	256. & seq.
Consolatio Christiana super mortuis.	285. & seq.
Continentiæ promissæ violatio quantopere Deo displiceat.	172. 181. 213 & seq. 226. 235
Corvus pascit Paulum & Antonium.	304.
M Crassus semel in vita risit.	238
Crates Thebanus opes suas abjecit.	207. 282
Crucis signum frequenter adhibendum.	230.

234. 301. 312. 336. 399. 405.

X 6

Dæmo-

I N D E X

D emonis tentationes subdola.	343
Demetriadis virginis laudes.	433. & seq.
Desperationis gravissimum peccatum.	160
Detractorum voces quâ constantiâ ferendæ sūt.	63. & seq.
Detrahere, & detrahentes audire malum est.	108
	203. & seq. 267. & seq.
Deus ad pœnitentiam quotidie vocat.	107
Dei præsentia ubique cogitanda.	370
Deus plus frequenter tribuit, quàm rogatur.	171
Digamix incommoda & mala.	245. 211
Divitiæ non ornant clericos.	356. 317
Divitias non semper impedire salutē.	360. & seq.
Divitum sollicitudo supervacanea.	301
E cclesiæ adversum hæreticos defensio & c.	82
purgatio laudanda.	19
Eleemosynæ quæ & quibus dandæ.	210. 240
	251. 459. 460.
Eleemosynarum Jerosolymam transmissarum cō-	66
mendatio.	438
Eleemosynæ Fabiolæ.	421
Episcoporum munus quid requirat.	291
Episcoporum erga clericos officium.	185
Episcopos advigilare debere exurgentibus hære-	72. & seq. 441
tici.	72. & seq. 441
Eremiticæ vitæ laus & descriptio.	124. & seq. 133.
Vide Solitudo.	(de interseri. 88
Ethnicorum sententiæ sacris scriptis rectè subin-	111
tuitur.	403. 404.
Eustochii commendatio.	403. 404.
Excommunicandi potestas penes clericos est.	131
Exequiæ Fabiolæ.	432
Exequiæ Paulæ.	406
Exequias Pauli celebrat Antonius.	306

Fabiolæ vita.	420. & seqq.
Famæ ratio habendâ.	273.
Formicarum prudentia.	199.
Fortitudo Marcellæ.	419.
Fides Catholica posthabitis omnibus conservanda est.	32.
Finis in Christianis laudatur.	247.
Galliæ laus.	446.
Gloria lequitur fugientem 328. 332. 333. 379.	
Hereticorum audaciæ resistendum esse ne crescat 72. & seq. multis epistolis.	
Hereticorum conversatio vitanda.	75.
Hereticorum malleus D. Hier.	76.
Hebræam linguâ Paula didicit cū Eustochio.	403.
Hieronymi mores.	66. & seq.
Hieronymi Catechisæ.	116.
Hieronymi timor.	6.
Hieronymi tentationes in eremo.	199.
Hilarionis vita & præclara facta.	309. & seq.
Hilarionis tentationes.	211. 212. & seq.
Horarum diurnarum in oratione observatio.	216. 217. 230. 241. 396.
Humilitas omnium virtutum custos.	271.
Humilitatis laus.	7.
Humilitas Christi.	7.
Humilitas D. Hieronymi.	59.
Humilitas Hilarionis.	328. 332.
Humilitas Nepotiani.	253. 254.
Humilitas Paulæ.	378. 388.
Hunorum grassationes.	429.
Hypostasis quomodo in divinitate confitenda sit.	33. & seqq.

R E R U M.

127.	Malchi monachi vita.	342. & seq.
236.	Mandata Dei non esse impossibilia.	267.
50.	Mandatorum divinatorum observatio omnibus necessaria.	257. & seq.
188.	Manualia opera in monachis & virginibus com- mendantur.	198. 241.
236.	Manua'ia opera Hieron. exercuit.	80.
236.	Marcellæ viduæ vita.	410. & seq.
eqq.	Martyrium sine sanguinis effusione.	407.
398.	Marris in liberos merita quid exigant.	152.
408.	Mendicitatis amor in Fabiola.	430.
	Merita operum.	257.
276.	Miracula juxta Domini sepulchrum.	144.
447.	Misericordiæ opera à Fabiola facta.	426.
368.	Monachatus desiderium in S. Malcho.	343. 348.
6.	Monachorum religio ornat Ecclesiam.	145.
2 seq.	Monachorum instructio.	194. 208. 461.
163.	Monachi interpretatio.	128. 207.
quo-	Monachum ab otio alienissimum esse oportet.	198.
2 seq.	Monacho secessus quærendus.	208.
218.	Monachi victus.	208.
135.	Monachū præstat cū aliis quam solum vivere.	196.
7.	Monachos decet solitudo.	128. 138.
362.	Monasteriis perperam mancipari personas vi- liores.	439.
389.	Monasterium Paulæ quomodo institutum.	396.
271.	Monasteria Nitriæ.	75.
248.	Monastica vita laudabilis.	461.
1.	Monialibus capilli defecandi.	109.
270.	Monialibus colloquia virorū perniciofa esse.	110.
8. seq.	Montani error de pœnitentia.	410.
20.	Mors Christianorum dormitio est & somnus.	366.
opor-	Mortis desiderium.	376.
Mil-		Mors.

I N D E X

Mors Paulæ.	404	Orig.
Mors placidissima Nepotiani.	317	Oti.
Mortui moderatè lugendi.	285. & seq.	P
Mulieres monachis vitandæ.	194	Par
Mulierum conversatio quousq; probanda & que buscum mulieribus D. Hieron versatus.	67	Par
Mulieres quædam laudabiles & sanctæ.	444	Pa
Mulieris de adulterio falso notatæ historia ele- gans.	375. & seq.	Pat
Mundi contemptus.	107	Pa
Mundi contemptus in Demetriade.	431	Pa
Mundus ad peccandum invitat.	118	Pa
Munera refugit Hilarion.	319. 321	Pa
N ebrii vita & laudes.	358. & seq.	3
Nepotiani laus.	287. 351 & seq.	Pe
Novatianorum de pœnitentia error.	470	Pe
Nuptias non damnavit Hieron.	121. 122	f
Nuptiarum secundarum incommoda.	254	Pe
O bedientiâ monastica qualis esse debeat, quàm utilis sit homini.	200	Pe
Obedientiam cœcam esse oportet.	201. 201	
Oblatio quæ Deo gratissima.	28	Pe
Odium fraternum quàm lethale sit.	575	Pe
Oleo benedicto sanata vulnera.	334	Pe
Opera ad fidem necessaria sunt ad salutem.	259.	Pe
262. 265. 266.		
Operibus meremur beatitudinem.	257	Pe
Operandū esse ne dæmō otiosos inveniat.	198. 241	Pe
Orandi tempora & horæ.	216. 217. 230. 241	
Oratio semper adhibenda.	230	Pe
Oratio ante cibum facienda.	230	Pe
Orationis efficacia.	223	
Ordines sacros suscepit Nepotianus.	353	Pe
Origenes quatenus legendus.	78.	Ori

R E R U M.

404	Origenica hæresis.	72. & seq. epist.
377	Otium vitandum.	198. & seq.
35. & seq.	P Ammachii laus.	281
194	Parcæ quod non parcant sic dictæ.	20
a & qu-	Parentibus quousque obtemperandum.	126
us. 17	Patienter ferenda esse adversa vitæ hujus.	276. & seq.
44	Patientia Paulæ insignis.	391. & seq.
ria ele-	Patres qui legendi.	219. 250
o. & seq.	Paulæ viduæ Vica sive Epitaphium.	376. & seq.
101	Paulæ viduæ encomium. 9.	(seq.
48	Pauli primi eremitæ vita & insignia facta.	197. &
118	Paulini laus.	281
319. 321	Paupertas evangelica. 205. 207. 238. 279. & seq.	
8. & seq.	310. & seq. 354. 380. 389. 460.	
1 & seq.	Peccata non esse paria.	260
410	Peccatis nostris adscribendas esse Ecclesiæ per-	
121. 111	secutiones.	294
254	Peccata parva quoque vitanda.	260
eat. 10	Peccati expers nemo hic vivit.	170. & seq.
108	Peregrinatio ad loca sancta. 13. 40. 138. & seq. 219.	
201. 201	382. 384. & seq.	
28	Perfectio in quo consistat.	279. & seq.
57. 58	Pergamenæ unde dictæ. 52.	(131. & seq.
331	Periculum eorum qui in dignitate cõstituti sunt.	
m. 259	Periculo peccandi nemo se exponere debet. 152. &	
	seq.	
257	Persecutiones sævæ in martyres.	298
98. 241	Persecutiones Ecclesiæ, D. Hieronymi tempore.	
230. 241	292 & seq.	(294
230	Persecutiones Ecclesiæ peccatis nostris debere.	
230	Pœnitentia est tabula secunda post naufragium.	
221	152. 172. 235.	(423.
353	Pœnitentiam pro peccatis agendam esse. 201. 1031	
Orti-	Pœnitentia Paulæ. 388.	Pro-

I N D E X

- Proprietatis vitium in monasteriis. 327. 337
- Pudicitia inter seculares servatu difficillima 355
- Pudicitia S. Malchi. 347. Pudicitia Nebridi. 361
- Puellæ quomodo ab infantia instruendæ. 211. 212
- Pugna Christianorū in hac vita perpetua. 126. 127
- Q**uadragesimæ jejunium. 217
- R**ebelles quomodo à superioribus puniendi. 318
- Reliquiarum sanctarum pia veneratio. 147
442. & seq. 446 & seq.
- Reliquiæ S. Hilariionis in honore habitæ. 341
- Reprehendenda esse vitia. 19. & seq.
- Resurrectio mortuorum quomodo futura sit. 408
- Romanæ Ecclesiæ fides infallibilis. 32. 33 37. 71. 247
- Romanæ urbis excidium. 21
- Ruffini commendatio. 5
- S**acri loci violatio quàm abominanda. 108. 109
- Sancti non epulis sed jejuniis honorandi sunt.
49. 50.
- Sanctos mortali vita defunctos nos audire, & pro
nobis orare. 41
- Sanctorum pro vivis intercessiones. 244
- Sancti dormire, non mori dicuntur. 43
- Satisfactio à Diacono requiritur. 111
- Scripturæ sacræ studium perutile. 95. 184. 198. 211
243. 265. 369. 402. 412.
- Scripturæ sacræ simplicitas non cōtemnenda. 108
- Scripturæ sanctæ studium in Fabiola. 417
- Scripturæ sacræ libri aliquot apud Hebræos ante
trigesimum ætatis annum non legebantur. 45
- Scripturæ obscuritas. 61. 98. 97. & seq.
- Scripturæ expositionem sibi non arrogavit Hieronymus. 16

R E R U M.

Scripturæ sacræ tractatores imperiti.	99.100
Secessus conjugibus quoque quærendus.	274
Secessus virginibus quærendus.	215.228.
Secessus monacho quærendus.	124.128.133.138.208
Securitas perniciosa in hac vita.	358
Senectutis commoda & incommoda.	42.179
Sepeliendi consuetudo apud Christianos.	306.& seq.
Sepulchri dominici visitatio.	144.384
Simulatio religionis.	114
Simulatio virtutis cavenda.	271
Solitudinis laus.	196.208.215.227.328.331.334.339.461. Vide Secessus.
Stephani reliquiæ ab Apostolis honoratæ.	445
Stoicorum error de peccatorum paritate.	260
Suspicionibus vulgi etiam falsis obviandû.	151.153
T Abula pœnitentiæ post naufragium.	152.172.235.
Templa Martyrum cum reverentia & trepidatione adeunda esse.	458
Temploium ornatus Nepotiano curæ fuit.	356.357
Tentationes carnis quomodo vicerint Sancti.	299.311.312.
Tentationes dæmonis subdolæ.	348.344
Tertullianus quatenus legendus.	78
Tertullianus Vigilanti errorum confutavit.	455
Testamentum Hilarionis.	340
Tobiæ versio ex Chaldæo.	15
Traditio Christiana de consuetudine mortuos sepeliendi.	306.307
V elatæ virgines.	60
Venialia peccata multum deflevit Paula.	382
Versio Latina scripturarum ad fontes revocanda est.	62.63. Ver-

INDEX RERUM.

Versio b. b. iorum vulgata.	171
Vestium virginalium peccata.	156
Viaticum ante mortem præparandum.	253
Viduis abstinencia necessaria.	247 & seq.
Viduarum instructio.	244 & seq.
Viduis virorum aspectus & consortia fugienda.	251. 412.
Vidua reprehensibiles.	412. (48)
Vigiliarum observatio in Ecclesia laudabilis.	441
Vigilias Antonio celebrat Hilarion.	338
Vigilantius antiphrastice sic dictus, verius, Dornitantius.	442. 448
Vigilantii cum Joviniano comparatio.	447
Vini abstinencia.	215. 220
Virginitas quomodo & qua cura servanda.	215. 218
seq pag. 233. 242. 436.	
Virginitatis elogium.	145. 241
Virginitas amissa irrecuperabilis.	221
Virginitatis promissæ violatio crimen est maximum.	171. 172. 213. & seq. 237
Virgo amet secessum.	214. 215. 227. 231
Virginibus virorum aspectus cavendus.	237
Virgo à vino abstinere debet.	226. 227
Virginum jejunia.	236
Virorum aspectus & societas muliebri sexui periculosa & fugienda.	237. 251. 388. 397. 438
Virorum colloquia monialibus perniciofa.	110
Vitæ brevitatis unde.	10. 295
Vitia reprehendenda esse.	19. 25
X Erxis dictum.	295


F I N I S.

*Collegii Joannis Gern
paderbor 1697.*


171
156
251
& seq.
& seq.
giendi.

(45)
lis. 4.41
330
is, Dor.
42.48
447
215.210
a. 215-2


45.243
226
stmaxi-
seq. 23
27.211
237
226.227
238
ui per
397.48
a. 110
10.291
19.20
29)











HIERONIMI
EPISTOLAE

Th
2942